VITAE PROFESSORUM PHILOSOPHIAE ... ACADEMIAE ALTORFINAE

Siegmund Jacob Apin

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO S.

Eptem ſuis orbibus circumuoluti ſunt anni, ex quo *uitas* PROCANCELLARIORUM, de Academia Altorfina optime meritorum, edidi, ſimulque *uitas Philoſophorum* promiſi. Tandem itaque promisſorum exſoluere licet fidem, cumque aequos rerum aeſtimatores priorem illum laborem ſuo comprobaſſe calculo, haud incertis compertum habeam documentis, fore, ut hanc etiam uitarum ſeriem, *haud ſane exiguo ſtudio* hinc & inde conquiſitam, pari excipiant animi aequitate, non ſpero tantum, ſed plane confido.

Eadem uſus ſum methodo, quam in praefatione ad *uitas* PROCANCELLARIORUM indicaui, eandemque in euoluendis rerum minimis circumſtantiis ἀκρίβειαν & diligen-

Digitized by Google

gentiam adhibui, quam *Hiſtoricum fide dignum* maximopere decere, ipſemet facile intellexi.

Longiori itaque nunc ſuperſedere poſſem praefatione, niſi illud praenoſcendum ducerem neceſſarium, fuiſſe nonnullos (ut priſca Academiae & ſcholae Altorfinae inſtituta ferebant) in Philoſophorum ordinem relatos, qui Praeceptorum clasſicorum tantummodo partes ſuſtinuerunt, poſtea uero Norimbergam ad alia obeunda officia reuocati ſunt, de quorum fatis & meritis, quocunque me conuerto, nihil conſignatum litteris monumentisque reperio. Nec miror pauca hodie de his uiris fama obſcuris cognita eſſe, quorum omnis fere labor in ſcholis & ſcholaſticis exercitiis, tradendisque loquendi elementis conſtitit. Ne tamen recenſio noſtra uel ulla ex parte manca aut imperfecta haberi poſſet, & plane his omiſſis, ordo turbaretur, uolui, ſi non pleniorem, aliqualem tamen eorum omnium dare conſignationem, qui docendi gratia Altorfium ſunt uocati.

Excuſationis loco haec praemitto, ne, ſi iuſto breuior fuiſſe in multis uitarum deſcriptionibus uidebor, id meae negligentiae tribuatur. Nam ea plurimarum eſt rerum antiquarum conditio, ut citius earum exponendarum finis, quam ſcribendi ſe offerat initium.

Digitized by Google

Ibam certe qua poteram, qua non poteram, ſtabam. Si alicubi ieiunitate & inopia rerum ſcribendarum diſciplicemus, ſaltem ſtudio placeamus; ſit acceptum uoluiſſe, non potuiſſe noſtrum.

Nec illud reticendum arbitror, me partim ex programmatibus funebribus, partim ex orationibus parentalibus multa decerpſiſſe; quod hinc & inde inaequalitatem ſtili parit, ad maiorem tamen dictorum fidem non parum confert.

Notae denique adiectae uel ſupra dicta magis illuſtrant uel alia ad hiſtoriam litterariam pertinentia continent.

Caeterum non opus eſſe cenſeo in laudes excurrere eorum, quorum uitae deſignationem in me recepi, aut contumelioſum illud refellere dicterium, quod in ordinem Philoſophorum, propriae uelut aerumnae ac deſpectioni ingemeſcentem, protulit quidam: *Turba miſella ſumus*! quantos enim & quam inclutos ac honoratos habuerit, & ad hunc usque diem habeat Doctores Philoſophos Academia Norica Altorfina, & uitae tantorum uirorum loquuntur, & oratio elegans ac diſerta, poſt alloquium hocce addenda, ſatis abundeque

Digitized by Google

demonſtrabit. Taceo nunc, (quod neminem eruditorum temere fugit,) Serenisſ. Rempubl. Venetam in honorem peculiarem huic ordini conſeruandum, ſemper quendam ex nobili ciuitatis ſuae familia Patauinis adiungere Philoſophis, paucisque abhinc annis BERNH. TRIVISANVM, Nobilem Venetum, Philoſophiae Doctorem publice conſtituiſſe (a). Atque ſic LECTOR BENEVOLE, has uitas celeberrimorum Philoſophorum in manus tuas trado, humanisſime rogans, uelis conatui meo fauere, &, ſi quae forſan a me praetermiſſa, pluribus inſtructus ſubſidiis, in lucem proferre potueris, ea pro beneuolentia Tua ſupplere. Non incommode autem, prius quam Te dimitto, uerba incomparabilis IVSTI LIPSII (b) mea facio, ſic ex uero de eiusmodi labore diſſerentis: *Lapides & ligna ab aliis accipio: aedificii tamen exſtructio & forma tota noſtra. Architectus ego ſum, ſed materiam uarie undique conduxi. Nec aranearum ſane textura ideo melior, quia ex ſe fila gignunt, nec noſter uilior, qui ex alienis libamus ut* APES. Scribebam Norimbergae Calendis Martii, A. O. R. CIↃ IↃ CCXVIII.

(a) Vid. nouellae litterariae, quae Lipſiae prodeunt ad Annum 1724. p. 743.
(b) In notis ad Polit. L. I. C. I.

SEQVI-

SEQVITVR NVNC ORATIO QVAM IN RENVNCIATIONE TRIVM CANDIDATORVM PHILOSOPHIAE

A. cIↃIↃccVIII HABVIT

SVMME REVERENDVS ATQVE EXCELLENTISSIMVS

IOA. GVILIELMVS BAIERVS

t. t. MATHESEOS ET PHYSICES PROF. PVBL. ALTORF.

de

PRAESTANTIA PHIOSOPHIAE ALTORFINAE.

SENECAM Philoſophum, grauem illum ac rigidum uirtutis magiſtrum, accepimus, cum in uilla Africani Scipionis uerſaretur, adeo in huius uiri recordatione defixum haeſiſſe, ut ſui pene oblitus, nil niſi fortitudinem eius, incredibili continentia & frugalitate temperatam, animo cerneret atque praedicaret. *Magna me*, ait, *uoluptas ſubit, contemplantem mores Scipionis ac noſtros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum ſemel capta eſt, abluebat corpus laboribus ruſticis feſſum: exercebat enim opere ſe, terramque (ut mos fuit priſcis) ipſe ſubigebat. Sub hoc ille tecto tam ſordido ſtetit; hoc illum pauimentum tam uile ſuſtinuit* (a). Similis meditatio rapuit poſtea & CAECILIUM PLINIUM, cum in uillam *Rufi Verginii*, tutoris ſui & educatoris, uenisſet, *ipſo loco optimi illius & maximi uiri deſiderium non ſine dolore renouante* (b). Mihi ergo, magnitudine animi multo tantis hominibus inferiori, quis uitio uertet, ſi me priſcorum temporum memoria perculſum inque diuerſas a propoſito cogitationes diſtractum profitear, quando in hunc, neutiquam obſcurum, ſed ſublimen & clarisſimis ſemper doctrina & eloquentia uiris frequentatum locum iam prima uice aſcendi. In hac, mecum inquam, cathedra tot ſo-

)( )(lidae

(a) Epiſt. LXXXVI. (b) Lib. IV. Epiſt. X.

Digitized by Google

lidae eruditionis, tot Philosophiae sanioris uindices olim steterunt? Ex hac illi orchestra alumnis doctrinae legitime certantibus uirtutis praemia detulerunt? Horum exemplo nunc ego, at quam impar successor, candidatis bene meritis honorum insignia tribuam? Concedite, Domini & Auditores, ut dum animi uires ad opus illud suscipiendum colligo, paullo diutius subsistam in argumento, quod easdem in se maxime conuertit, ac de ALTORFFINAE PHILOSOPHIAE PRAESTANTIA, (cuius ego me nonnisi cultorem & admiratorem iacto) breuiter disseram.

Pietatis hoc est, non arrogantiae. Neque enim alio mea tendit oratio, quam ut ostendat, quantis bonis hac etiam doctrinae parte nostram Altorffinam cumulauerit DEVS, quanta sapientia Nutritor eius munificus, Illustris Senatus Norimbergensis, eidem prospexerit, quantaque fide & solertia constituti Professores, quorum memoriam non una aetas aut lingua colit, officii munere sint defuncti: neque etiam poterit uobis iniucundum esse omnibus, qui Academiae huic bene cupitis, percipere & ad animum reuocare, quomodo haec bonarum artium officina, plerisque Germaniae Vniuersitatibus aetate posterior, mox principatum obtinuerit Philosophiae, & doctrinae elegantia, accuratione, perspicacia, exemplo fuerit reliquis, in quod omnes intuerentur.

Ex quo tempore maiores nostri litterarum studia colere ceperunt, geminam fuisse nouimus faciem Philosophiae, *sectariam* prius, postea *electiuam*. Regnabat olim in scholis Germaniae ARISTOTELES, ad quem, per Arabas in Occidentem illatum, uniuersi, tanquam ad fontem humanae sapientiae unicum, confluebant, euentu licet & fructu multum dispari. Nam *Arabes* quidem ipsi, iudice uiro docto & celebri, (c) *Aristo-*

(c) Io. FR. BUDDEO in Histor. Philos. Cap. IV. §. IV.

Digitized by Google

Aristotelem perperam haud raro intellectum, ita secuti sunt, ut propria sublicum, impiis quibusdam placitis refertum & Atheismo fauens enatum est.

Ceteros uero, qui uel ex his riuulis turbidis, uel Latina Aristotelis uersione, ex Arabica primitus concinnata, doctrinam hauserunt, non solum a ueritate, sed ab Aristotele quoque tanto magis necessum erat discedere, quanto fallaciori praeiudicio auctoritatis trahebantur. Quare haud immerito Ioh. de Raei inclytus inter Belgas Philosophus (d) queritur, *se inquirentem in fundamenta Philosophiae Aristotelicae aliquanto curiosius, eam ualde diuersam deprehendisse a scholarum Philosophia, quae pro Aristotelica habetur.* Accedebat ad complendam huius Philosophiae corruptelam, quod ea potissimum tractaretur a Doctoribus umbraticis, nullo rerum usu, nulla politiore humanitate, nulla Matheseos, quam Philosophiae fundamentum Graeci sapientes posuerant, notitia instructis: quod ardua naturalis scientiae doctrina crederetur uiris, qui (pudet eloqui, sed tamen nostra memoria contigit) uix segetes a gramine nouerant discernere; qui nullum unquam corpus animantis, nedum hominis, uiderant dissectum; qui *parallaxin* opticam pro uano Mathematicorum commento habebant; qui microscopiorum phaenomena inter praestigias, uel certe inutiles usus deceptiones numerabant. Hi ergo, cum in re ipsa nihil ualerent, & tamen improbo labore disciplinas sibi assignatas amplificare conarentur, quid poterant aliud, quam subtiliter nugari? quam inanibus quaestiunculis tempus & auditores fallere? quam prolixas de uerbis lites serere? quas si a corpore scientiarum abscideris, profecto miram totius Philosophiae angustiam pauperiemque deprehendas.

)( )(2 Quó-

(d) In Opusc. Philos. Claui Philosophiae annexis, *de Aristotele & Aristotelicis*, P. m. 201.

Quomodo autem interea, ſeculo hoc Ariſtotelico, Altorffina ſe geſsit Philoſophia? Conciliarunt ei ſtatim ab initio ſapientisſimi Proceres noſtri uiros Graece & Latine ad miraculum doctos, non demum ex obſcuro ſuae patriae angulo prorepentes, ſed luci publicae iam diu aſsuetos, uariisque exercitatos negotiis. Munierunt eam legibus ſaluberrimis, omnes argutias inanes ſerio interdicentibus. Documento iam eſto haec una Phyſicae Profeſsori poſita: *Phyſicus ſobrie philoſophator, & recte explicatam artem, & quae minus habeat ſpinoſarum quaeſtionum, & vitii, ſuis Auditoribus inculcato.* Ac tantum profecto abfuit, ut ab hac legum ſanctimonia deſciſcerent Profeſſores, ut potius profligata Scholaſticorum barbarie, Peripateticam Philoſophiam pulcherrime in dignitatem priſtinam uindicarent. Itaque uideas inter γνησιους *Ariſtotelicos* primi ordinis à Celeb. BUDDEO (e) memorari *Phil. Scherbium, Mich. Piccartum, Ern. Sonerum:* CONRINGIUS (f) *Scherbium in Germania primum Ariſtotelicam philoſophandi rationem aſsecutum*, haud dubitauit aſserere. Sed multo luculentius eſt teſtimonium, & MORHOFII ingenio plane dignum, quod in Polyhiſtore eius Philoſophico expreſsum legitur (g): *Habuit Academia Altorffina praeſtantisſimos ſemper uiros, praeprimis Philoſophos, qui ſolida ſemper principia ſectati fuerunt, & Ariſtotelicam doctrinam, ueteresque Philoſophos dogmatibus ſuis expreſserunt.* Et iterum poſt aliqua interiecta: *E Germanis praecipua laude afficiendi ſunt Altorffini, qui Philoſophiam Ariſtotelicam praeclaris ingenii monumentis illuſtrarunt, Phil. Scherbius, Ern. Sonerus, Mich. Piccartus, quorum extant ſcripta uaria, eleganti ingenii acumine & ſtylo non inculto, ſcripta. Breuiores illorum Diſp. & Theſes publicatae ſunt uno faſciculo a Joh. Paulo Felwingero, Metaph. & Log. in Altorffina Acad. Profeſſore; inter quas eſt elegantiſſima Scherbii Diſputatio pro*

(e) Loc. cit. Cap. VI. §. V.

(f) In Epiſt. ad I. C. Dürrium, quae praefixa eſt Mich. Piccarti Iſagog. in Theol. Ariſtot. a Dürrio illuſtratae.

(g) Lib. I. Cap. XI. §. 26. & 30.

Digitized by Google

pro Philosophia Peripatetica aduersus Ramistas, adeo breuis, neruosa, elegans, nec sine flore eloquentiae, ut uel uasto libro accuratius aliquid scribi non posset. Equidem haec doctissimorum hominum iudicia Altorffinis primatum saltem inter Peripateticos Germaniae deferre uidentur, non item inter Italos, quorum in hac Philosophia magnum nomen est: Sed tamen ipse MORHOFIUS non dissimulauit (h), *Caesalpinum & Piccolomineum*, ingentis inter Italos auctoritatis Peripateticos, ob insolentiora dogmata a *Nicolao Taurello* quondam nostro ex merito fuisse castigatos. Verbo: tanta hodienum est Altorffinae huius Philosophiae ubiuis existimatio, ut ad eam, tanquam ad iudicem, recurratur, quoties de sensu Aristotelis genuino controuersia est. Quod si iam specialius monstrare susciperem, quae a singulis doctoribus singulae disciplinae ceperint incrementa, dies me prius, quam dicendi materia destitueret. Dabo tamen pauca degustanda & summatim, aliorum potius quam proprio nixus iudicio, ne forte affectui in hanc Academiam nimium uidear tribuisse. Nondum annus est, cum Kilonienſis Vniuersitatis grande decus *Gunth. Christ.* SCHELHAMMERUS, gener Conringii haud degener, *immortalem Scherbium in Arte demonstrandi Principem* publice pronunciauit (i). Ad Metaphysicae culturam multum contribuisse *Sonerum*, *Abdiam Trevv* uero Philosophiam Aristotelis naturalem ad usum maxime & solidas de rerum natura notiones duxisse, iudicat JOH. JAC. de RYSSEL in *Continuat. G. I. Vossii de Sect. Philos.* De ciuili & morum doctrina in primis bene meritus est *Mich. Piccartus*, editis tum Dissertationibus & Obseruationibus doctissimis, tum *aureo illo* (ut MORHOFIO dicitur) *in Aristotelis Politica Commentario.* Eius uero *Isagogen in lectionem Aristotelis, elegantem libellum, quo carere non potest, qui solidioris Philosophiae cultor est*, idem MORHOFIUS & iure quidem appellat

(h) L. c. §. 26.

(i) In Orat. de augmentis & decrementis scientiarum, superiori praeſ que Saeculo. Kilon. 1708. pag. 20.

Digitized by Google

pellat (k). Mathematum disciplina ab ipsis Academiae incunabulis floruit sub *Joh. Praetorio*, mensulae geometricae inuentore, felicius, pro eius conditione temporis, quam alibi usquam; quod testantur discipuli & successores illius, *Saxonius*, *Odontius* & ὁ περιλλόγατος *Schvventerus*, cuius Geometria nihil in hoc genere perfectius, nihil compendiosis inuentis foecundius, quemadmodum Recreationibus Physico-Mathematicis nihil amoenius ea aetate orbis uidit.

In procliui nunc esset faustam huius Philosophiae per ingeniosos successores *Dürrium*, *Felvvingerum*, *Abdiam Trevv* aliosque propagationem persequi, nisi me breuitatem sectaturum reuocaret ac in sui contemplationem traheret illius temporis felicitas, quo Philosophia per liberam & prudentem e uariis uariorum placitis electionem institui, & naturalis scientia per experimenta stabiliri coepit. Hac enim in philosophandi ratione si primas iterum tenere Altorffinam nostram dixero, nihil uel nimium uel praeter ueritatem dixero. Praeluxit egregiis Professorum conatibus hic quoque Illustrium Academiae Curatorum sapientia, quibus iam sua aetate publicum testimonium perhibuit b. *Felvvingerus*, quod *animos* negotiorum publicorum curatores *Philosophiae studio reficiant, in tantum, ut non solum Aristotelica probe calleant, sed etiam noua, ut Cartesiana, Helmontiana, Valeriana, Comeniana aliaque ab Aristotele abeuntia scripta percurrant & discernant, quidque in iis ueri aut falsi contineatur, summa sua laude indagent* (l). Multum quoque ad huius Philosophiae instaurationem contulit, quod sub id ipsum tempus, nouo & in aliis Academiis inaudito, sed profecto saluberrimo consilio, geminam Physices & Mathematum doctrinam uni uiro Procerum laudatissimorum uoluntas demandauit. Exinde enim dici satis non potest, quantum commodi in utramque di-

(k) L. c. §. 30.
(l) In Dedicat. Comment. Era. Soneri in Libb. Metaph. Arist.

Digitized by Google

disciplinam redundarit, Matheſi quae ad corporum naturalium quantitates pertinent, ſtudioſius euoluente, & Phyſica Mathematicis inuentis ſua dogmata illuſtrante. Hac ergo uia Vir omni mea laude ſuperior *Joh. Chriſt. Sturmius* breui tempore tantos fecit progreſſus, ut omnibus eſſet admirationi. Nemo ante ipſum in Germania, ſi *Erhartum Weigelium* excipias, uel cogitauit de Collegio Experimentali Curioſo, Studioſis Academicis aperiendo; (quamquam & Weigelius non niſi Mathematica & Technica Curioſa ſectatus eſt;) & tamen haec initia ipſi adeo feliciter ceſſerunt, ut non ſolum exterorum, quos ſaltem imitandos ſibi propoſuerat, in ſe conuerteret oculos, ſed & mox omnem Germaniam in haec ſtudia accenderet. Nihil habe in eclectica Philoſophia ſcriptum orbis litteratus, quod cum Phyſica eius Hypothetica comparari poſſit, ſeu diligentem uariarum ſententiarum expoſitionem & collationem ſpectes, ſeu concinnitatem methodi, quae ab ipſo introducta, hodie fere inſtar legis eſt, ſeu prudentem dogmatum phyſicorum ad uſus morales & theologicos applicationem. Quantas ille hac Phyſica conciliatrice lites compoſuit? quam planum diſcentibus inter tot Philoſophorum diſceſſiones tramitem parauit? Praetereo lubens immortales eius in Mathematum ſtudiis labores, quibus has difficiles diſciplinas ſcholis inferioribus aptauit, uarias demonſtrandi methodos coniunxit, prolixas ueterum & intricatas argumentationes in compendium redegit artemque Analyticam ad ſua principia reuocauit, tanto quidem exterorum applauſu, ut Matheſin eius uere Enucleatam Angli ſuam in linguam transferrent. Vereor enim ne, ſi haec ulterius proſequar, Panegyricum potius *b. Sturmio* adornare, quam intra inſtituti limites perſiſtere uidear. Quapropter nec ceterorum huius Academiae Doctorum in laudes excurram, qui tanto exemplo incitati, reſiduas Philoſophiae partes electiua methodo tradiderunt nuper, & hodienum incredibili rei litterariae commodo

tra-

tradunt. Scilicet & illorum modeſtiae & meae uerecundiae eſt obtemperandum.

De reliquo, uti Philoſophia Altorffina nunquam ſterilis fuit hominum doctisſimorum ex ipſa prognatorum, ſed eorum integras quaſi familias per orbem dimiſit; ita nunc etiam foecunditatem ſuam prodit in tribus Candidatis lectisſimis atque ornatisſimis, quos in hac cathedra cernitis conſtitutos, *Dn. Georg. Chriſt. Müllero*, *Dn. Joh. Colmaro & Dn. Jacobo Guil. Feuerlino*, Norimbergenſibus. Hi quando per annos complures Altorffinae, imo uniuerſae ſaniori Philoſophiae ſedulam dederunt operam, quando egregios doctrinae profectus, morum & uitae probitate condecoratos, collegio Facultatis Philoſophicae in examinibus conſuetis, ac toti litteratorum coetui in ſolemni diſputationis actu demonſtrarunt, iam quoque ſupremos in Philoſophia honores, pronisſimo in illorum uota Collegio noſtro, expectant. Quod ut legitime fiat, primum quidem Tua beneuolentia mihi exoranda eſt, Vir *Magnifice, Generoſe, atque Conſultisſime, Dn.* CHRISTOPH. PELLERE, diuerſorum S. R. Imperii Statuum ac praecipue Illuſtris Reip. Norimb. Conſiliarie ſplendidisſime, Vniuerſitatis huius Procancellarie meritisſime, Patrone certisſime & iugiter colende; abs Te, inquam, ea qua par eſt obſeruantia contendo, uti tres hos eximios uiros, quos Tuo ſapiente iudicio probatos, ad Candidatorum edenda ſpecimina nuper admiſimus, admisſosque laurea haud indignos deprehendimus, *Dn. Georg. Chriſt. Müllerum*, *Dn. Joh. Colmarum & Dn. Jac. Guil. Feuerlinum*, *Norimbergenſes*, publice Philoſophiae Magiſtros creandi & renunciandi poteſtatem concedas. Quod inſigne beneficium tam totum noſtrum Collegium, quam ipſi hi Candidati gratisſimo agnoſcent animo, qui omnia ſua obſequia ſancte pollicentur. &c. &c.

M. VAL-

Digitized by Google

VALENTINVS ERYTHRÆVS.
Lindaviensis.

Suadae Medulla. Artis Oratoriae per XXIX. annos Argentinae Professor. multis ingenii docti et diserti. monumentis aeternum nomen indeptus, et primus Altorfini Gymnasii Rector. Aº C. 1618. Obiit 29. Martii Aº 1636.

Wolffg: Philip Kilian sculpsit

Digitized by Google

Digitized by Google

M. VALENTINVS ERYTHRAEVS. (a)

SVmma ac prope ſingularia Patriæ noſtræ urbis, ILLVSTRIS NORIMBERGAE decora ac ornamenta, quibus a longis temporibus & ad hunc usque diem diuino praeſidio florere conſpicitur, ſi uellemus omnia referre, longius nos ab inſtituti ratione diſtraherent, quibus non eſt propoſitum, urbium dotes exponere, ſed hominum, qui in iis ingenii & eruditionis laude floruerunt, uitam breui & perſpicua oratione deſcribere (b). Inter peculiaria tamen florentiſſimæ Vrbis ornamenta, illud praecipue numerandum exiſtimo, quod PERILLVSTRIS SENATVS, poſt Eccleſiam ſalutariter reformatam, optimas artes & ſcientias ab exilio quaſi reuocauerit, & praeter *ſcholas*, quas uocant *triuiales*, non tantum celebre oppido *Gymnaſium* mira aperuerit ſo-

(a) Forſan alias *Rothe* dictus, a Graeco autem ἐρυθρός ſeu ἐρυθραῖος, *ruber*, mutationem nominis deſumſit.

(b) Confer tamen hac de re *Vitas & Effigies Procancellariorum Acad. Alt.* Anno 1721. a nobis editas, p. 20, n. (b.)

Digitized by Google

lertia, uerum ſucceſſu temporis *Altdorfium* transferri ſapientiſſime cura rit. (c) Atque in iis, qui de uita deceſſerunt, & uiui ſtudia iuuen eloquentiae doctrina fouerunt, immortali dignus memoria eſt M. V LENTINVS ERYTHRAEVS, *primus Gymnaſii recens erecti, flor*, litterarum Graecarum & Latinarum peritiſſimus. Lucem l uitalem adſpexit primum anno a nato ſaluatore CIↃIↃXXI *Lindaviae* Lacum Acronium ſiue Bodamicum, ubi partim optimorum parentum ctu, partim cura magiſtrorum in ludo litterario Lindauienſi prima art & pietatis rudimenta didicit, & tantum in illis profecit, ut anno ætatis cimo ſeptimo maturus æſtimaretur Academiæ. Quem ergo tum poris Lindauia e ſchola ſua emiſit, eum beneuolo ſinu amplexa eſt ſtu rum liberalium mater *Academia Argentoratenſis*, detinuitque inter M uarii generis, quibus ſtudioſorum mentes fingi ad humanitatem & u tem ſolent, per tres fere annos. Hic poſtquam ſolidius eſſet inſtitu *Wittebergam*, a propagatione purioris doctrinæ etiamnum celebrem, contulit, & inter ceteros uiros excellentiſſimos præcipuæ coluit LVT RVM & MELANCHTHONEM, quorum dexterrima informatione eſt, eosque tanto ſibi amoris nexu obſtrinxit, ut proximum, quod ua munus, ultro offerrent. Reſpondiſſet etiam eorum uoto euentus, ni catus iterum eſſet Argentoratum, ubi prouinciam praeceptoris claſſi latam accepit. Deinde IOHANNI STVRMIO adiunctus eſt, & ta locum Profeſſoris Oratoriæ obtinuit, (d) ſicque eo uela dedit, quo ia

(c) De ortu & progreſſu Academiae Altdorfinae uid. S. R. D. GOTTOFR. LVD *Hiſtoria Rectorum & Gymnaſiorum, ſcholarumque celeb.* P. II. p. 165. & quae compendio *adnitas Procancellariorum* praefati ſumus.

(d) confer. Celeb. JACOBI BVRCKHARDI, Hildburgh. Gymnaſii P. P. nunc Cc Guelpherbitani optime meriti, *Oratio de Amplisſimis Argentinenſis Scholae, conſilio* JOHANN. STVRMII *ſaeculo XVI. conſtitutae, laudibus*, Ienae 171 in qua p. 17. haec habet uerba: *Val. Erythraeus iam dudum dignissimum se pra qui una cum praeceptore ſuo* (np. Sturmio) *ex Academiae cathedra dicendi a dceret, antequam ab ampliſſ. Norib. Republ. Senatu ad Altorfinae ſchola regi euocatus, quam dilucide uero Argentinae artes ifias docuerit, eximia ingenii eius m ta, quibus has illuſtratum iuit, abunde teſtantur.*

Digitized by Google

dem ſua eum, naturalis inclinatio propenſioque uocabat, nimirum ad humanitatis ſtudia. Itaque minime mirandum eſt, ſi ex ipſius reditu ab omnibus magna laetitia percepta eſt, cum omnibus rediiſſet. Non enim, ut aiunt, uix manu ferulæ ſubducta, properauit ad uota, & cruda ſtudia in forum propulit, ſed ſufficienti ſcientiarum apparatu inſtructus, prouinciam ſponte oblatam adiit, ſicque in docendo uerum, in uiuendo probum, in reſpondendo erud.tum ſemper ſe exhibuit, ut tempore docendi nihil diſcendum haberet, niſi mori. Sed in humanis rebus nihil eſſe ſtabile & conſtans, Academia Argentoratenſis non ſine mœrore eſt experta. Quem enim ſibi natum, ſibi educatum, atque optime locatum exiſtimabat, ut ſuum decus diutius ſibi ipſa aſſeruare non potuit. Nam cum PERILLVSTRIS SENATVS NORIMBERGENSIS, ſecum conſtituiſſet, Gymnaſium Ægidianum iam Anno 1526. Norimbergæ a uiris celeberrimis, IOACHIMO CAMERARIO, EOB. HESSO, & MELANCHTHONE aliisque adornatum, Altdorffium ut transferretur, quo eo melius ſtudioſa iuuentus in altioribus ſtudiis erudiri poſſet, ERYTHRÆVM, honorificis ſtipendiis ad regimen Lycei Altdorfini uocauit, & ut affluentem eruditionis ſuæ uim, qua pectus completum habebat, in alios refunderet, qui eum uellent recipere, in uotis habuit. (e) Quod ille munus Anno CIↃIↃLXXV. cum accepiſſet, non diu otii ſui fructum a ſe expectari paſſus eſt. Etenim omnia optime ordinauit, & eodem adhuc anno, conſtructis ædibus collegii, orationem concinne ſcriptam recitauit, cum ſolenni ritu nouum hoc aperiretur Lyceum. (f) Et certe plura conducibilia & ſaluberrima conſilia ab eo expectari potuiſſent, niſi primus hicce Doctor primum triſtitiæ & luctus argumentum breui tempore dediſſet. Nam cœpit graui cum morbo conflictari

(e) conf. eruditiſſima commentatio S. R. D. ZELTNERI *de Maur. Helingi vita, placitis & ſtudiis Alt. 1714.* p. 102. ſeq. & *vita* JOH. PICARDI p. 7. qua aſſeritur, Erythraeum ideo fuiſſe Argentorato huc aduocatum, quod ad Lutheri mentem exacte ſentiret, & IOH. HELDII Hiſtoria Gymnaſii Aegidiani.

(f) Inſerta una cum prolegomenis ſcholarum, *de fine ſtudiorum* libro Norimbergae A. 1576 publice typis exſcripto, cui titulus: *Introductio nouae ſcholae Altdorfinae Norimbergenſium.*

flictari, quem multi iam putabant defæuiisse, quum nc pleuritide & acutis circa diaphragma compunctionibus d.29. Martii, Anno cIↃIↃLXXVI ætatis quinquagesimo qu rico uidelicet nouenario sexto, quem sibi ominosum per rat. Conquestus est aliquoties de itinere, quod olim ma do tempore in Saxoniam fecerat, ubi & diætam & aërem tiorem tolerare non potuit. Hoc pacto noster breuissim gissima confecit spatia, & quamuis ostensus sit tantum n ultra nouem menses officium gesserat, existimatio tamen usque honos studiis, constabit. (g) De statu ipsius domes cum specialiora nos hactenus lateant, addere placet, quo sceperit filium *Gotthartum*, scholæ postea huius oppidar *Iohannem Iacobum*, cuius oratio de *laude Grammatices* in Gymnasio Altorf. recitatas & editas Norimb. 1578. in 8. lectat corporis habitum nouisse, ex effigie, quam pictam stra publica possidet, nosque hic æri incisam communica Repræsentat certe uirum grauem &, comparatione alio gnum. De eius eruditione uero testantur edita ac relic sunt sequentia:

1) De usu decem categoriarum in simplici quæstione, *κατ' ἔκφρασιν διαλεκτικὴν παράδειγμα*, seu exemplun nis, non personæ aut rei, sed actionis, Cœna D *Valent. Erythræo*, Lindauiensi, Argentorati a Mylium A, 1566. in 8. 1. Alph. 18. pl.

2) Libri quatuor de Grammaticorum figuris, tam constructorum ac de periodis, unus de uitiis ora

(g) Breuius uitam Erythraei dederunt M. HELINGVS in Oration habita, quae continetur *in introductione scholae nouae Altdorf.* M. Philos. p. 292. & ex eo FREHERVS *in Theatro Cl. Vir.* p. 1471 *Altdorf.* p. 91. D. LVDOVICI *in der Schul-Historie.*

Digitized by Google

um noſter, accedente
nibus, pie exſpiraret
mo quarto, climacte-
m perpetuo eſſe dix-
lim maxime incommo-
ërem paulo inclemen-
tuiſsimo tempore lon-
tum nobis, dum haud
amen tanti uiri, quo-
lomeſtico hoc unicum,
, quod ex tori ſocia E-
pidanæ Cantorem, &
ces inter Orationes n
in 8. legitur. Si de-
ſetam Bibliotheca no-
unicamus, cognoſces.
aliorum fui zui, ma-
relicta ſcripta, qualia

ne, per eas, ducenda,
plum huius deductio-
na Dominica, autore
i apud Chriſtianum

n ſingulorum quam
orationis, ac tres de
ratione

ope in funere Erythræi
M. ADAMI in uitis Germ.
71. OMEISIVS in Gloria

GEORGIVS GLACIANVS.
Vilſecenſis.
Artis Oratoriae Profeſſor in Gymnasio Altorfino clariſſimus ab A° 1575 usque ad A° 1607. quo obiit ad coratam effigiem in Bibliotheca Vniu. Altorfinae.

sculpſit. W. P. Kilian.

Digitized by Google

ratione legendi, explicandi, ac scribendi epistolas, Argent. 1573. in 8. (h)

3) Tabulæ in Dialecticam Sturmii, Melanchthonis, eiusque Grammaticam.

4) Μυροτέιχη seu medulla Rhethoricæ Tullianæ, extracta de corpore librorum M. T. Ciceronis, de doctrina dicendi. Adiecta est pars quædam elocutionis exemplorum, compositionis & ornamentorum. Norib. 1575. in 8.

M. GEORGIVS GLACIANVS.

Ex iis, qui ad scholam Altorfinam recens erectam docendi gratia accersiti uenerunt, secundus fuit M. GEORGIVS GLACIANVS, sed primus omnium, qui in hoc Athenaeo, optima & facillima ratione Graecam linguam, quae omnium artium & scientiarum uehiculum haud immerito appellatur, interpretatus est. Patria erat *Vilseccensis*, ex superiori Palatinatu, quem natiuitatis locum, licet scriptorum industria hactenus parum curauerit, ortu tamen suo noster inclitum fecit, ut Hesiodus *Ascram*, Vlyses *Ithacam*, Aristoteles *Stagiram*, Melanchthon *Brettam*, & Taubmannus *Wonsesium* memoriae aeternitatis transscripserunt. Qui autem ejus fuerint Parentes, ubi litterarum tirocinia posuerit, aeque ac annus natiuitatis ignorantur. Admodum tamen credibile est, habuisse familiam non quidem multis fulgentem imaginibus, (quas qui solas iactitant, quod hodie multi faciunt, imaginariam laudem possident) honestatis tamen ex germanae integritatis ornamentis nobilitatam. Hoc certum, relicta patria uenisse *Ienam*, postea *Argentoratum*, tanquam ad mercatum, ut in collegio docentium exactam atque perfectam Graeci & Latini

(h) Quibus posterioribus praefationem IOH. STVRMIVS, Orator celebratissimus, praefixit, inter alia haec continentem uerba: *Laude dignus est Erythraeus, qui, quae praeceptis traduntur breuiter atque obscure, ea ipse soluendo demonstrat explicate atque aperte, doctus & instructus Aristotelis, Ciceronis, & Hermogenis, Graecorumque doctrinis &c.* quod certe grauissimum de doctrina Erythraei est testimonium.

tini sermonis notitiam, studio & labore coemeret. Neque sine lucro erat opera. Etenim praeter Graecam, Latinam etiam mercatus est linguam ac multarum doctrinarum diuitiis auctus, honorificam tradendi artem oratoriam in prima Gymnasii classe suscepit prouinciam, & docendi munus pridie Nonarum Iulii A. C. cIↃIↃLXXV. auspicatus est oratione tersa & concinna. (a) A. C. cIↃIↃLXXXI die, Apostolis Petro & Paulo sacra, Philosophiae Doctor hac ipsa in Academia una cum *Ge. Pfalero*, *Casp. Odontio* & *Ge. Pulmaro*, renunciatus est. (b) Qua prima in panegyri Philosophica promotor tum temporis & Decanus facultatis spectatissimus, *Iohannes Busereut*, (c) multis encomiis suum alloquebatur Candidatum. (d) Laudem hanc consecutus, eandem etiam tuitus est, imo magis magisque auxit, cum eloquentiam e cathedra publice doceret. Nec minus auditoribus suis quauis data occasione ipso suo demonstrauit exemplo, in addiscenda Philosophia neminem perspicaciorem & superiorem *Platone* & *Aristotele*, ex Historicis graecis ueram hauriendam esse prudentiam, ex *Herodoto*, quae de Orientis gentibus memoratu digna circumferuntur, ex *Xenophonte*, quae de militaris aeque ac ciuilis prudentiae studiis tradi solent, ex *Pausania* antiquitates Grecanicas, ut & diuersorum populorum ritus ac leges rimandas censuit, ut nunc taceam Oratorum & Poëtarum Graecorum sapientiam, suauitatem, facundiam, elegantiam, & rotunditatem semper a nostro magni fuisse aestimatam. Praemeditabatur cum cura, quae diceret, quae uera existimabat, constanter asserebat, quae meliora alii proferebant, laudabat, & ita semper uiuebat, ut neque moueretur metu, neque flecteretur gratia, nec in consiliis ac negotiis publicis

(a) quam uide in *Introd. Nouae scholae Altdorf. Norib. 1576. ed.*
(b) conf. *solennitas & actus primae promotionis Magist. in Acad. Altdorf.*
(c) de quo uideantur uitae *ICtorum Altdorf.*
(d) uerba huius erant tenoris: *Et tu Dn. M. Glaciane, Oratoriae facultatis Professor eloquentissime, qui eloquentissimos Oratores nostro seculo ut audiuisti, ita eos imitaris; Sturmium praesertim nostrum quem ambo praeceptorem & colimus & obseruamus: nihil dico de summo illo Matthaeo Dresero, nihil de Erythraeo pie defuncto, nihil de aliis, quos alibi habuisti praeceptores &c.*

Digitized by Google

licis largitione corrumperetur, contemtor omnis pecuniae, quae hoc modo ueniret. Sicque de sacris rebus pie, de ciuilibus autem sapienter & circumspecte, de litterarum studiis ingenue ad ultima uitae tempora disserebat. (e) An ex Vxore *Catharina Haeltmennin* liberos habuerit, non constat. Interim tamen minime uixit sterilis, siquidem ex Musarum filiis tot adoptauit liberos, quot tanto parente se dignos ostenderunt. A uiris doctissimis magni fuisse habitum *Glacianum*, inter alia ex *Libris V. suspectarum lectionum* CASP. SCIOPPII *Normib. 1597.* in 8. probari potest. Nam sicuti in centum & quatuor decim epistolis ad cel. uiros, *Plautus*, *Apuleius*, *Diomedes Grammaticus* aliique corriguntur, notantur, supplentur, plusquam ducentis locis; ita binis ad Glacianum epistolis p. 158. & 268. non obscura singularis amoris & uenerationis argumenta legi possunt. Tandem post morbum XXVIII. mensium atrocissimum, quem calculum uesicae nominamus, A. C. CIↃIↃCVII. aetatis octauo & quinquagesimo obiit Vir de iuuentute insigniter meritus, cuius Epitaphium hoc modo scriptum deprehendi in coemeterio Altorfino:

SVB HOC TVMVLO DEFVNCTVS VITAM BEATIOREM EXPECTAT OLIM INSIGNI ERVDITIONE ET RERVM VSV CLARVS D. M. GEORGIVS GLACIANVS VILSECCENSIS, ET ACADEMIAE HVIVS ALTDORFINAE ORATORIAE ET GRAECAE LINGVAE QVONDAM PROFESSOR PVBLICVS OBIIT IN VERA FILII DEI VIVI INVOCATIONE I AVGVSTI HORA XII MERIDIANA ANNO CHRISTI MDCVII AETATIS VERO LVII CVIVS MEMORIA IAM EST IN BENEDICTIONE.

HOC MONVMENTVM IN AMORIS ET HONORIS TESTIMONIVM ET ORBITATIS SOLATIVM RELICTA VIDVA CATHARINA HAELTMENNIN PONI ET IMPRIMI CVRAVIT ANNO -- MENSE -- DIE -- (f)

SCRIPTA:

(e) quod uero alias in prouerbio dici solet: *in senectute puerascimus*, hoc etiam nostro factum esse ex actis sum edoctus, quae ad infringendam ultimam eius uoluntatem ex hoc capite sunt exhibita.

(f) conferatur OMEISII *gloria Altdorfina* p. 22, 26, 172.

Digitized by Google

SCRIPTA:

1. Gratulatio IOH. TH. FREIGIO, Rectori recens creato, suo suorumque Collegarum nomine habita. (g)

2. Responsio ad Quaest. *quidnam plerique Philosophi de fine hominis quod S. B. appellatur, senserint?* (h)

3. Cl. ROD. MART. MEELFVHRERVS *in accessionibus ad* TH. I. AB ALMELOVEEN *Bibliothecam promissam & latentem, Suobaci* 1699. in 8. p. 75. M. D. Omeisium possedisse ait in Manuscripto GEORGII GLACIANI Arist. Artis Rhet. L. III. per quaestiones ac responsiones succincte expositos, 1. Alphab. f. 8. (i)

4. Vitae delineatio GEORGII STAVDNERI, Pastoris & Superattendentis Dioeceseos Sultzbacensis. Norib. 1580.

5. Quaestiones ex Officiis Ciceronis desumtae â M. GEORGIO GLACIANO Anno 1586. pl. 4. f. 8. (k)

M. WOLF-

(g) quae extat in Paneg. Altdorf. natali Acad. 1590. habitis.

(h) quae extat in historia actus renunciationis primae 1581. Norimb. in 8. p. 31.

(i) Asseruatur nunc hoc MStum in instructissima Bibliotheca CL. L. REVSCHII, Professoris eloquentiae apud Helmstadienses celeberrimi, a quo, quod gratia decenti agnoscimus, sumus informati, quod sit tenuis labor, sed non inutilis tironibus, quum uices praebeat introductionis ad istos Stagiritae libros, e quibus apte & concinne in suas ueluti sectiones resolutis, indice quasi digito commonstrat sedes argumentorum. Eodem fere consilio Vir summus CHRISTOPHORVS SCHRADERVS uersioni latinae, quam textui Graeco iunctam commentario in eius libros doctissimo praefixit, cifras interspersit minusculas argumentorum indices: sed a nostro interdum recedit, qui praeterea textum Rethoris breuiter dilucidat, & exemplo uno alteroue, ubi res postulare ita uidebatur, illustrat.

(k) IOHANN. BENZIVS, *Bruxellensis*, qui *Erotemata in M. T. C. Libros III. de officiis*, itemque *de senectute & de amicitia* dialogos conscripsit, inscripsitque IVLIO ERNESTO & FRANCISCO, F. F. DVCIBVS BRVNSVICENSIBVS, *Argentorati* A. 1589. excusa *ibidem Anno 1601. f.* 12. idem plane seruauit institutum, quod Noster; nec multi a se inuicem abeunt. Glacianus tamen ubique ex Aristotele subiungit definitiones, aliaque supplet, quae in Cicerone desiderari uidebantur. MSti huius fragmentum, L. I, tantum pertingit, constans quatuor plagulis quaternionibus.

Digitized by Google

M. WOLFGANG HEGIVS.

NAtus hic erat *Norimbergae*, patre WOLFGANGO HEGIO, ciue Norimbergenſi Anno 1549. d. 14. Martii. Infantilem aetatem egreſſus & patriis praeceptoribus commiſſus, ab iis primis litteris informatus eſt, in quibus, quantum erat ſatis exercitatus, *Wittebergam* contendit. Tandem redux in patriam, cum patriae patribus eruditionem & in docendo dexteritatem probaſſet, prae omnibus aliis dignus & idoneus omnium ſuffragiis, cui praeceptoris ſecundae claſſis in Gymnaſio Altdorfino munus demandaretur, reputatus eſt. Suſcepit delatum officium Anno 1575. d. 16. Iunii, praemiſſa oratione inaugurali: *de neceſſitate ſtudii litterarum & utilitate ordinis* (a) ſpartam hancce ſibi commiſſam tanto ſtudio, tanta induſtria & fide exornauit, ut grauioribus expediendis praefici meruerit. Vocatus enim eſt Anno 1585. Norimbergam & ſcholae Sebaldinae Rector creatus. Sed neque haec ipſi ſedes erat fixa atque ſtabilis; ſiquidem Anno 1598. *Ambergae* in Palatinatu eandem Rectoris dignitatem obtinuit, qua functione etiam diem ſuum obiiſſe ſupremum ad nos perlatum eſt. (b) Annus emortualis & plura alia, licet auide a nobis conquiſita, manent incognita. Quapropter his plura addere non poſſumus. Reliquit

M. T. Ciceronis Orationes tres pro { M. Marcello / Q. Ligario. / Rege Deiotaro } logice reſolutas in Gymnaſio Altdorfino & impreſſas Altdorf. 1579. in 8. pl. 6.

B M. CA-

(a) legi poteſt in Introd. Scholae Altdorf.

(b) erat Caluini ſententiae, praeſertim de S. Coena, addictior, cui, non minus quam ipſe ſuſpecti, M. IOH. KLINGENBECK, Diaconus Sebaldinus, IOH. KESTERUS item & GEORGIVS KOERBER, Laurentianae ſcholae Collegae, comites ſe adiunxere, eiusdemque Gymnaſii, quod Ambergae fuit, συνεργοὶ facti ſunt.

M. CASPARVS ODONTIVS.

NOn paucos olim extitisse Viros eruditos, qui uel suasu prae rum suorum (a), uel nimio amore, erga Lingvam Graec aliis causis institituti atque inducti, nominis permutationem perunt, res est notior, quam quae calamo nostro uberius depinq habeat. *An licita sit eiusmodi Onomatomorphosis?* nostrum non quirere, fatemur tamen, homines fuisse ab imbecillitatibus non idque suo exemplo confirmasse, nec tamen ideo gloriam, meritis Rempublicam partam, imminuisse. Imitatus est hunc seculi sui M. CASPAR ODONTIVS, alias *Zahn* dictus, natus piis atque Parentibus (b) quorum tamen uitae conditio non innotuit, (c) senburgi A. C. cIↃIↃXLVII die XII. August. A puero dedit opera ris, & quia ei erat ingenium docile, quicquid traditum fuerat, did E ludo egressus, contulit se *Wittebergam*, & humaniora praecipu magis magisque excoluit, & inde, longo iam usu & exercitatio doctus, traductus est *Norimbergam*, uocatus a mercatore quo filiis in studiis, & Patri familias in aduersae ualetudinis incomm huti præsidioque esset.

Non desiit tamen etiam alios multos priuatim erudire, sic scente numero auditorum suorum propriam Oeconomiam stat cum decreuit. Quapropter tori sociam sibi elegit ornatissimam nem, *Barbaram*, GEORGII STAVDNERI, Pastoris & Superatt

(a) Prouti Melanchthonis nomen id testatur. Alia exempla recenset S. R. D. RVS *in uitis Theol.* p. 165, & 220. Conferatur etiam supra uita *Erythraei* P. G. Virorum eruditorum Onomatomorphosis 1720. in 8. de quo in, opus *Vergnügung müssiger Stunden*, P. XVII. p. 411, non multa laude digna pro

(b) Sunt uerba CASP. HOFFMANNI in programmate funebri.

(c) Non confundendus est noster cum PAVLO ODONTIO, cuius in manus ue *und wunderliche Erzehlung, wie und welcher gestalt* PAVLVS ODONTIVS *Evangelischer Prediger zu Waldstein in Steyermark, wegen der Lehre des Ev der Grätzerischen* inquisition *gefänglich eingezogen, zum Tod 2mal verur durch Göttliche Hülffe wieder nun erlediget und befreyet worden*, Dresden 1

(d) Scripsit hoc elogium de patre filius in epistola ad amicum, quam totam, c liora non occurrant, describere nolui.

M. CASPARVS ODONTIVS
Weissenburgensis
Academiae Altdorfinae Collega, et
Praeceptor Clarissime.
Ex Pictura Bibliothecae Academicae.
Nat. d. 13. Aug. Ao. 1543. Denat. d. 16. Aug. 1605.
W. P. Kilian del. et sculpsit

Ecclesiae, Dioeceseos Sulzbacensis, filiam, cum qua optime uixit, & unius filii (e) & duarum filiarum (f) pater factus est. Tandem iussu & uoluntate DNN. CVRATORVM Altdorfium Anno clɔlɔlxix. ad diem 12. mensis Octobris profectus est, eo fine, ut in moderatoris tertiae classis Gymnasii Altdorf. officio studia humaniora, quibus se totum dicauit, publice doceret. Praeerat etiam huic suo munere magna dexteritate, & ea, quae dicebat, non extrinsecus aliunde quaerebat, sed ex ipso fonte, Ciceronis inquam scriptis, sumebat. Egregios quoque complures composuit rythmos, cum aliorum sui aeui poëtarum optimis comparandos, sed nullos qui turpe argumentum includebant, ita, ut mea sententia multis aliis, qui nil nisi obscoena obscoenis uerbis depinxerunt, sit praeferendus. Tandem diligens hicce & fidelis iuuentutis moderator pie placideque ex hac uita migrauerit A. C. clɔlɔlxxxiv. d. 18. Aug. aetatis suae 37.

SCRIPTA haec nobis innotuere.

1.) Cohortatio ad adolescentes classis tertiae, ad studium Grammatices excitandos instituta. (g)

2.) Epicedion in obitum soceri, GEORGII STAVDNERI, annexo epitaphio totius uitae cursum defuncti complectente. Norimb. 1580. in 4.

3.) Historia Petri & Pauli carminice decantata. (h)

4.) Gratiarum actio in prima renunciatione Magisterii. (i)

5.) Mythologia Musarum Anno 1581. excusa in 4.

6.) Elegia in obitum ANTONII MULHOLZERI. Noriberg. 1581. in 4.

7.) Variae orationes & gratiarum actiones ligata Oratione uideantur in primo actu promotionis.

(e) Qui erat IOHANN CASPAR, de quo plura inferius.
(f) De quibus an in flore iuuentutis mortuae, uel elocatae sint, nil certi constat.
(g) Quae extat in Introd. Scholae nouae Altdorfinae 1576. publicata.
(h) Teste I. L. a CAROLO in *Bibliothec. Pontific.* p. 319.
(i) Qua ipse honores Magist. accepit & quae continetur in historia istius actus Norimb. 1581. p. 45.

Digitized by Google

M. GEORGIVS PVLMARVS.

HAud ſecus interpreteris rogo, lector humaniſſime, quod paulo antecedentem nunc aeque fere breuis ſequatur uitae delineatio M. GEORGII PVLMARI. Plura enim indagari hactenus non potuerunt. Natione fuit *Reichenbala Tyrolienſis.* Inter illos, qui primi Philoſophiae honoribus ſunt mactati, quartus ordine numeratur, (a) cum antea iam eſſet Academiae Notarius & Anno cIↃIↃLXXV humanioris litteraturae in quarta claſſe praeceptor diligentiſſimus. Vxorem duxit Anno cIↃIↃXCI. d. 16. Nouembris, *Mariam*, AEGIDII ORTELII, ciuis Altdorfini, filiam, ex qua ſuſcepit filium EDVARDVM CHRISTOPHORVM, ſed paternis ueſtigiis non inſiſtentem, & filias, *Helenam*, quam GEORGIVS KOENIG in thalamum recepit, (b) et *Mariam Cbatharinam*, quam IOH. GERHARDVS FRAVENBVRGIVS (c) A. 1618. d. 20. Aprilis domum duxit. Tandem Anno cIↃIↃCXIII ſeqtuagenario maior rude donatus eſt.

Inter Orationes in Gymnaſio Altorfino recitatas & Norimbergae 1578. in 8. editas *Pulmari* quoque conſpiciuntur uariae ligata oratione conſcriptae. Seorſim extat

Carmen elegiacum de ſummis praecipuisque in Academiam Norimb. Altdorfinam per annum iam exactum collatis beneficiis &c. Altdorf. 1586. in 8.

M. IO-

(a) Vid. Actus renunciationis & promotionis, qua in ſchola & Acad. Altdorf. primo gradus Magiſterii decernebantur 4. honeſtis uiris, ibidem partim publicis, partim claſſicis Profeſſoribus 1581. Norimb. in 8.
(b) Vid. uitae Theologorum, p. 127.
(c) De quo uide uitas ICtorum Altdorf. & MICH. VIRDVNGI orationes & Programmata P. 428.

Digitized by Google

MARVS.

humanissime, quod paulo
sequatur uitae delineatio
im indagari hactenus nec
ipsis. Inter illos, qui primi
is ordine numeratur, (a)
nno clɔlɔlxxv humanior
ntissimus. Vxorem duxit
EGIDII ORTELII, cui
ARDVM CHRISTOPHO
& filias, *Helenam*, quae
) et *Mariam Catharinam*,
s (c) A. 1618. d. 20. Aprilis
iagenario maior rude do-

tas & Norimbergae 1578
iae ligata oratione con-

e in Academiam Norim.
beneficiis &c. Altdorf.

M. IO-

. Acad. Altdorf. primo gradu
am publicis, parum classici

GI orationes & Programma

Digitized by Google

M. IOHANNES PRAETORIVS. (a)

Si uerum eſt, quod de plurimis dici ſolet hominibus, unumquemque ad ſingularum artium ſtudia a natura fieri procrearique, certe id de M. IOHANNE PRAETORIO uerum eſſe, uberior uitae ipſius enarratio nos docebit. Miſeram hanc uitam auſpicatus eſt A. C. cIↃIↃxxxvII in *Valle Ioachimica*, ſi non ab argentariis metallis alioquin celebri, natiuitate tamen tanti ciuis, doctrina ac morum imprimis modeſtia commendatiſſimi, habet, de quo ſe iactet atque glorietur. Parentum, quorum uitae genus ignoratur, induſtria, & magis ſua ſponte, in omni genere honeſtarum artium, ac praeſertim graecis & latinis litteris inſtitutus eſt, quibus tantum profecit, ut multum honoris & gloriae apud exteros profunda eruditione ſua & probitate inſigni, cum experientia incredibili coniuncta, fuerit conſecutus. Hinc non diu caruit muneribus publicis, ſiquidem Imperatorem MAXIMILIANVM II. glorioſae memoriae, mathematicis ſtudiis inſtituit, non ſine noua laudis atque gloriae acceſſione. (b) *Cracouiam* poſtea profectus, inter domeſticos ſtudiorum comitem habuit ANDREAM DVDITHIVM (c) cuius amicitiam poſtea per litteras (d) tota uita coluit illibatam. Inde uocatus A. 1571. non ſolum a CASPARO PEVCERO, ſed etiam a ſenatu Academico Wittebergenſi,

(a) Ex hoc nomine IOH. SAVBERTVS *in Academia Norica* A. C. N. *1610. ἀναγραμματιθεῖσα* p. 7. per annagramma fecit: *En ſi pergat, Aſtronomia uiret.* Seipſum etiam in multis ſcriptis publicis, uocauit *Aſtronomum Noribergenſem.*

(b) Teſtatur hoc *Apelles poſt tabulam latens*, (qui eſt SCHREINERVS) *in epiſtolis ad Marcum Welſerum datis, de maculis ſolaribus* p. 46. his uerbis: In Germania noſtra, IOH. PRAETORIVS, Profeſſor nunc Altdorfii, *olim a Mathefi Imperatori Maximiliano*, quemadmodum ex relatione fide digna habeo, &c.

(c) Cuius uitam deſcripſit QVIRINVS REVTERVS, & DAVID GZWITTINGERVS, Nobilis Hungarus, in ſpecimine Hungariae litteratae Alt. 1711. in 4 p 127.

(d) Quarum nonnullas poſtea communicabimus, quarum *αὐτόγραφα* ex dono IOH. HENR. MEVSELII, I. V. Practici & poëtae felicisſimi, bibliotheca uener. ſoceri mei D. I. I. BAIERI aſſeruat.

Digitized by Google

uenit *Wittebergam* (e) ibique munus Professoris feliciter ol
tum illis bonum haut fuit diuturnum. (g) Latere enim non p
SENATVI NORIMBERGENSI singularis eruditio Praete
parta, qui proinde, ut eam huic Academiae conciliaret, decre
cessit A. C. ɔIɔIɔLXXVI. mense Decembri, in qua summa fi
muneri Professoris Mathematum priuatim publiceque prae
sibi indulgens, ut prodesset omnibus. Sed uix annum hic
CHRIST. PEZELIO per litteras (h) humanissime inuitati
simo Principi LANDGRAVIO WILHELMO socius es
tractatione rerum mathematicarum. Noluit autem noster l
dem mutare, sed impigre perrexit auditoribus suis optir
eosque exercere instituto saepius cursu Mathematico, &
tionibus, quibus animum eorum augebat, aliis uero testim
lorum & suae diligentiae dabat. Anno ɔIɔIɔLXXXIV. d.
canatu PRAETORII prima promotio Baccalaureorur
erant, fuit peracta. (i) Caeterum de doctrina PRAETO
mos tanta inuaserat opinio, ut oraculum quasi haber
confugerent, unde in rebus dubiis responsum referrent
THVANVS (k) tanti eum fecit, ut quendam Historiar
luci credere prius noluerit, quam censurae illius subie
CALVISIVS *in opere suo chronologico* multa habet, quae
cisse se, fatetur ingenue. ISAACVS CASAVBONVS
THIVS, MARC. WELSERVS, HENR. ARNISAE

(e) Vid. Epistolae sub littera A & B.

(f) Vid. *Tychonis de Brahe* Astronomiae instauratae progymnasme
stella 1572. exorta Pragae 1602. in 4 p. 639. ubi dicit: *Nullu
bellum de hac stella publice aut excellens ille Mathema icus* IOH. P
*tem'oris harum scient'arum Profi'sorem agebat Wittebergae, n
dorf. eandem detect &c.*

(g) Ipse PRAETORIVS in litteris ad Lingelshemium, distinctius
uocatum in Academiam Wittebergensem, a Dudithio dicest
bergae haesisse, scripsit.

(h) Quas uide in appendice sub. littera C.

(i) Vid. Chronicon Norimbergense p. 497.

Digitized by Google

celebres plurimi eundem aestimarunt, & consilium illius in maximi momenti rebus non semel petierunt, quodque ab eo dictum erat, non aliunde quam ex Apollinis ore prolatum acceperunt. (l) Neque uero in hoc acquieuit negotio, uel debilitatus curis priuatis est, ut potius exteris prodesse nouis suis inuentis meditaretur. Huius, si non doctrina & institutione, certe tamen consiliis, adiutus est inter alios immortalis KEPLERVS, qui post multos demum annos Vir & Princeps Mathematicorum factus, horum tamen profectuum, nostri etiam Praetorii opera factorum, gratam coluit memoriam. (m) Multum etiam ad decus Academiae augendum contulit noster, quorum & illud referendum, quod b. GEORG. MATTHIAS KOENIGIVS in Tractatu inedito, *de claris Noribergensibus*, scribit: *Alias*, inquit, *fando me percepisse memini, a dicto* PRAETORIO *duo insignia beneficia in hoc oppidum collata esse; primo quod uiam breuiorem monstrauerit, qua Altdorfio Norimbergam proficisci queamus, tria tantum milliaria emetientes, cum antea quatuor emetienda, (nemlich über Lauff) essent: deinde, quod aquam uiuam, quae Bublheimii (zu Büblheim) e saxo scaturigat, per canales in hoc oppidum duci fecerit*: quibus beneficiis certe omnes Altdorfinos, & quotquot ibi commorantur & commoraturi sunt, aeternum sibi obstrinxit. Difficile fere est memoratu, quam multa manuscripta reliquerit, quanta ueterum errata deprehenderit, correxerit & monstrauerit commodius, aliisque post tradenda tradiderit. Loquuntur de ingenio tanti uiri instrumenta ipsius Mathematica, quae tanquam pretiosum cimelium Norimbergae in publicam Bibliothecam sunt translata, & peregrinantibus exhibentur, quorum postea dabimus catalogum. Sed ex

(k) Conf. L. XCVI. sub fin. & GERARDI *von Stökken* Thuani Enucleati P. II. p. 14.

(l) Vid. IOH. IAC. POEMERI, Patricii Norimb. Orat. in HENNING. WITTENII Memor. Philos. &c. Dec. III. p. 358.

(m) Testantur hoc eius uerba in epistola ad MATTHIAM BERNEGGERUM, Lincii A. 1616. d. 7. Febr. scripta: *Caetera*, inquit, *meliora mitto. Etsi habet Wittenberga, habet* ALTDORFIVM, *habet & francofordia ad oderam Professores*, qui me aliquando iuuarunt in studiis. Vid. Epist. I. KEPLERI & M. BERNEGGERI mutuae Argentor. 1672. 12. p. 32.

ex multis, quae inuenit, ipſius nomen longius in aeuum propagabit *menſula* illa, ab inuentore, *Praetoriana* ad hunc usque diem dicta, cuius operoſiorem fabricam, uſum autem facillimum, peculari tractatu deſcripſit eius genuinus diſcipulus, poſtea in officio ſucceſſor DAN. SCHWENTERVS (n) cum quibus omnino iungi merentur, quae ANDR. BOE. CLERVS in nouiſſima editione huius geometriae, menſulae illi Praetoriianae addidit, & fabricam multo ſimpliciorem exhibuit.

Reliquum eſt, ut matrimonii fata deſcribamus. Id felici auſpicio iniit A. cIↃIↃLXXIX. d. 22. Septembris, quo M. GEORGII SIGELII, Diaconi Sebald. apud Noribergenſes (o) filiam *Helenam* in thalami conſortium aſſumſit. Cum qua 37. circiter annos optime uixit & 2. filiorum atque 7. filiarum pater factus eſt. (p) Tandem uero lumen illud ſplendidiſſimum Matheſeos, quod per XL. ferme annos, non Academiam tantum Altdorf. ſed & exteras oras ſplendoris ſui magnitudine compleuit A. cIↃIↃCXVI. occidit, nuncque ut indefeſſus aſtrorum amator ſuper aſtra collocatus fulgebit in omnem aeternitatem. (q)

EDITA

(n) Qui numero tertius eſt *Geometriae practicae* Germanico idiomate editae. Anno 1625.

(o) De quo in uitis Theol. p. 11. paucis dictum eſt.

(p) De quibus omnibus nihil innotuit, niſi quod una filiarum D. GUIL. LUDWELLO Anno 1616. altera, SIGISMVNDO WENDLERO, I. V. Cand. Ratisbonae tunc temporis uiuenti, fuerit elocata.

(q) GEORGIVS MVNDIVS ſcripſit Altdorfii *Manes Praetorianos*, h. e. *varias Odas, Elegias, & carmina in morbum & obitum Praetorii ad uarios* ex quibus excerpere placuit:

1. SCAZONTES

Curriculum vitae Praetorianae exhibentes.

* * *

Vallis Ioachimi tibi obtigit, *Iane*,
Tellus, ſolum natale; ſed tuum claris
Scientiis polit caputque corclumque
Witteberga, ſedes, optimi patris, Phoebi,
Pluresque, quas non nomino, ſcholae clarae,
Audiuit hinc *witteberga* mox docentem te:
Tibi ſalutata eſt *Polonia* & diues

Digitized by Google

EDITA SCRIPTA PRAETORII.

De cometis, qui antea uiſi ſunt, & de eo, qui nouiſſime menſe Nouembris apparuit narratio ad Senatum Norimb. 1578. in 4. (r)

Practi-

Bohemia, uberis, *Metropoles* magnae
Et *Auſtridos*: tandem ſibi optimum & certum
Temet *Palaecome* ducem magiſtrumque
Delegit, ut Doctor Mathematum pubi
Sanctae praeeſſes; cuius ore penderet,
Haurire tam bonam ſcientiam feruens
Iuuenta. Nunc fuiſti at optime o fautor!
Et plangimus te, IANE, lacrumis ueris,
Heu! pars melior eſt quin ſuper tui uiuit
In orbe ſplendor nominis tui toto,
Phoebo nitenti Phoſphorus facem claram
Dum praeferet. Sed eſt ſatis; ſat eſt multum
Hauete uos ſanctiſſimi - optimi manes,
Saluete uos piiſſimi - optimi manes.

2. EPITAPHIVM
ab eodem auctore erectum.

Siſte hoſpes, atque haec pauca, ſi placet, lege
Sepultus hic *Praetorius*, uir inclutus
Mathematum Profeſſor, ille gratiis
Productus, ille diſciplina Pallados
Eductus, ille Apollinis ſacri comes,
Qui ſiderum nouit uices & omnium
Nouiſſe ſtellarum uias ſat dicitur:
Qui calluit linguas: *Polonicam* grauem
Et *Italam*, *Graecanicamque* diuitem,
*Ibericam*que, & relliquas, ſicco pede
Quas nunc lubens pratereo. Tantum fuit
In hoc uiro inſtar; cuius hic corpus iacet,
Tenetque mentem Olympus. hoc ſatis. mihi
Nam plura de PRAETORIO loqui nefas.

(r) Hoc ſcriptum etiam Germ. idiom. prodiit ſub hoc titulo: Narratio *oder Hiſtoriſche Erzehlung derer* Cometen, *ſo vor dieſer Zeit geſehen worden, und dann auch deſſen, ſo*

Practica *auf das Jahr nach unſers HErrn J. C. Geburt* 1580. *durch* Val. Nevvber 2. *Bogen alter und neuer Schreib-Calender*. C. N. 1593. in 4. (s)

Problema, quod iubet ex quatuor rectis lineis datis fieri, quod ſit in circulo, aliquot modis explicatum, Norimb

Epiſtolas plurimas ad Viros tunc temporis eruditionis conſpicuos dediſſe noſtrum certo certius eſt. Allegabo ſal alibi forſitan lateant eas, quas ad D. *Lingelsheimium* ſcripſit Dudithio multa ſpecialia a Thuano omiſſa habet, &, ut ni Thuano ipſi datae omittantur, modeſte rogat.

DESIGNATIO CODICVM MSTORVM PR qui in Bibliotheca publica Altdorf. aſſeruar

1. Algebra Praetoriana Anno 1608.
2. Praecepta logiſtica numerorum irrationalium uel
3. Fragmentum ſcripti de regula coſſica.
4. Breuis introductio in tabulas editas a IOH. GEOR ab HOHENBVRG, ICto, & cancellario Bauarico
5. Modi logiſtici fractionum.
6. Tractatus de rationibus & analogiis.
7. Tract. *von Feldmeſſen und Landſchafften in Grund leg*
8. De diſtantiis locorum calculandis ex data eorum latitudine.
9. Dimentio practica duorum aut plurimum loco

ünzſten Monat Nouembris *erſchienen, geſchrieben an einen E. F. un Nurnberg.* Dedit etiam in hoc ſcripto breuem deſcriptionem Anno 1572. apparuit, quam *Tycho de Brahe* l. c. ualde commend.

(s) Non obſcure inde colligitur, plura ante & poſt confeciſſe eiusmo uero hodie raro apparent.

(t) Conf. Schvventeri Geom. Pract. Tract. I. L. IV. Probl. 14.

(u) Extant hae epiſtolae in Monumentis pietatis & litterarjis Virorum raria illuſtrium ſelectis Francof. 1701. in 4. editis P. II. p. 121 -

ctorum & item superficierum, item radii siue regulae geometricae, quam uulgo baculum Iacobi uocant, accuratior & exactior fabrica eiusdemque usus uberior, item de instrumento, quo exploratur, an aqua certo loco scaturiens deduci possit in alium locum destinatum, uulgo *Waſſervvage*, item de uasorum dimensione.

10. *Vom Feldmeſſen und fortificiren mit dem runden* instrument (instrumento circulari gonyometrico.)
11. Astronomiae & Geographiae rudimenta ex dialogis cosmographicis Franc. Maurolyci.
12. Hypotheses astronomicae explicatae 1597.
13. Hypotheses Astronomicae traditae 1602.
14. Obseruationes Ptolomaicae & Copernici, collectae ex Copernici libro reuolutionum.
15. Primi mobilis & Planetarum theoriae Ptolemaicae collatae cum hypothesibus Copernici, ita tamen ut supposita Ptolem. retineantur 1588.
16. De hypothesibus seu theoriis planetarum, 1584.
17. Theoria fixarum & planetarum duplex, 1613, 1614.
18. Fundamenta operationum, quae fiunt per tabulas Prutenicas Erasmi Reinholdi, 1613.
19. Ratio condendi tabulas aequationum solis & caeterorum planetarum.
20. De horarum descriptione ex umbra gnomonis 1599, 1600.
21. In computum Ecclesiasticum sacrobusti, 1608, 1609.
22. Algebra Petri Nonii ex Hispanico utcumque latine facta 1650.
23. Theodosii & Menelai sphaerica, exposita 1582 & 1583.
24. Volumen continens uariorum scriptorum de quadratura circuli sententias, cum iudiciis & animaduersionibus Praetorii & aliorum. (x)

(x) Adsunt plura alia non ab ipso Praetorio elaborata, quin potius in suos usus ex aliorum MStis propria manu Practorii descripta, qua de causa a nobis silentio praetereuntur.

Digitized by Google

INSTRVMENTA MATHEMATICA PRAETORIANA, quae in Bibliotheca Norimbergenſi conſeruantur.

1. Globus coeleſtis metallicus deauratus, diametro 11¼ digitorum conſtans, cum ſuo cyclo horario, quadrante uerſatili & ſemicirculo poſitionum; adiecta inſuper lingula magnetica pedamento infixa, & perpendiculo ad Nadir appenſo, confectus a Iohanne Praetorio, Ioachimico, Norimb. 1566.

2. Globus terreſtris metallicus deauratus, cum ſuo magnete, absque tamen cyclo horario, eiusdem cum coeleſti quantitatis, ab eodem autore, eodem anno delineatus.

3. Aſtrolabium aeneum, conſtans diametro 1. pedis ¾ digitorum, cuius mater praeter rete aſtriferum tria continet tympana; primo inſcripta eſt Eleuatio 39° & 43°. ſecundo 46° & 49°. tertio 52° & 55°. Dorſum uero praeter communes circulos continet etiam dies omnes Calendarii, & praeter cyclum ſolis, & litterae dominicalis, cyclum peculiarem ad feſta mobilia, quouis anno dato inquirenda. Omnia a Ioh. Praetorio confecta Anno 1568. addito pedamento metallico, cui aſtrolabium appendi poteſt.

4. Torquetum Apiani uniuerſale, conſtans baſi quadrata 6¾ digitorum cum ſuo magnete, ad quam adaptata eſt tabula aequatoris, ſecundum diuerſas eleuationes ſuper duobus arcubus mobilis. Huic aequatoris tabulae exterius duo Zodiaci, ſecundum maximam ſolis declinationem ſibi iuncti, & ſimul mobiles adhaerent; cui denique Alhidadam ſeu regula cum ſuis pinnacidiis, fulcro & criſta (quae ex circulo firmato & ſemicirculo ex pinnacidiis pendente conſtat) ſuperimponi debet, omnia a Ioh. Praetorio elaborata.

5. Cyclus Gnomicus uerſatilis deauratus, diametro conſtans 5. digitorum, in una facie exhibetur horologium horizontale, in altera

ra uerticale cum altitudine ſolari, a Praetorio delineatum & capſae ligneae incluſum.

6. Cubus Gnomicus $3\frac{1}{4}$ digitorum continens Horologium 1. Horizontale, 2. Orientale, 3. Verticale uerſus Meridiem, 4. Occidentale, 5. Verticale uerſus ſeptentrionem, ſingula ad eleuationem 49 - 30. cum magnete & perpendiculo ſurſum erecto, Norimb. a I. P. 1562.

7. Hemisphaerium Gnomonicum concauum deauratum, cum lingula magnetica Nadir infixa, diametro conſtans $2\frac{1}{4}$ digitorum, delineatum a I. P. 1563.

8. Cyclus concauus Gnomonicus Horizontalis diametro $2\frac{1}{4}$, altitudine $\frac{1}{4}$ digitorum conſtans, adiecto etiam magnete delineatus a I. P. Norimb. 1566.

Sequuntur nunc Epiſtolae, quarum in uitae deſcriptione mentio facta eſt.

Lit. A.

S. D. Doctiſsime Vir. Intelligo tibi conſtitutum eſse in has terras reuerti, & fortaſse ad Academiam noſtram. Id te facere uehementer uelim. Cauſas huius rei, ubi aduueneris, coram exponam. Sed ut uenias, oro & hortor, etſi plane, a me uocatum te eſse, apud omnes, ut diſſimules, uolo. Quomodo conſuli tibi poſſit, ſcio, & fiet id cum dignitate tua & commodo. Valde uelim enim in eo ſtudii genere, in quo excellis, te apud nos praeclari aliquid conari atque nauare. Non defutura tibi eſſent ſat ſcio ſubſidia ab illuſtriſsimo Principe Electore, in quo creſcere amorem & admirationem tuarum diſciplinarum quotidie experior. Sed me non ſinunt occupationes eas cauſas exponere, quas cupio, & exiſtimo, tibi ſatis fore, ſi autor tibi ſim, ut huc quam primum auoles. Non tamen cuiquam cur aut quo conſilio huc proficiscaris, ut aperias, uehementer oro, ne ſiniſtras & falſas illa fama alicui pariat ſuſpiciones. At de me id ſentias, curare mihi ſtudia & conatus tuos in maioribus fore, ſi

Digitized by Google

experiri te in excolendis & instaurandis Mathematis felic maduertero, quibus scis opus esse artificibus in tanta rat studia tractantium. Bene & feliciter uale. IV. Martii Ann

CASPA

P. S. Credo quod a Magno D. Dudithio facile te auellere poteris.

INSCRIPTIO

Doctissimo Viro DN. Praetorio, Ioachimico, (Magnum D. Dudithium uersanti, amico suo carissimo.

Lit. B.

S. D. Et ex collegis nostris aliquot & Viro Clarissir merario perspectum esse cognouimus, qua diligentia & iis disciplinis, quas excellenti nomine Mathemata app hactenus: Et sicut in hac parte ingenii tui felicitas, ita morum probitas admodum nobis commendatur ab iis, qu Quae cum in absente diligamus, quomodo scholae nos horum conciliaretur iam pridem cogitauimus. Cum has disciplinas apud nos docuit, Collega & amicus noste NVS THEODORICVS senescens iam, totum se studio M stituerit, in quo & summos honores consecutus nuper, rum Doctor renunciatus est, & mox inter eos cooptatus dicam publice doceant, uacante loco eo, quem nos in I diis & collegio hanc apud nos docentium praecipuum mus a TE amanter, ut ad nos quam primum uenias, praesentem, & quas operas in hoc genere doctrinae & TE obire cupiamus coram cognoscas. Neque dubites tiones TIBI laturos esse, quae TIBI non sint futurae tecum acturos omnia, ut huius itineris atque migrat te poenitere non possit. Itaque fidei nostrae rem pe

Digitized by Google

primum aduenire ſtudeas, ut de rebus omnibus coram tecum conſtituatur. Nos quidem freti etiam affectione erga nos et Scholam noſtram tua, hanc cauſam hoc modo ad TE agimus, ut uides ſimplicius. Nihil autem callide & captioſe a nobis fieri TIBI perſuadeas. Caetera eorum TIBI Deo iuuante probabimus. VALE ET VENI, Dat. Witteb. III. Id. VIIbris, Anno Chriſti M D LXXI

Rector Magiſtri & Doctores
Academ. Wittebergenſis.

INSCRIPTIO.

Ornatisſimo Viro eximia pietate eruditione ac uirtute praedito D. Iohanni Praetorio, Cracouiae apud D. Dudithium degenti amico noſtro obſeruando.

Lit. C.

Salutem in Chriſto Immanuele & Seruatore noſtro unico. Doctisſime Vir, amice charisſime. Grauisſime a Cicerone dictum eſt, *neminem de ſapiente iudicare poſſe, quam qui ipſe ſit ſapiens.* Eſt & illa ſummi Philoſophi ſententia uera, *tunc beatus eſſe Respublicas, cum artifices de artibus iudicant, in quibus ipſi cum laude uerſati ſunt.* Quamobrem gratulor tibi, quod cum maximam uitae ac ſtudiorum tuorum partem in conſideratione atque uſu rerum coeleſtium conſumſeris, ab iis imprimis, qui ſcientiam illarum rerum habent, & commenderis plurimum, & expetaris magno cum ſtudio ac deſiderio. Fui autem hiſce diebus cum Illuſtrisſimo Principe Landgrauio Wilhelmo, qui ab ineunte aetate uerſatus in ſtudiis mathematicis & laudem in eorum tractatione conſecutus eximiam, non modo honeſte de te ſentit, quem ante annos non multos in arce Wittebergenſi ad colloquium ſuum admiſiſſe ſe affirmat, ſed etiam operam ac conuerſationem tuam aſſiduam magnopere expetit. Is ergo in mandatis mihi dedit, ut has ad te litteras mitterem, in quibus tum de honorifico ipſius Celſitudinis iudicio, de iis in quibus uerſaris ſtudiis, tum de ſingulari erga te affectione & benigniſſima uoluntate tibi ſignificarem, tum etiam ſtatum rerum atque conditionis tuae, potiſſimum

Digitized by Google

simum uero uoluntatem tuam explorarem, num ad illam eiu nem conferre te uelis, ut socium te in exercitiis & tractat mathematicarum sibi habeat. Idque ut ita uelis honestissim te ad Celsitudinem suam inuitare se uelle declarauit, de qu in posterum scribet, modo non grauatim mihi de ipsius mandato scribendi ista, significaueris, utrum obligatus sis Senatui Norimbergensi, ut alio conferre te non audeas, an t tui sis & uoluntate ea praeditus, ut cupias illi Principi operan uare. Non addam argumenta, quibus tibi persuadeam, ut, s te tua situm est, apud hunc potius Principem, quam uspian rum, publicae utilitati seruire constituas. Sed te Virum pru ut tum ipse te in consilium adhibeas, ac cogites, quam & l tibi & publico studiorum commodo utile futurum sit, si operam tuam addicas, qui & ipse cum laude in hoc studio uersatus est & artifices, de quibus recte iudicare potest, am honestis stipendiis prosequitur, & modis omnibus operam d praestantium ingeniorum labores plurimum rebus communi Literas, cum ad me responsionem instituere uoles, Dillebu in comitatu Nassouiensi est, mittes. Id quod commodis fratri meo GEORGIO PEZOLT, ciui Norimbergensi, aut HELLINGO, Epistolam tuam ad me transmittendam, trade tem celerius rescripseris, eo gratius id futurum esse illustri grauio animaduerti. Bene ac feliciter uale, Vir Doctissi quoque tempore de conditione tuarum rerum & de uolunta rem me redde. Ex Thermis Emisenis (*Emser-Bad*) 19. Fel

Tui amantissimus
GHRISTOPHORVS
S. S. Theolog

INSCRIPTIO

Doctissimo Viro, ingenio, uirtute, & rerum mathemat tia eximia praedito, M. Ioh. Praetorio, Collegae docentiu Altdorfina, &c. Amico suo ueteri & charissimo,

Digitized by Google

Lit. D.

Suauisſ. Praetori S. P. Et miror & doleo nihil te a tanto interuallo ſcribere. Si non uacat alia nunc ſcribere, illud tantum, ſi me amas, ſignifica tribus uerbis; quo loco res tuae ſint, quam ſis praeſenti ſorte tua contentus, an etiam meliora ſperes. Noſtra eadem ſunt, & in eodem ſtatu, in quo ea diſcedens reliquiſti, niſi quod oppreſſus ſum moerore incredibili, ob matris meae charisſ obitum. De quo proximis quoque litteris ad te ſcripſi. Ad haec accedit etiam dolor ex tui abſentis deſiderio. Crede mihi, omnem propemodum laetitiam tuo abitu tecum abſtuliſti. Omnes te unice amabamus, ego inprimis. Saepe ex me filiolus quaerit, ecquando, mi pater, ad nos iterum *Pletolius* redibit? cur tam diu abeſt? an iam noſtri oblitus eſt? Quid dicam? dat nobis occaſionem ſuauiſſime de te inter nos colloquendi, tuasque uirtutes enumerandi, quae certe omnibus domeſticis noſtris ſemper in ore ſunt. Saepe fortunam meam deploro, quod tali amico, tam utili, tam iucundo, orbatus ſim. Sed nolo hac de re pluribus nunc tecum agere. Id tantum rogo, ut ſaepe ſcribas, ſiue eſt argumentum, ſiue non eſt, quamuis nunquam tibi deeſſe materia poteſt in iſta luce hominum uerſanti. Iam diu enecas me expectatione Mathematici, quem et doctum, & bonum, &, ſi fieri poteſt, mechanicum (ſcis quid hoc nomine ſignificem) hoc eſt, tui quam ſimillimum eſſe cupio. Cruſius fortaſſe maiora ſpectat, ſed ſi extrudi poſſet ad aliquod tempus, nihil illo aptius eſſet. Si hic non poteſt, aut ſi etiam hic uenire poſſet, & tu tamen haberes alium aliquem magis idoneum, beares me, ſi quam primum eum huc amandares, conſtituta ei certa mercede, ex arbitrio tuo. Obſecro te, ſit tibi haec res magnae curae. Diophantum te iam Simonio ad Xylandrum transferendum tradidiſſe non dubito. Id ſi nondum feciſti, oro te, ut ſine ulla mora facias. Da autem diligentem operam, ut non exeat is, qui ex meo deſcriptus eſt, antequam Xylander meum cum interpretatione ſua in lucem emittat. Infideliter egit, qui deſcripſit, nec Camerarius amici officio functus eſt, & haud ſcio an boni etiam uiri, qui, meo iniuſſu, cuiquam deſcribendi copiam fecerit. Tu cura, pro tuo in me amore, proque tua prudentia, ne haec res mihi unquam fraudi ſit. Ex-

pecto ea omnia, quae Memoriali, discedenti tibi tradito, complexus sum, tum quae postea in litteris tuis promittis, Schuleri orationem, lectiones, ac tuam praefationem, & quicquid est eiusmodi, quod me libenter cogniturum esse existimas. Id autem est omne genus elegantium scriptorum, siue id uestrum sit, siue ab alio aliquo docto uiro profectum. Cum erit otium, perfice obsecro, quod mihi hic inchoasti, de usu globi. Scribe etiam aliquid de horologiis, deque metiendi ratione, quae duo etiam hic petieram, non patiar te frustra laborasse. Vigandi corpus doctrinae ex ueteri test. iam hic nactus sum. Carpentarii Philosophiam misit mihi Simonius, Logicam tantum eius requiro. Iulii Scaligeri libros nobilium exercitationum, quorum XVItus est is, qui iam a multis annis prodiit contra Cardani librum de subtilitate, dici non potest quantopere uidere cupiam. Omnem moue lapidem, ut eum habere possim. Puto iam Camerarii quoque annotationes in Euangelia, ut erant illae in Pauli epistolas, & Xenoph. & nescio quae alia, exiuisse, ea omnia habere cupio, significato mihi precio, ut statim pecuniam repraesentem. Efromi philosophica, Peuceri astrologica, Medica etiam si quae emisit, Schuleri de natiuitatibus cito mihi describenda cura, mi optime, & charissime frater, & uale plurimum, ac magnos istos uiros ex me officiose saluta, sic Praetorium, uirum doctum, mihique amicissimum, atque alios. Intra biduum Cracouiam reuertemur. Pestis desiit iam saeuire. Resminus nondum rediit. Palaeologus intra 8. dies in Transsylu, proficiscetur, uxore apud me relicta, quae ei filiam peperit. Obsecro te scribe ad me de rebus omnibus copiose, & mitte aliquid. Vale iterum. Breznicia 1. Februarii 1572. Doctor Rosanka mortuus est.

Tuus Fr.

ANDR. DVDITHIVS.

INSCRIPTIO.

Excellentissimo Viro Domino Ioh. Praetorio Ioachimico, Mathematices Professori in Academia Wittebergensi, &c. amico & fratri meo charissimo.

Witteberg.

Lit. F.

Digitized by Google

Lit. E.

Amice & frater charisfime. S.P. Antequam nos peſtilentia, quae urbem & aedes in ea noſtras corripuerat, in haec loca commigrare cõegisſet, ſcripſi ad te de rerum mearum ſtatu breuiter. Poſt alteras quoque litteras dedi, & ante hoc tempus aliquoties id feci: nunquam tamen a tua humanitate ullum impetrare reſponſum potui. Quid ſibi uult, bone Deus, tam obſtinatum, tamque diuturnum ueſtrum ſilentium? Si quid in me cauſae haeret, cur ita a me alienato eſſe animo inceperis, ut ne reſponſo quidem nos amplius digneris: ſtatue in me quam libet poenam: libenter eam luam. Haec certe nimia eſt, praeſertim cum nullius prorſus culpae affinem me eſſe ſentiam. Graeca illa, quae tibi emendanda & interpretanda miſeram, cur tamdiu retines? promiſeras te miſsurum cum quibusdam aliis, nihil tamen apparet. Quare monendus mihi es, mi Praetori, ſiue iraſceris, (quod nolim) ſiue adhuc amico in me es animo (quod in primis opto) ut officii, ut promiſsi ſis tandem aliquando memor: ut uel hinc intelligam, te mei memoriam, & beneuolentiam illam in me ſingularem, non plane abiecisſe: ut ego eam certe, quoad uiuam conſtanter conſeruabo. Si iſtic tecum eſt Iac. Cuno, Mathematici Francofortenſis filius, iuuenis egregiùs, & tui ſtudioſus, rogo, ut ei ex me ſalutem dicas, ſimulque roges, ut quae ſecum a me ſcripta Pragám abſtulerat, meo conſenſu, ea remittat ſuo commodo: ſcribat etiam ad me de ſuis ſtudiis, & ſtatu omni. Scit me ſui amantem eſſe. Quod aliis quoque litteris rogabam, te nunc quoque maiorem in modum rogo, mi charisſime amice, ut mihi methodum, qua ſin Ephemeridibus computandis uteris, mittas; & autorem, quem in prognoſticis praecipue laudas. nominare uelis. Obſecro te reſcribe mihi, & libros remitte. Si nihil aliud, uel de ſtatu tuo breuisſime mihi aliquid ſignifica. Nullum adhuc Mathematicum nanciſci potui: in quo mihi inquirendo, & opera eius conducenda, nunquam ſeriam curam tuam praeſtare uoluiſti. Andreas adhuc mecum eſt. Proximo uere, Deo approbante, in Academias euolabit; niſi peſtis & bella prohibeant. Vxor mea tibi, tuaeque, & nos omnes, felicia omnia precamur. D. Giphanio, D. Edoni, D. Taurello,

Digitized by Google

& reliquis Collegis tuis, & amicis, defer amica officia mea, & plur. salutem dicito. Item Dominis Camerariis, & Dom. Herdesf. & Reip. uestrae magno illi ornamento D. Paumgartnero. Adiuro te per omnia sacra, ut mihi rescribas. Valde te tua ualetudine, & in me uoluntate solicitum & anxium, atque adeo ancipitem facit ista tua taciturnitas. Gorcae in finibus Poloniae, 9. a Bresla milliar. ex arce Comitis Gorcani, Palatini Posnanienſis, uxoris meae consobrini, 29. Decembr. 1585.

Tuus uetus amicus & frater
tui amantisſimus

A. DVDITHIVS.

Si quid de Sauilii nostri statu audiuisti, rogo ut mihi diligenter significes. Fortasse reuersi sunt illi mercatores Angli. Si quas etiam a biennio hoc ad te litteras dedit, communica eas mihi obsecro.

P. S.

Statueram libellos illos tuos de sphaericis triangulis, quos in meam gratiam collegeras, per typos harum disciplinarum studiosis communicare. In ea sententia in dies magis magisque confirmor. Itaque peto a te, ut si quid addendum, detrahendum, mutandum putas, id mihi significes primo quoque tempore. Poterit adiungi illud quoque opusculum, quod de Pythometria scripsisti. Quoniam autem de impressione constitui agere cum haeredibus Wecheli typographis Francofortensibus, amicis quidem meis, sed paulo auarioribus rogo te, ut cum uestro quoque typographo conferas (qui satis pulchros characteres habet) & diligenter atque ad unguem inquiras, quanti unum folium, uel, ut uocant, arcum in 4. uelit imprimere. Hac enim forma propter figuras & Diagrammata commodius erit, & ad dignitatem libri aptius, imprimere. Minores faceremus sumptus, si tu ipse per ocium posses diagrammata sculpere. Quidquid ad augendos & ornandos hos tuos foetus pertinere judicaueris, fac, amabo te, primo quoque tempore me certiorem. Vale feliciter.

INSCRI-

Digitized by Google

INSCRIPTIO

Excti. & Clarisſ. Dom. Magiſtro Ioh. Praetorio, Ioachimico, Reip. Norimb. Mathematico & in Academia Altdorffina Profeſsori: amico charisſ. Altdorff.

Lit. F.

Charisſime D. Compater. S. P. Quaero adhuc de gnomone. Cuiusmodi illud eſt, quod Gnomonici, horologiorumque artifices concedi ſibi poſtulant, Gnomonis uerticem terrae centrum eſſe. Vt detur illis, uniuerſam terram, reſpectu ſphaerae inerrantium, puncti uicem obtinere: tamen profecto ſi Solem & Terram reſpicimus, Terra omni quantitate non caret, quum in Sole fiat parallaxis: quod negant contingere, niſi iis in orbibus, quorum reſpectu Terra ſenſibilem quantitatem habeat: ut his quaſi mutuis ſe acuminibus compungant, ac prima cum poſtremis non cohaereant. Iam quomodo illud uerum eſſe intelligitur, quod Gnomonem, ſiue ſtilum, qui umbras iaciat, orbis axem eſſe dicunt; cum axis linea ſit λογοθεώρητος, tantum abeſt ut umbram aliquam proiicere poſsit: quod ſolorum corporum eſſe fatentur omnes, qui modo ſenſibus non deſtituuntur. At, inquiunt, fingimus non ita eſſe. Ego uero nihil a Mathematicis fictum ac falſum expectabam, quos audias gloriari, ſe ui ueritatis ac demonſtrationis cogere homines, atque inuitos ad ſe pertrahere; non figmentis in falſas opiniones inducere. Deinde quale iſtud eſt, quod in omnibus horologiorum horizontalium ad horas aequinoctiales deſcriptionibus arcus horarii inaequales ſunt, ac maiores ſemper, quo a meridie longius diſcedunt ad VI. utrinque horam: cum quidem horae omnes aequales ſint, 15. ſcil. gr. ſiue temporum aequinoctialis; u. c. maior eſt lineae, quae II. horam pomerid. indicat, diſtantia, ab ea, quae primam, quam ſit ea, quae primam a meridie: & ſimiliter eius, quae tertiam indicat, ab ea, quae ſecundam, maior eſt diſtantia, quam ſecundae a prima, quum quidem, ut dixi, horae ſint omnes aequales, &, quod peius eſt, aequatoris, ad cuius diuiſionem diuiditur horizontale horologium, horarii arcus etiam aequales,

les. Quum foecundi, siue, ut nunc loquuntur, Tangen sint, quam sinus recti in talibus partibus, qualium sinus co: nitur sinus totus, qui sit, ut arcubus aequaliter se exsu creſcant sinuum differentiae, creſcant autem tangentium? a Theone in subtensis monstratur, hoc monstrari potest. etiam in latitud. 30. gr. pyramis dari quadratae baseos 80: dem etiam pedes alta, quae umbram nullam iaciat non r tio, sed statim quam primum Sol meridianus fuerit 63. 23 ita sine umbra permaneat in meridie iis omnibus diebus, gr. uel plures altior fuerit. Haec ad proximas litteras pe Sauilio, & mihi grata erit harum quaestionum explicatio, quae ex diuite tuo penu deprompta nobis liberaliter comi Dominis Collegis omnibus pl. sal. D. Glaciano inuideo tu dinem; ex qua non dubio eum omnia harum artium myſ gnouisse. Vale feliciter, nosque ama. Salutamus uxore Bresla 21. Febr. 1589.

Exc. V.

uetus amicus, frat

A.

INSCRIPTIO.

Exc. Dno. Magist. Iohanni Praetorio, Ioachimico, F Mathematico, atque in inclyta Academia Altdorffina Profe mino, amico & compatri honor. & char.

Versa huius epistolae pagina Dudithius *minio*, seu co teris, sequentia adscripserat: Eclipsis ☉. d. 15. huius mensi qui meus horoscopus est. Si uera est astrologia, morten aut grauissimum aliquem morbum. tu quid censes? (y)

(y) Allegauit etiam haec uerba Thuanus L. XCVI. circa finem, sine ipsi communicata.

Digitized by Google

ETORII.

ur, Tangentes aliud nihil
tum sinus complementi po-
ter se exsuperantibus de-
ngentium? quorum illud
ri potest. Annon potest
baseos 800. ped. ac toti-
sciat non modo in solis-
erit 63. 23. altus: atque
s diebus, quibus Sol tre
litteras pertinebant. Et
xplicatio, ut alia omnia
liter communicare solet.
inuideo tuam consuetu-
tium mysteria plene co-
nus uxorem & filiolum.

icus, frater & compater
A. DVDITHVS.

imico, Reip. Norimb.
na Professori &c. Do-

Altdorff.

seu coloris rubri lit-
us mensis incidit in
mortem mihi affert,

(y) Praeto-

n, sine dubio a Praetore

M. GEORGIVS PFALLERVS
Norimbergensis
Primo ab Ao 1574. Diaconus Wehrdensis,
deinde ab Ao 1580. Hebraeae Linguae Professor Publicus
in Academia Altdorfina, et Ecclesiae ibidem Diaconus.
Nat: Ao 1550 Denat: d. 30. Sept 1604
W.P. Kilian fe

Digitized by Google

Digitized by Google

Praetorius autem ſua manu haec ſubiecit: Vltimae hae litterae Dn. Dudithii datae ſunt 21. Febr. 1589. Subſecuta eſt ipſius mors poſt biduum ſcil. 23. Febr.

In margine iſta a Praetorio conſpiciuntur notata: ſed ſecundum Stadii Ephemerides, non die 15. ſed 4. Solis Eclipſis contigit, ſed ſub terra circa mediam noctem, id eſt, circa initium quinti dici Febr. in ♒.

M. CASPAR KVTTEL.

QVibus noſter ortus ſit maioribus, quam diu uixerit & ubinam locorum uitam cum morte commutauerit, prorſus ignoro. Hoc ex matricula Profeſſorum Altdorf. innotuit, fuiſſe in oppido quodam, Onoldini Ducatus, *Waſſerdrüdingen* dicto, natum & Anno 1577. Muſicam in ſchola Altdorfina docuiſſe. (a) Quia uero Theologiae praecipue operam dedit, non ita multo poſt Norimb. ad Diaconatum ſuburbanae Eccleſiae Wöhrdenſis eſt uocatus, ſed non diu demandato officio praefuit. Suſpectus enim Caluinismi erat, ideoque *libris Normalibus* ut ſubſcriberet plus uice ſimplici a Superioribus ipſi fuit iniunctum. Quod cum facere recuſaret A. 1585. d. 14. Octobris ab officio fuit remotus, (b) &, ut fama erat, Auguſtam Vindelicorum abiit. Plura latent.

M. GEORGIVS PFALERVS.

REcte ſane atque prudenter ARISTOTELES, Philoſophorum Princeps dixit: *Omnes homines ad aliquid intelligentia ſcientiaque comprehendendum naturali quodam impetu incitatos fuiſſe.* Verum illi, uti mea quidem fert opinio, multo magis hominum uoluntates in ſe mererentur, qui ita litterarum ſtudiis operam dant, ut uni tantum ſtudiorum litte-

(a) Extraordinarium hoc erat officium, ut ſcholae Altdorfinae alumni modulate canendi facultatem a quodam huius artis perito, acquirerent, quapropter Excell. Baierus *in der Beſchreibung von der* Vniuerſitaet *Altdorff.* p. 21. hunc noluit inter Profeſſores numerare.

(b) Vna cum GEORGIO KREPPELMEYERO, Diacono Eccles. ad Spiritum S.

Digitized by Google

litterarumque generi se tradant & aliquando ad communem omnium utilitatem proferant. In tanta enim rerum, quae sciri possunt, ubertate, non omnibus datur cognitio, tum intensiua, tum extensiua, & satius est pauca eaque accurate nosse, quam multa, sed superficiarie. Non opus est hoc ueterum exemplis corroborare, cum laudabili suo id confirmet exemplo GEORGIVS PFALERVS, qui Theologiae & cognitioni linguae Ebraicae, ita se ab ineunte aetate dicauerat, ut in utroque studio haud uulgarem acquisiuerit notitiam. Natus is est Norimbergae A. C. cIↃIↃ patre *Leonharto*, dispositore Sebaldino (a) qui tenerum animum per priuatos & publicos litterarum magistros erudiendum curauit, sub quorum fideli manuductione ita profecit, ut pietatis artiumque optimarum elementis imbutus, dignus haberetur, qui ad mercaturam grauiorum scientiarum ablegari possit. Est urbs in planitie undiquaque aperta ad ripam Albis orientalem in Saxonica ditione sita, a conditore *Vitinkindo Attagno*, qui, uti aiunt, castrum ibi exstruxit, Wittemberga appellata, & a *Friderico sapiente*, Saxoniae Electore, academia aucta, quae statim post incunabula ob repurgata per diuum Lutherum sacra, & dissipatam a *Phil. Melanchthone* barbariem per orbem terrarum inclaruit. Ad hoc commune litterarum optimarum ac studiorum domicilium, se contulit PFALERVS, laudabili ciuium suorum consuetudine, qui ex summo religionis studio, ad fontem limpidissimum coronandum huc properant, ex quo purioris doctrinae & sapientiae riuuli in multas regiones dimanarunt & adhuc dimanant. Nactus noster spatiosissimum hoc, in quo decurreret, stadium, omni contentione atque labore adnixus est, ut remotis omnibus, quae moram iniicere possent, difficultatibus, metam propositam attingeret.

(a) De quo BVSEREVTIVS in primo actu promotionis hisce loquitur uerbis: *Quia tu, Reuerende Dn. M. Ge. Pfalere, professione Theologus es, natus patre Theologo. Reuerendo Dn. M. Leonharto Pfalero, (quem honoris & obseruantiae causa nomino) Viro bono, honesto, moderato, publicae tranquilitatis studiosissimo, litteraturaque elegantia & doctrina vera praedito, praeclare etiam de Reipubl. merito: quem ob haec ipsa animi & ingenii bona, singulari cura, lumen illud Germaniae Phil. Melanchthon, sanctae memoriae, Nobili viro Dn. Christ. a Knobelsdorff, locum tenenti in Regimine Onoldino, diligenter 1545. commendauit &c.*

geret. Quam ob cauſam doctorem ac hoſpitem elegit *Philippum Melanchthonem*, cui a patre, pro ea, quae inter eos erat amicitia, ſerio fuit commendatus. Ab hoc in omnibus Theologiae partibus & cognitione linguae Ebraicae inſtitutus atque edoctus, principia etiam Doctoris ſui ſectatus eſt, id quod uariis, ſi opus eſſet, & ad praeſens aliquid facerent inſtitutum, documentis probari poſſet. Inde cum patriam repetiiſſet, ab initio ciues nonnulli praedicatae urbis natalis ingenuos filios fidei ac inſtitutioni eius commiſerunt, usque dum *Diaconatus Wörbdenſis* uacaret, quod munus concordibus ſuffragiis Superiorum ipſi delatum eſt. Nec detrectauit ille functionem, ſed ab Anno CIↃIↃLXXIV usque CIↃIↃLXXVI magna fidelitate officio praefuit, quanquam *ritum ſacrae initiationis*, quam *Ordinationem* uocant, ad Miniſterii Eccleſiaſtici adeundi praeparamenta pertinentem, tunc temporis nondum acceperit; ſed poſtea una cum *Iob. Picardo*, *Sigelio* & *Artopaeo*, non tam initiatus, quam confirmatus fuiſſe uideatur. (b) Memorabile porro eſt, PFALERVM noſtrum inter primos quoque fuiſſe, quibus in hac Academia in actu primo ſolemni A. CIↃIↃLXXXI celebrato, mitra imponebatur Philoſophica. (c) Nam cum A. CIↃIↃLXXVII Eccleſiae Altdorfinae Diaconus (d) & denique A. CIↃIↃLXXX linguae S. Profeſſor ab illuſtri Dn. Curatorum Collegio deſignaretur, honores magiſteriales diu promeritos recuſare non poterat. In utroque officio fidelis atque diligens extitiſſe traditur. Sed e uita maturius abiit, ſiquidem A. CIↃIↃLXXXIV d. 30. Sept. Deo creatori ſuo animam reddidit. Beate defuncto in officio ſucceſſit SCHOPPERVS, linguarum uero orientalium Profeſſio ad ED. HILDERICVM deuol-

E ueba-

(b) Ritus ordinationis, cum ante hac in his terris non uſitatus fuiſſet, inſtaurari coepit Anno 1583. d. 2. Febr. id quod doctiſſime oſtendit S. R. D. ZELTNERVS *in uita Helingi*, p. 92. ſeq. & in uitis Theologorum p. 8. & 9.

(c) Vna cum GEORGIO GLACIANO, CASPARI ODONTIO, ut & GEORGIO PVLMARO, Academiae Notario. Conf. *Solennitas & actus primae promotionis magiſterialis in Acad. Altdorfina 1581.*

(d) B. OMEISIVS in *gloria Altdorf.* p. 85. noſtrum inter Profeſſores Theologiae refert. Sum tamen edoctus, Eccleſiae tantummodo Diaconum fuiſſe & Profeſſorem Ebraicae linguae, ſecundum quam poſteriorem ſtationem rectius inter Philoſophos numeratur.

Digitized by Google

uebatur. (e) Monumentum, quod in templi choro conſpicitur, tale eſt:

M. GEORGIVS PFALERVS NORIMBERGENSIS DIACONVS HVIVS ECCLESIAE ET PROFESSOR S. EBRAICAE LINGVAE IN HAC CELEBERRIMA ACADEMIA ALTDORFINA FIDELIS AC DILIGENS MORITVR IN CHRISTO PLACIDE D. XXX. SEPTEMB. A. C. CIↃIↃLXXXIV. AETATIS SVAE XXXV.

RELLIGIO QVERITVR: MEA SPES CADIS ERGO PFALERE?
SPES AIT: HVNC REDDET MOX TIBI SVMMA DIES.(f)

SCRIPSIT

Expoſitionem dicti Eſ. I. *conuertimini*, quae continetur in hiſtoria actus renunciationis primae p. 28.

CHRISTIANVS FRANCK.

QVemadmodum ſumme Reuerendus & de Republica Litteraria optime meritus Vir, IOH. FRIED. REIMMANNVS haud immerito in uotis habuit, ut Bibliotheca eruditorum, qui religionem mutarunt, in lucem aliquando prodiret, ita deſiderium illud calcar admouit Viro Clariſſimo, CAROLO ANDRAE HENNINGIO, Gymnaſii Berolinenſis Sub-Rectori meritiſſimo, ut huic rei animum adiiceret, eaque colligeret, quae ad hiſtoriam hancce concinnandam pertinere uidebantur. Quo in labore ita eſt progreſſus, ut abſoluta Centuria Eruditorum, qui Lutheranam cum Pontificia commutarunt religionem, iam in hiſtoria Reformatorum, quorum idem fuit conſilium, quorumque numerus ad centuriam cum dimidia excreuit, componenda ſit occupatus. Vt igitur uiris doctis ſeruata methodus innoteſcat, ad *Cl. Pezoldum* obſeruationem Miſcellaneis Lipſienſibus inſerendam (a) miſit, qua ſpecimen conami-

(e) Vid. Vitae Theologorum p. 88 & 89.
(f) Vid. OMEISII *Gloria Acad. Altdorf*, p. 158.
(a) Quae etiam eſt inſerta Tomo X. p. 132.

Digitized by Google

CHRISTIANVS FRANCK,

Gardelebienſis Paleo-Marchicus.

Olim nomen dedit Ordini Jeſuitarum Romae, deinde Romanorum ſacris abjectis non Lutheranam ſolum ſed et Reformatorum religionem et amplexus Verum et in horum communione exiguum tempus perſeveravit: ſiquidem per breve tempus Altdorfii et Noribergae docuit, et postea Anno 1593. Coetui Socinianorum ſe adjunxit, et primum Rectoris Scholae Schmidmicenſis postea Claudiopoli in Transylvania Lectoris munere functus obiit 1590.

Ex collectione Friderici Roth – Scholtzii Noriberg.

Digitized by Google

conaminum ſuorum in medium affert & de uita CHRIST. FRANCKII multa ſingularia hinc & inde ex libellis FRANCKII magno ſtudio & labore collecta recenſet. Quae omnia, cum ita ſint comparata, ut plura iis quae in Italia & alibi locorum cum illo fuere acta, addere non ſit opus, primo, pace Clariſſimi uiri, uerba ipſius ad uitam Franckii pertinentia, huc transferam, deinde, quae *Norimbergae* & *Altdorfii* cum illo acciderunt, iis addam, & denique epiſtolam Franckii, *in qua deplorat ſuum a Societate IEſu & Eccleſia Catholia diſceſſum, eiusque fidem ac religionem a ſe temere oppugnatam*, quia rara eſt & non in omnium manibus uerſatur, curioſis Lectoribus, denuo perlegendam proponam. Fiat igitur nunc initium uerbis laudati HENNINGII. Illorum fere omnium, quorum opera in uitis eruditorum deſcribendis fuit uerſata, notitiam fugit hic homo in religione uerſatilis: & ſi qui fuerunt, a quibus mentio eius eſt iniecta, tribus modo, ut aiunt, uerbis illud praeſtiterunt. IOH. IAC. FRISIVS (b) duorum ex eius libellis, & GEORG. MATTHIAS KOENIGIVS (c) *Dolii* tantummodo *Diogeniani* facit mentionem, illis neglectis, quae pertinent ad uitae eius uſum declarandum. HERM. CONRINGIO, (d) plane uidetur nomen pſeudonymum: *Chriſtiani Franci*, ait, *nomen fictum eſt, mihique proinde ignoratus ſcriptor.* GEORG. PET. SCHVLZE in diſſertationibus ſuis, quarum quinque *de claris Marchicis* edidit, plane, ſi recte memini, FRANCKENIVM noſtrum omiſit. Manca etiam ſunt & mutila, quae tradunt de eo CHR. SANDIVS (e) & PET. BAELIVS (f) deque illius mutatis ſacris. Omnium diligentiam in recenſenda ſacrorum eius mutatione Vir eruditiſſimus MATVRINVS VEISSIERIVS la CROZE: (g) quanquam, quod

 pace

(b) In bibliothecae Gesnerianae Epitome, p. 142.
(c) In bibliotheca ueteri & noua, p. 317.
(d) In praef. tractatuum de bello contra Turcas prudenter gerendo.
(e) In bibliotheca Antitrinitaria, p. 86. ex quo ſua hauſit CL. BOYSEN l. c. p. 75.
(f) Dans ſes reſponſes aux queſtions d'un prouincial T. 1. p. 23. Chr. Francken a eté Ieſuite, & apres auoir embraſſé la communion Proteſtante, rentra dans celle de Rome.
(g) Dans ſes reflexions ſur le Muhumedaniſme, p. 56, des diſſertations hiſtoriques,

pace fiat Viri πολυμαθεσ‌άτ, mihique amicissimi, hac in re nequeam ei calculum adiicere, Franckenium in Photinianismo subsistitisse, cum tamen iterum Papismo nomen dederit. Cum ergo nemo adhuc pleniori modo fata eius delineauerit, tentaui, ea ex latebris libellisque eius, qui uero ob paucitatem plagellarum haud ubiuis obuii sunt, eruere, atque cum Viris doctis communicare, omnibus licet numeris nondum absoluta. Quo enim anno, quoue Patre in lucem fuerit editus, nullum in scriptis eius apparet indicium, nec alii memoriae produnt: Hoc tamen licet affirmare, eum, annis adhuc tenerum, ad castra Romanensium esse transgressum, & quidem anno 1569. (h)

Quamprimum uero eorum sacra erat professus, nomen dedit ordini Iesuitarum, magnoque feruore eorum placitis adhaesit. (i) In Italiam enim missus, (k) ut probationis annos subiret, in prima statim probationis Romana domo ita crebris corporis uoluntariis suppliciis fuit testatus, ut ter unico illo anno in febriculam inciderit. Deinde in Romano ipsorum collegio intemperie studiorum morbum imo mortem sibi fuisset contracturus, nisi Medicorum consilio inuitissimus ad collegium Neapolitanum, (l) tanquam ad laxiorem disciplinam, clementioremque, utpote,

(h) Franckenium 1569. ad Iesuitas accessisse inde cognoscitur, quod in praef. prioris editionis *colloquii Iesuitici* 1579. confecta, se 10. annos in Iesuiticis uersatum esse profitetur, conf. *colloquium Iesuiticum* p. 7. 57. Apertius hoc dicit in praef. *Enumerationis praecipuarum causarum, &c. Adolescens adhuc ex sola educatione Lutheranus, nondum uerae criteria religionis intelligens, in Iesuitarum delatus fuit Labyrinthum.*

(i) Conf. praefatio colloquii eius Iesuitici editionis Basileensis pag. 7. editae Basil. 1580.8.

(k) p. 40. colloquii Iesuitici,

(l) Quaedam notatu digna de religione eruditorum Italiae refert p. 49. ita dicens: *Docti Italorum Philosophi, Medici, & Theologi, dignitate aliqua Ecclesiastica non deliniti, non modo Lauretana miracula, sed ipsum etiam Romanam fidem (quod facile cum Neapoli essem, ubi nonnihil illis ab inquisitione Papali respirare licet, intellexerim) tanquam fictam & fassam, animo contemnunt: quin etiam aperte Athei illi nomen Christiani ridebant meum, quod Italico Idiomate per hominem Christianum, stupidum & stolidum significare ac intelligere soleant: idque propterea credo, quod nemo illis nisi stupidus & stolidus ad Chimaeras Papales credendas aptus & idoneus uideatur*, add. V. C. la CROZE, dans ses Entretiens sur diuerses matieres de la critique, de l'histoire, & de la litterature P. 350.

Digitized by Google

utpote Campanam, coeli temperiem miſiſſent. Primis diebus Ieſuitiſmi ſui firmo ſtabilique huic ſocietati iunctus erat animo, diuinaque prorſus eius iudicabat eſſe primordia, ſibique non amplius in terris, (m) ſed in coelis uidebatur eſſe, propter inſtituta frequentia, quae ad uitam ſpiritualem promouendam, carnisque libidines eiiciendas conducere arbitrabatur. Altero autem anno, (n) cum caſu in litteras Iaponicas incidiſſet, (o) inter coetera illic non ſine admiratione legit, apud Iaponios etiam religioſos quosdam, quos *Iamambuxas* uocant, hoc eſt, milites conuallium, reperiri, qui ad famam ſactimoniae colligendam grauiter ſeſe puniant, permultum uigilent, nec non diutiſſime ieiunent, ac meditationibus quibusdam arbitratu ſuo compoſitis uacent: eosque his rebus adeo proficere, ut non raro tanquam ſpiritu afflati diuino fundere oracula credantur, nec propter idolum ſuum mortem ſibi ultro conſciſcere dubitent. Imo in illis regionibus non Ieſuitarum tantum religionem, ſed totam ferme Eccleſiam Romanam Ethnico ſpiritu fundatam conſpici atque conſtitutam. (p) Ex quibus omnibus ei uenit in opinionem, omnem ipſorum ſpiritualem uiuendi rationem non diuinam, ſed humanam tantum eſſe & Philoſophicam, eamque & homines Ethnicos luce diuina carentes poſſe conſequi.

Hanc tentationem permultis diebus FRANCKENIVS animo ſuo eiicere non poterat. (q) Nec precibus iaculatoriis, ieiuniis, aliisque corporis afflictionibus repulſa erat, cum alia mentem eius turbaret. Corporis enim inciſiones, quae a Baalitis ultro fiebant 2. Reg. 18. in memoriam ipſi reuocabant flagellationes, quae a Romanenſibus ſuſcipi conſueuerunt. Haec in prandio quodam ipſi praelegebatur hiſtoria: tunc enim nondum erat Theologus FRANCKENIVS, neque tota adhuc ſacra perlegerat bi-

(m) p. 30. Colloq. Ieſuit.
(n) l. c. p. 31.
(o) Prodiit nimirum *commentarius*, *de rebus Indicis & Iaponicis Colon. 1574. a Petro Maffeio* ex Ital. idiomate in latinum conuerſus, l. c. p. 31, 38.
(p) l. c. p. 33. ubi Iaponenſium inſtituta pluribus enumerat, cum Romanis bene conuenientia.
(q) l. c. p. 38. colloquii Ieſuitici.

Digitized by Google

biblia. Omnes uero intendit animi neruos, ut ab his ſcruplis circa primos Ieſuitiſmi ſui annos exortis liberaretur, cuius tamen uoti ſui particeps fieri non poterat. Nam duobus dubitationum fluctibus infra recenſendis per decem illos annos, quos in Ieſuiticis conſumſit, quique tandem eum ab iſtis abduxerunt, eſt agitatus. Poſtea uero quam annis nonnullis in Italia exactis Germaniam repetierat, (r) ad propagandum regnum Ieſuiticum multis ultro uoluminibus (s) patriam Saxoniam, atque in ea Magdeburgenſes, & in his SIEGFRIDVM SACCVN, inclyti nominis quondam Theologum, & Gardelebienſes (qui uero illum ſcriptis iterum petierunt) inque his M. ARNOLDVM BIERSTEDIVM Senatorem, poſt Conſulem Gardelebienſem, deque hac republica maxime olim meritum, accerrime oppugnauit. (t) Reliquum tempus in coetu exegit Ieſuitarum, donec Profeſſor Philoſophiae Caeſarei Ieſuitarum Gymnaſii Viennae conſtitueretur. Quo uero munere non eſt diu perſunctus. Societatis enim Ieſuitarum una cum religione deferendae cepit conſilium, cum PAVL. FLORENIVS SS. Th. D. & Prof. Viennenſ. 1578. ab illis diſcederet, cui d. 20. Ianuar. eiusdem anni colloquium intercesſerat cum FRANCKENIO, poſtea typis euulgatum. Quo habito & ſibi diutius apud Ieſuitas commorandi animum ereptum eſſe ſentiebat.

Crebras igitur eam ob cauſam collocutiones cum Prouinciali de ſua ex Societate dimiſſione inſtituit, inſtitit, urſitque quam ſaepiſſime, alioqui ſibi animi dolore moriendum eſſe clamitans. (u) *Tum uero ſepeliemus te*, dicebat Prouincialis. *Ego uero nec mori*, ait, *nec ſepeliri apud uos potero. Horrende igitur*, reſpondit, *Deus te puniet. Quoduis ſupplicium*, regeſſit Franckenius, *hac mihi permanſione erit tolerabilius.* Quibus uero & huiusmodi aliis contentionibus parum effecit, tantumque abfuit, ut quicquam de eo dimittendo cogitarent. Dictitauerat enim LAVR. MAGIVS Prouin-

(r) l. c. p. 7. 8.
(s) Quaenam illa ſint uoluminа plane ignoro, nec Franckenius illorum titulos ullibi in libellis ſuis repetiit.
(t) Vid. infra.
(u) Conf. praef. colloquii Ieſuitici editionis Wangenianae.

Prouincialis, post Rector Gymnasii Viennensis, posteaque re ipsa comprobatum: *Quiduis Franckenio potius, quam ex societate discessum concedendum, quia non ut plerique ob uoluptates & diuitias, quas plane contemneret, conaretur discedere, ingeniumque haberet pugnax & melancholicum: ne ut incauti quondam Romani suum Iulium Caesarem, eum decem annos contra* se aluisse uiderentur. Caussa ergo, cur eum dimittere recusauerint, facile his eluescit. Metuebant nimirum Iesuitae, ne ingenii, quo omnino pollebat, aciem in perniciem societatis conuerteret. Absoluto uero in Gymnasio Viennensi pridie Nonar. Februar. 1579. Philosophiae curriculo, Iesuitae de isto maximopere erant solliciti. Quare animum induxerant, ut primo quoque tempore eum in Italiam, inde uero Hispaniam, ubi omnis ipsi, si non ex societate discedendi, at contra eam pugnandi praeciса foret occasio, ablegarent: Tempus idoneum praeterea atque occasionem expectabant, qua illectus potius, quam tractus, aut coactus Romam posset reduci.

Sed consilia eorum FRANCKENIVS praesensit, sibi tamen ea perspecta esse dissimulans. Quare societatis Patres exorare coepit, ut sibi summis contemplandi docendique laboribus perfuncto atque propemodum exhausto animi gratia domum Brunensem, collegiumque Olmucense inuisere liceret. Neque prius destitit, donec ueniam abeundi ab illis impetraret, uel potius ab iis inuitis extorqueret. Itaque *post emensum*, ut ait, *Aristotelicum Labyrintbum die, ex Viennensi collegio ea, quam interseruerat, conditione dimissus, Brunnam atque Olmuciam uersus*, cursum suum direxit, & Theologicam & Philosophicam non parui momenti librorum supellectilem illis relinquens, diligentissime ad reditum suum custodiendam, additque se totum etiam, si haberet, mundum donare illis maluisse, quam diutius apud eos commorari.

Profugus hac ratione ex societate factus in patriam *Gardelebiam* est reuersus. (x) Ibi omnibus carissimus est habitus, atque praemiis & precibus ad manendum inuitatus. Quorum uero petitis non reliquit locum;

(x) Conf. Eius analysis rixae Christianae p. 11.

cum; patriam enim tanquam obſcuram & barbaram ſusque deque habebat. Viatico ergo a Senatu patrio donatus omnibus inuitis diſcesſit: Ieſuitis hac ratione deſertis, exire iusſit *Breue colloquium Ieſuiticum, toti orbi Chriſtiano, ad recte cognoſcendam, hactenus non ſatis perſpectam Ieſuitarum religionem, utiliſſimum; habitum a P. Florenio cum Chr. Francken*, 1578. d. 20. Ian. (y) Paucis diebus ante ſuum e ſocietate abitum FLORENIVS hoc colloquium cum eo inſtituerat, in illo ſocietatis Ieſuiticae ſtatuens fundamentum, hypocriſin & ſuperſtitionem, in Hiſpanis tamen & Italis maiorem, atque in Germanis, Gallis, aliisque nationibus ob Inquiſitionis tribunal, quod in illis terris dominetur. Praecipue autem morum geſticulationem Italorum notat, quam cauſam fuiſſe, cur Germani & Bohemi a Romana deſciuerint Eccleſia, arbitratur, quae etiam Franckenium in Italia commorantem offenderat. (z) Poſtea FLORENIVS uniuer-

(y) Colloquium hoc Ieſuiticum primum lucem adſpexit Lipſ. 1579. 8. cuius dedicatio FLORENIO facta, ſcriptaque Lipſiae 1579. d. 24. April. Sed Ieſuitae omnia haec exemplaria fere ſuppreſſerant. Quare 1580. 8. Baſileae 6. pl. iterum edidit. Hanc uero ipſi CHRISTO inſcripſit, hunc in modum auſpicatus: *Quam huius inimici libelli ſunt potentes, quantoque aſtu ferme omnia prioris editionis exemplaria, meae conuerſionis auctori P. Florenio dedicata ſuppreſſerint, Tu profecto Sapientiſſime Imperator, omnium optime noſti: qui cuncta gubernans nihil non uides, qui malos non ſecus ac bonos ſuam ingredi uiam ſinens multorum impediri ſalutem cognoſcis. Quocirca huius editionis exemplaria Maieſtati nunc Tuae dedicare uolui, omnipotenti ut Tuo praeſidio fulta a crudeliſſimis inimicis defenderentur.* Haec uero dedicatio prioris editionis huic poſteriori mutila eſt inſerta, eaque ſunt omiſſa, quae demigrationem eius a Ieſuitis exponunt. Integra ergo eſt praefixa editioni PETRI de WANGEN, inſertae illius *Paralipomenis ad Amphitheatrum honoris Ieſuitarum, Lugd. 1611. 8.* Alio quoque titulo ornatum hoc colloquium lucem adſpexit, Ambergae, typis Forſterianis 1611. 4. 3. pl. *Profana ſectae Ieſuiticae uanitas, dialogus ſeu colloquium Ieſuiticum de fundamentis ſectae Ieſuitarum male fundatis, ſcriptum quondam a C. Francken Ex-Ieſuita Viennenſi.* Haec uero editio memorata praefatione plane deſtituitur. MART. LIPENIVS T. 2. *bibliothecae realis Theol.* p. 75. memorat etiam editionem Ambergenſem 1611. 4. Imo in linguam Anglicanam hoc colloquium eſt conuerſum: Prodiit enim Londini 1580. *W. C.* Translatio Anglicana colloquii Ieſuitici *Chr. Francken*, cuius auctor WILLIAM CHARIER eſſe perhibetur ex ſymbola LAVR. NORMANNI, Profeſſoris quondam Vpſalienſis eruditiſſimi, apud VINC. PLACCIVM in Theatro Pſeudonymorum Tom. I. c. 13. num. 2010. p. 514. a.

(z) p. 19. 21. colloq. Ieſuit.

Digitized by Google

uniuersum societatis corpus exponit, atque ad occultandam & conseruandam superstitionem coecam obedientiam multum conducere docet. Quibus enarratis ipse FRANCKENIVS scrupulos suos commemorat supra dictos, atque duo illa Italiae monstra & idola, de quibus per omnes illos decem annos laborauerat, ut ueritatem illorum sibi persuaderet, persequitur, *Romanum* nimirum (aa) *Vicarium Christi*, & *Mariam Laureta-nam*, (bb) quae mirabilium multorum effectrix praedicetur, cui eam ob caussam innumera persoluantur uota. Quibus duobus fulcris Romanam superstitionem inniti existimabat.

Impugnauit praeterea dogma eorum *Transsubstantiationis*, cui omnis religio Papalis, tanquam fundamento firmissimo, sed ἀσηκλω, est superstructa. Adiunguntur enim colloquio Iesuitico, *Sex paradoxa*: (cc) de bestialissima idololatria, quam in adoratione panis & uini renouat societas Iesu, sub diuino cognomento latitans secunda bestia. *Primum paradoxon est*, quod Christus ex coelo in terram a Iesuitis retrahatur, ibique Symbolum refellere Apostolicum cogatur: Iuxta hoc enim sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis. *Secundum*, quod transsubstantiatio totum paullatim mundum ad nihilum reducat, omniumque tandem resurrectionem mortuorum tollat, quoniam panis & uini non formam solum, sed materiam etiam perire uolunt materiaque, prima quae dicitur, omnium sit capax formarum. *Tertium*, quod falsa consecrationis uerba uerum in Eucharistia Christum praesentem efficiant, tandemque tota Trinitas manducetur. *Quartum*, quod Christus se ipsum in ultima coena totum comedens, non tamen os & stomachum manducauerit suum. *Quintum*, quod totus in paruam hostiam inclusus Christus comprimatur, membris omnibus confundatur, planeque moriatur. *Sextum*, quod sacrificium missae sacrum ex Eucharistia corpus & sanguinem Christi tollat. (dd)

(aa) l. c. p. 40.
(bb) l. c. p. 45.
(cc) Haec in editione Ambergensi sunt omissa.
(dd) In colloquio Iesuitico p. m. 81. f. potius paradoxo 6to se plura contra Iesuitarum nugas moliturum affirmat, add. p. 83.

Digitized by Google

Ieſuitas porro depexos dedit in articulo de *praedeſtinatione*. Concripſit enim de praedeſtinatione mira paradoxa tria, Senatui Gardelebie nſi dicata. (ee) Paradoxon *Primum* eſt, quod Concilium Tridentinum, ignorans Auguſtini de Praedeſtinatione ſententiam, ignoranter etiam certiſſimum hunc ſui Spiritus Sancti nuncium anathematis fulmine percuſſerit. *Secundum*, quod Auguſtini & Ieſuitarum, hunc ſequentium, de praedeſtinatione opinio, iuſtum ac proinde ipſum de mundo tollat Deum. *Tertium*, quod omnium Theologorum Scholaſticorum de praedeſtinatione ſententia Deum ſtultum & inſanum faciat. Haec ſunt praecipua Paradoxorum momenta. FRANCKENII autem a ueritatis uia Pontificiorum iudicio, declinantis curam non abiecerunt Pontificii, multo potius eius ſunt commiſerati, eiusque fuerunt Heracliti, (ff) in quibus praecipue GREGOR. de VALENTIA, (gg) IAC. GORSIVS, CORNELIVS LOOS CALLIDIVS, (hh) qui editis libris (ii) illorum lamentati ſunt fortunam. Idem fecit uiua & efficaci uoce PET. SCARGA, (kk) & ALPHONS. CARRILLIVS, ambo Societatis Theologi, quorum alter Cracouiae in Polonia, alter Albae Iuliae in Transſyluania bonus eius, ut putat, fuit genius.

Quam uero religionem nunc eligeret FRANCKENIVS totus ambigebat. Declarabo id ipſius uerbis luculentiſſimis: (ll) *Decem annos, ait, uoluntaria animi ductus caecitate, cum oberraſſem, tum demum ſenſi quam ſtultum eſſet, maximam uitae partem in ceremoniis philoſophari, quae nullam*

(ee) Nec haec tria paradoxa in editione Ambergenſi reperiuntur. Compoſuit haec una cum 6. prioribus in uoluntario ſuo exilio, philoſophicaque peregrinatione, uti ipſe in praef. p. 83. indicat.

(ff) In Analyſi rixae Chriſtianae p. 10.

(gg) De eo conf. ALEGAMBE biblioth. Ieſuit. p. 308.

(hh) Erat Gouda ortus & Vicarius Bruxellenſis, pluribus de eo agit BAELIVS l. c. c. 3. p. 22. ff.

(ii) Quorum uero tituli mihi ſunt incogniti.

(kk) De eo conf. ALEGAMBIVM l. c. p. 699. SIM. STARAVOLSCIVM in centum ſcriptorum Polonicorum elogiis & uitis, p. 128.

(ll) Analyſis l. c.

Digitized by Google

nullam aliam certitudinem haberent, niſi ſtultam credulitatem; quaſi diuina factam uoluntate, auctoritateque ſapientia. Quamobrem contemta infinitarum ceremoniarum matre Romana Eccleſia, totam Lutheranorum & Caluiniſtarum perluſtraui in Germania & Galliae finibus regionem, diligenter quaerens omni errore ſuperſtitioneque uacuam aliquam religionem, Verum cum hanc ibi non inueniſſem, nec alibi facile quaerere poſſem: ſperarem autem fore, ut pauciori-bus premerer apud Pontificios, quam apud Lutheranos & Caluiniſtas perſecutio-nibus, illorum cogitaui tantum gratiam recolligere, ea, quam Ieſuitae ſine mea uoluntate editam per totum iam mundum ſparſerunt religioſa & palinodica epiſtola. Ex quibus haud obſcure apparet, eum Romanorum ſacris abiectis non Lutheranam ſolum, ſed Reformatorum etiam religionem eſſe amplexum. Verum exiguum tempus in eorum communione perſeuerauit. Haud enim ita multo poſt edidit (mm) *Epiſtolam, in qua deplorat ſuum a ſocietate Ieſu & Eccleſia diſceſſum, eiusque fidem temere a ſe oppugnatam,* (nn) quam uero epiſtolam fruſtra quaeſiui. Quod ſi ea uero ſunt conſentanea, quae FRANCKENIVS retulit, quod ſupra audiuimus, ſe inuito hanc epiſtolam eſſe euulgatam a Ieſuitis, breuiſſima ſane eius in illorum ſodalitio fuit commoratio, procul dubio enim iam tunc iterum deſeruit Ieſuitas, qui eam alias minime uulgaſſent. Herbipoli illa prodiit 1583. ad quam uero alii etiam reſpondere uoluerunt. Namque in fine editionis Antbergenſis colloquii Ieſuitici ſequentia ſunt adiecta uerba: *Quod ſi oggrunnient Ieſuitae, reditumque ad ſe ſuosque & Epiſtolam eiusdem Chr. Franckenii admodum-Reuerendos Dominos Ieſuitas Viennae in Auſtria degentes d. 15. October. 1581. Vratislauiae ſcriptam, & Viennae impreſſam, obtendent: de ea etiam reſpondebitur; edenda ſimul cum colloquio iſto, ni nundi-*

(mm) LIPENIVS, P. 2. biblioth. real. Theol. p. 75. 674.

(nn) Hanc Epiſtolam Socinianus factus maximopere deteſtabatur in praef. Enumeratio-nis: *O acerbam omnibus Euangelicis epiſtolam, quae mihi excidit oblito, quod nondum apud perfectos, ſed imperfectos: nondum cum Angelis, ſed hominibus uiuerem: neque re-cordanti maiori crudelitate Pontificios eſſe barbaros, quam Lutheranos aut Caluiniſtas. Eſt igitur hoc unum ex maximis meis peccatis, ob quod ſolum omni humana & diuina gratia priuari merear.*

Digitized by Google

narum obſtitiſſet propinquitas. Interim reditus ille non tar palinodia fuerit, quam ſuis ad uolutabrum, aut canis ad uo Te ſcire uoluimus, ne uel ignoraſſe, uel ſtudio ſupprimere uolu

Biennio ergo poſt, uel, ſi ex modo citatis uerbis el eodem anno, quo ſcripta ſit, eſſe impreſſam, a Ieſuitis ſtabilitatem FRANCKENII detegendam, paucos poſt m iterum a Pontificiis regreſſus eſt. Quicquid uero ſit de ſus eius, per Germaniam, Bohemiam, Poloniam, Hun aliquibus in locis aliquamdiu eſt moratus: ſed nullibi di Tranſyluania: ubi primum ciues Claudiopolitani huma ralitateque allectum in Gymnaſio Lectorem philoſoph deinde ipſe princeps SIGISMVNDVS BATHOREVS, e um tunc ſuum cubicularium STEPHANVM IOSICAM, cellarium, ab Arrianis illis abſtractum, *Scholae ſuae Mon* rem eſſe uoluit. (oo)

Anno ergo, ut colligo 1583, coetui Socinianorum quibus etiam diutiſſime eſt commoratus, quo tempore i *Praecipuarum enumerationem cauſarum, cur Chriſtiani, c gionis doctrinis ſint mobiles & uarii, in Trinitatis tamen d ſint conſtantiſſimi.* Quo anno, quoue loco prodierit, n ſpicio adiectum, forma octipertita conſtat, duasque cur las complectitur. Docet proſeminatum eſſe Trinitatis qui conſuetudine colendi Deorum multitudinem ſint i

(oo) Ita FRANCKENIVS de ſe ipſo nos edocet, in Analyſi rixae Diuerſa autem ab his eſt relatio CHR. SANDII *in bibloth. An* munera, ac ipſe memorat, ab ipſo adminiſtrata affirmantis. hiſtoriam eius ſat etiam imperfecte declarantia: *Erat Lutheran Ieſuita Romae niuebat, ab his tamen rurſus ad Socinianos defe Chmielnicienſis in Polonia eſt conſtitutus, Franc. Dauidis paraſtat opinionum Iudaicarum patronus & defenſor. Poſtea in Tranſſylua poſt Lectoris munere ad 1590. eſt defunctus.*

ueluti Dii maiores & minores ſancti profluxerint. Tria confictae Trinitatis ſigna ponit: quorum

Primo loco ponit aeternitatis latebras atque tenebras, in quas ſe coniiciant Trinitarii. Cum enim hi λόγον uelint Deum facere, Deum auctorem eſſe Ens primum, perfectum, immutabile, a nullo pendens, omnes uideant: Deum uero genitum non poſſe eſſe Ens primum, eos dixiſſe, generatum eſſe λόγον ab aeterno: in aeternitate autem non eſſe prius aut poſterius, nec qui ab alio dependeat. Nec omnia ex definitione *aeternitatis*, quae eſt *interminabilis uitae tota ſimul & perfecta poſſeſſio*, labefacere conatur: Deum genitum, qui coeperit eſſe, non poſſe dici immutabilem: quod enim aeternum eſt, ſemper eſſe & ingenerabile: in aeternitate non poſſe generans & generatum eſſe, niſi in eadem ſit prius aut poſterius: poſtea probat hanc generationem non eſſe interminabilem & immutabilem.

Secundum confictae Trinitatis indicium eſt, ipſo iudice, quod cum idololatrae nondum contenti duabus diuinis perſonis tertiam quoque adiicere uelint Spiritum Sanctum: in totis bibliis autem non extare de diuinitate Spiritus S. apertum teſtimonium, imo unigenitum etiam Dei filium in fraternam ſocietatem nullum alium Deum admittere: finxiſſe ergo illos, Spiritum S. non quidem genitum, ſed ab utroque productum, non intellectu, ſed uoluntatis actione. FRANCKENIVS uero duplici modo ſubſtantiae productionem ſtatuit, *creationem & generationem*: cum ergo Spiritus S. non ſit creatus, generatus ſit omnino neceſſe, & alter Dei filius. Nec uoluntatis actione eſſe productum Spiritum S. Tribus enim diuinis perſonis eſſe eandem numero uoluntatem: eandem uero numero actionem non poſſe producere & produci.

Tertium huius doctrinae ſignum ponit, hypoſtaticam unionem duarum naturarum in Chriſto, quam idololatrae, inquit, tum pepererunt, cum necdum tribus contenti perſonis, quartum quendam maiorem habere Deum cuperent, non tamen auderent eum numero diuerſam perſonam diuinam conſtituere, nec merum hominem diuinae aequare excellentiae uiderentur: ueruntamen ut quartum quempiam ſi non

omnino maiorem, saltem quasi maiorem Deum haberent, imposuerunt in hypostasi diuina naturam humanam, propria huius hypostasi tanquam pelle prius detracta, ne cum homo tantummodo esset, non tamen purus homo esse uideretur, sed Deus etiam propter hypostaticam unionem appellaretur: cum Protestantes humanam Christi naturam esse sine propria exiſtiment subsistentia, cur non accidentia panis & uini in eucharistia proprio subiecto propriaue existentia spolient? Essentiam autem sine existentia esse idem, quod homo sine humana essentia.

Christum non posse esse Deum, inde conatur colligere, quod cum Deus sit offensus, Christus apud se ipsum intercedere oporteat, quod ipsi uidetur absurdissimum, una cum mediatoris Christi negotio. Variis postea argumentis propugnat, non opus fuisse, cur Deus ipse esse debuerit mediator, destruendo argumenta illa a peccati grauitate desumta; argumenta uero nulla in medium profert, cur Christus in mundum uenire non debuerit. Haec fuere praecipua argumenta *libelli Franckeniani*, quorum nonnullis praecipue uellicat Pontificios. Verum nec in omnibus etiam partibus placita Socinianorum calculo suo approbauit.

Iudaismi enim a SANDIO reum actum esse iam percepimus, quod etiam confirmat MART. RVARVS dicens: (pp) MATTHIAS GLIRIVS (qq) *de regno Christi plane iudaizat, ut qui non aliud illi quam terrenum tribuat, per annos aliquando mille in Palaestina gerendum: interea temporis eum ab omni rerum nostrarum cura absoluit.* GLIRII *uestigia sunt secuti* IAC. PALAEOLOGVS, FR. DAVIDIS, & IOH. SOMMERVS *in scriptis posterioribus, itemque* C. FRANCVS. Sed & in alio placito disfidia a nonnullis Socinianorum fecit. Notissimae sunt illorum dissensiones *de adoratione* IESV CHRISTI. Fr. nimirum DAVIDIS aliique Christo adorationem denegebant, quibus uero magna animi contentione se oppositit GEORG. BLANDRATA anno 1577. qui eo tempore STEPHANI, regis Poloniae, Archiater & Consiliarius erat, propugnans, Christo

(pp) In Ep. 46. ad A. CALOVIVM Centur. I. Epistoll. Ruari p. 217.
(qq) Erat Medicus, de quo pluribus egit *Sandius* l. c. p. 60.

Digitized by Google

Chriſto omnino adorationis cultum eſſe tribuendum. Sententiam DAVIDIS ſequebatur FRANCKENIVS, eamque ob cauſam 1584. d. 14. Mart. in aula CHRISTOPH. PAVLICOVII colloquium inter ipſum & FAVST. SOCINVM, Senenſem, eſt habitum, (rr) *de honore Chriſti*, i.e. *utrum Chriſtus, cum ipſa perfectiſſima ratione Deus non ſit, religioſa tamen adoratione colendus ſit, nec ne?* FRANCKENIVS *hoc praecipue contra* SOCINVM *nitebatur argumento: Quanta eſt diſtantia inter creaturam, tanta eſſe debet differentia inter honorem, qui creatori exhibetur, & qui creaturae tribuitur. Atqui inter creatorem & creaturam maxima eſt differentia, ſeu naturam & eſſentiam ſpectes, ſeu dignitatem & excellentiam. Ergo & maxima eſſe debet differentia inter honorem Dei & creaturae. At bonor, qui praecipue Deo debetur, eſt religioſa adoratio. Ergo haec non eſt tribuenda creaturae. Ergo neque Chriſto, quem Socinus puram eſſe creaturam fatetur.* Hiſtoriam huius colloquii agitati FRANCKENIVS non ita multo poſt in lucem prodire iuſſerat. (ss) Sed prout ei uiſum, eſt ab eo deſcripta, ueritate neglecta. Faſſus eſt enim ipſe Chmielniciae praeſentibus GEORG. SCHOMANNO, (tt) SIMONE RONEMBERGIO, aliisque, ſe in ea deſcribenda, non tam ſpectaſſe, quid SOCINVS dixerit, quam quid ſuis principiis conſentaneum dicere debuerit. Correctior autem & emendatior legitur haec diſputatio *in bibliotheca fratrum Polonorum*, (uu) cui additae ſunt notae non paucae, & reſponſiones ad ea, quae Franckenius dicit, nec non correctiones eorum, quae idem SOCINVM dicentem facit. SOCINVS autem adorationem contra FRANCKENIVM ſtrenue defendebat, teſtimoniis Scripturae pugnare recuſan-

(rr) Colloquii huius etiam meminit ASHWELLVS, Eccleſiae Anglicanae presbyter, in diſſ. *de Socino & Socinianis* p. 13. quae Oxoniae 1680. prodiit, citante I. F. MAYERO *diſſ. de hiſtoria Socinianorum* p. 3. 4.

(ss) Iterum prodiit Racouiae 1618. 8. conf. Catalogus bibliothecae Kielmanseggianae T. 1. p. 990. quam uero neque cum priori uidi.

(tt) De hoc conf. SANDII biblioth. Antitrinit. p. 47. STANISLAI LVBIENICII hiſtoria reformationis Polonicae p. 207. 240.

(uu) Tom. II. Irenopol. 1656. fol. ed. p. 767. ad 777.

Digitized by Google

recusantem. SOCINVS quidem primum renuit, tandem autem in partes eius abiit argumentis a ratione suppeditatis adhibitis.

Praeter hactenus dicta Trinitatem diuinam aliis etiam libris impugnauit: uerum illis odia persecutionesque sibi conciliauit, & ALEXIVS REDECKIVS, cuius prelo exierant, typographiae iacturam fecit, custodiaeque mandatus. Epistolam quoque ad synodum fratrum Polonorum, Wegrouiae celebratam, 1584. *de adoratione Christi* agentem, exarauit, quae, memorante SANDIO, (xx) in MSto delitescit. Perseuerauit in Socinianorum societate FRANCKENIVS ad annum 1590. Flamma enim belli Turcici tunc in Hungaria exardescente, cum RVDOLPHVS ad gubernacula imperii sederet, (yy) Transsyluania relicta, Pragam repetiit ad ueterem Patronum suum ANSELM. de VELS, qui Caesari erat a Consiliis Camerae aulicae, amplexurus denuo Romanensium doctrinam, quam iam bis fecerat missam. Multa uero interea est perpessus ab Arrianis, (zz) nec minora, de quibus maxime conqueritur, si illa uero accedunt, a Lutheranis. (aaa) VELSII

(xx) l. c, p. 87.

(yy) Teste FRANCKENIO in Analysi rixae Christianae, p. 12.

(zz) Ipsum hac de re loquentem audire iuuat l. c. p. 10. *Decimo quinto iam anno post meum e Societate Iesu discessum incertis uagor sedibus, non aliam ob causam, quam quod nec sacerdotium, nec coniugium, quibus duobus uitae generibus homines certo fere loco alligantur, amplecti unquam ausus fuerim. In uaga autem hac uita mea, summum meum hoc tantum fuit peccatum, quod scribendi quadam usurpata libertate eiusmodi casibus fuerim labefactatus, quos & Democritus videre, & Heraclitus deflere merito possit. Heraclitis mei fuerunt* GREG. DE *VALENTIA, aliique supra memorati. Democriti mei fuere in Germania Lutherani: in Polonia & Transsyluania Arriani: qui quamdiu mea in scholis opera uterentur, uel suarum saltem me partium fore sperarent, ornatissimum suum alumnum, atque etiam ciuem facere studuerunt. Desperata uero animi tranquillitate discedentem multis sarcasmis & calumniis infamarunt, praesertim.*

(aaa) *Lutherani. & in his Gardelebienses mei conterranei: qui publica mea epistola ad S. I. missa, & per eandem Viennae edita, lacessiti, multa de me mendacia, spoliandae detrahendaeque honestatis caussa, in totius fere Germaniae auribus defixerunt. Maxime autem in uulgus sparserunt, nescio quae furta mea puerilia ante meum in S. I. egressum facta: quorum nec ego mihi conscius, nec illi ipsi mei populares, cum 15. abhinc annis Gardelebiam in patriam profugus ex Societate uenissem, ullam mentionem fecerant: non tacituri profecto, imo grauiter etiam ulturi uel leue delictum, eius praesertim, qui & precibus & praemiis ad manendum inuitatus, contemnere tamen patriam tanquam obscuram & barbaram uideretur.*

Digitized by Google

VELSII ergo tecto fauoreque exceptus per annum & tres menſes in eius haeſit familia, qui eum etiam ut filium amore eſt complexus. Auctoritate eius igitur impulſus, edidit anno 1594. (bbb) *Dolium Diogenianum, ſtrepitu ſuo collaborans, Dynaſtis Chriſtianis bellum in Turcas parantibus.* (ccc) Conſilia eius, qua ratione Turcarum quam commodiſſime deleri queant opes, huc fere collineant: Chriſtianos disiunctos non pares eſſe poſſe Turcis, (ddd) nec ullius imperii, in quo multi dominentur, magnas eſſe poſſe uires: quia, cum alii alios opprimere ſtudent uel deprimere, nil communi conſilio auxilioue geratur. Concordiam ergo ineant, (eee) egregios duces, militesque conquirant, Vngariam Germaniae propugnaculum defendant, exercitumque pecunia praecipue alant, de qua conquirenda Franckenius ibidem conſilia ſubminiſtrat. Diebus aliquot per Pragam uolutato Dolio Diogeniano exire iuſſit *Typum ueritatis conſcientiarum*, (fff) fauorem D. IAC. CVRTII Procancellarii aulici captaturus: Quo autem praematura morte erepto omni ſpe ſua, proſpere res agendi, deturbabatur. Ratisbonam tandem ad Comitia accesſit, liberalitate VELSII fretus, in quibus adeo in amicitiam CAESARIS SPECIANI, *Cremonenſis Epiſcopi, & Nuncii apud Caeſarem Apoſtolici*, ſe inſinuauit, ut poſtulare modo poſſet, cui potiſſimum principi Eccleſiaſtico uellet commendari. Sed modeſtia retentus, ut ait,

G nihil

(bbb) Annus quidem libello non eſt adiectus: dicit uero p. 12. Analyſeos rixae Chriſtianae 1595. ed. Superiori anno edidi Dolium Diogenianum.

(ccc) Legitur hoc Dolium in *Selectiſſimarum orationum & conſultationum de bello Turcico uariorum & diuerſorum auctorum uoluminis IVti parte II. p. 53. ff. Conſilia ſ. Diſ uſus de bello Turcico recte adminiſtrando continente ex recenſione NIC. REVSNERI*, qui 1595. tria uolumina in 4. ſcripta eiusdem generis complectentia Lipſiae exire iuſſit. Habetur etiam in ſcriptis *de bello contra Turcas prudenter gerendo uariis ſelecto & uno uolumine* Helmeſt. 1664. 4. *ab H. CONRINGIO* ed p. 414. 419. qui in praef. ita de eo iudicat: *Vixiſſe, quo tempore Rudolphi Caeſaris auſpiciis geſtum cum Turca bellum, nemo non uidet. Neque illum ad laudem aliorum accedere ultro fateor; eoque uolui, ut agmen clauderet. Quaedam tamen ſatis opportuna uiſus eſt loqui, ac proinde in iſthoc ſapientum militari conuentu ſaltem extremum locum dignus qui occupet.*

(ddd) In Analyſi &c. p. 13.

(eee) In fine Dolii Diogeniani.

(fff) Analyſis p. 13.

nihil tentauit depoſcere. Breui autem interiecto LADISLAVS POPELIVS, Iunior, *Pincerna Caeſareus*, ut eo familiariter uteretur, philoſophandi cupiditate ductus in ſuam adlexit ſocietatem. (Namque haud ſtupidum FRANCKENIO erat ingenium, atque in campo Philoſophico optime uerſatus, cui rei ſcripta eius ſunt documento.)

Qua etiam uitae conditione uſus eſt adhuc 1595. cum *Analyſin rixae Chriſtianae, quae imperium turbat & diminuit Romanum, publici faceret iuris.* (ggg) Hac uero ratione animos diſcordes ſtudet conciliare, ponens quaedam generalia de cognitione Dei, quae ad continendos uel amore, uel metu diuino mortales in officio continere poſſe putat, & ad unam omnium communem religionem ſtatuendam, niſi humanum, etiam ingenium requireret medium humanum, per quod religio ad homines manaret, imo perpetuam de religione rixae cauſſam hanc eſſe, quod permulti Chriſtiani diſputando malint curioſo indulgere genio, quam ſimpliciter credendo uni ſtudere pietati. MORO SARACENO Franſciſcano Italo olim hanc cauſſam in ſermone expoſuerat, qui uero contra ea in ipſis litteris Sacris originem omnis altercationis haerere affirmauerat. Rixam ergo omnem e medio tolli poſſe putat Franckenius, fidei ſimplicitate Papali, brachioque adhibito ſeculari.

* * *

Hactenus HENNINGIVS. qui uitae huius hiſtoriam defectibus nonnullis adhuc laborare, pro ſua, qua pollet, modeſtia ingenue fatetur, cum neque de anno natiuitatis, neque mortis, eiusque genere, quicquam dictum ſit: ſed ea procul dubia clariora extitura credit, ſi multa illa uolumina, quibus *Gardlebienſes* & *Magdeburgenſes*, impugnauerat, ſcripta, quibus etiam Theologi Pontificii eius fortunam lamentati fuerunt, epiſtolam contra eius, in qua deplorat ſuum e Societate Ieſu diſceſſum, typum ueritatis conſcientiarum, aliaque a SANDIO citata, oculis ſuis uſurpare potuiſſet. Ipſo autore etiam prodiiſſe, porro ait, *diſputationem inter Theologum & Philoſophum de incertitudine religionis Chriſtianae*

(ggg) Pragae 1595. 4. 3. pl.

ſtianae, Claudiopoli 4. 1593. (hhh) & cum WARKAWICIVS, Ieſuita, STEPHANVM BATHORIVM, Regem Poloniae atque Senatores, tribus orationibus incitaſſet ad Proteſtantes perſequendos, edidiſſe, nomine NICOLAI REGII ueſtitum, *illarum orationum refutationem*, ex SANDIO affirmat, denique pleniorem aliquando Viri huius, notatu haud indigni, praecipue ob diſputationem cum Socino habitam (iii) uitam exponere promittit. (kkk)

Ne uero L. B. notitiam tuam fugiat, quales FRANCKIVS noſter, in religione uertumno mutabilior, excitauerit turbas Altdorfii & Norimbergae, uerbis doctiſſimi, nunc beatiſſimi IOH. CONR. ZELTNERI, Paſtoris quondam Altenthanenſis & Eccleſiae Altdorf. uicarii optime meriti, totam tibi hiſtoriam, a uiro magni nominis beato autori communicatam, exponam. Illud ergo, ut intelligas, inquit (lll) *L. B. Theatinum* (mmm) *hunc fuiſſe, Chriſtianum Franckium*, Saxonem & diſcipulum Ieſuitarum, nolumus Te ignorare. In quorum ſcholis cum alibi, atque Romae etiam uixiſſet, & ad caſtra tandem noſtratium tranſiiſſe prae ſe ferret, ſua iactantia, quae fuit maxima, Eruditionis Philoſophicae & Ariſtotelicae potiſſimum impetrauit, poſtquam Norimbergam uenerat, ut in Academia Altdorfina, recens condita, Profeſſoris munus affectaret, eoque nomine iam aliquoties in Auditorio publico praelectiones illic inſtitueret. Quas quidem omnino nonniſi tres fuiſſe, & non plures, ipſe Freigius in laudata praefatione commemorauit, ſed tamen maximam hominis audaciam ita deſcribit, ut non ſolum *Hotomannum*, *Zvvingerum*,

(hhh) Citatur a LIPENIO in Bibl. real. Theol. P. II. p. 654.

(iii) Videatur haec diſputatio cum Socino habita in opp. F. Socini T. II. p. 767.

(kkk) Hanc & alia plura, quae ad incrementum rei litterariae meditatur doctiſſimus autor, ut feliciter abſoluat, etiam atque etiam optamus, nec ullum ſupereſt dubium, quin ſtudium & labores Cl. Viri calculo ſuo comprobaturi ſint, intelligentes rerum harum aeſtimatores.

(lll) In Theatro Virorum eruditorum, qui ſpeciatim typographiis laudabilem operam praeſtiterunt, Norimb. 1718. in 8. p. 209.

(mmm) Ita uocatur a Thoma Freigio. Quomodo differant *Theatini* & *Ieſuitae* exponunt *die Monath. Unterredungen* ad A. 1692. p. 822.

Grynaeum tanquam barbaros adduxisse affirmet, sed *Sturmium* etiam Rhethorculum appellasse, *Philippum* aperta fronte contemsisse, *Ciceronem* pro homine loquaci & inepto habuisse, dicat. Imo etiam *Freigio* denunciari iussisse legitur, ut ad pugnam se pararet, & de aeternitate mundi, prouidentia DEI, & immortalitate animae secum disputaret, quanquam sophista ille obiecerit Freigio, se fuisse ab ipso ad nescio quod barbarum certamen prouocatum, quod tamen Freigius constanter inficiatus est. Idem uero, postquam illa ad disputationem euocatio e Cathedra contigerat, strepitu excitato, studiosos praemature discessisse, loco citato narrat. Eademque occasione, calumnias etiam ceteras obiectas operose diluit & inter alia hospitio *Glaciani* hominem istum Altdorfi quidem usum esse, sed ex eo nunquam a se expulsum asserit. Neque aliud quidquam ei molestiae creatum esse saepius repetit, nisi quod ad Reipublicae Proceres identidem scriptitasse aliunde constat, significando scilicet, fore, ut si isti Thrasoni licentia haec declamandi & profitendi concedatur, quod ipse hactenus exstruxerit boni in noua Academia, penitus euertatur. In quo non fefellisse *Freiginm* opinionem sequentis temporis turbulenti huius hominis fata reliqua addocuere. Quippe, ex quibus in Poloniam mox commigraturum, hostes diuinitatis Christi iam sub initium A. 1584. Antitrinitarios adisse constat, atque tandem ipsius *Socini* Antagonistam factum, Claudiopoli in Transsyluania 1590, diem obiisse innotuit. Quicquid uero horum fuit, euentus Altdorfini litigii iste fuit, ut *Franckius* Norimbergam reuocaretur, & quod ex Epistola Norimbergensis Amplissimi uiri συγχρόνου intelleximus, ideo, *quia Freigius tantopere se ei opposuisset*, publice docendi in Auditorio Aegidiano potestas illi fieret; ubi organon Aristotelicum praelegentem, tam celebre habuisse auditorium, idem testatur, ut Senatores quoque & Consiliarii quidam aliquamdiu auscultatores fuerint, neque tamen deesse etiam (haec ille addit) uaria hominum ea de re iudicia. Facta haec sunt sub finem anni 1580. & initium sequentis 81. (nnn)

Plura

(nnn) Cunfer etiam, quae hac de re congesit autor, *in der Historischen Nachricht von dem Ursprung und Wachsthum der H. R. R. freyen Stadt Nürnberg A. 1705. in 8.*

Digitized by Google

Plura de uitae curriculo, a ſuo ex ſocietatis Ieſu diſceſſu usque ad diem defectionis a noſtra religione, ipſe recenſet Franckius *in Epiſtola, in qua deplorat ſuum a ſocietate Ieſu & Eccleſia Catholica diſceſſum, eiusque fidem ac religionem a ſe temere oppugnatam. Wirtzburgi excudebat Henricus Aquenſis Anno MDLXXXIII. in 4.* quam typis recudendam operae pretium eſſe duxi. Eſt uero Epiſtola huius tenoris:

ADMODVM REVERENDIS DOMINIS IESVITIS VIENNAE IN AVSTRIA DEGENTIBVS

CHRISTIANVS FRANCKEN.

S. P. D.

Cum miſer ego peccator errorem tandem meum agnoſcens, dignum haereſi mea ſupplicium diuinum expectarem: ecce omnipotens & miſericors coeli, terraeque imperator CHRISTVS opt. Max. hoc mihi pro haeretico Dialogo non ita pridem contra uos ſcripto, & ipſi a me dedicato Catholicum nunc donum dedit, ut, cum non ego hactenus uobis, reliquisque Catholicis; ſed in me exiſtens, meque ſemper agitans fanaticus Pauli Florenii ſpiritus, fuerit inimicus: hic precibus iam ueſtris ſit a me fugatus, priſtinaeque proinde posſim, ſi id credere, meique miſereri uelitis, reſtitui ſanitati. Hoc autem, ut ſpero, credetis, cum totum uobis meae deſcripſero curſum uitae, a meo ex ſocietate Ieſu diſceſſu ad hunc usque diem, confectum. A uobis in Februario, ex tota uero Societate Martio menſe anni 1579. diſcedens recta Pragam ad Paulum Florenium contendi, ut ibi quaererem eam, quam iamdudum amiſſam, apud uos recuperare non poteram, animi pacem, & tranquillitatem. Is etenim mihi quiduis potius, quam catholicam fidem eſſe falſam ſu-

uerbis: Anno 1581. *den 9.* Ianuarii *hat ein entlauffener* Ieſuit, *der zu Altdorff hat ſollen* Profeſſor *werden, aber von den* Studenten *ausgeruffet worden, angefangen, in* S. Aegidii *Cloſter* lectiones in Dialecticis *zu halten, darein viele Kirchen- und Schuldiener gangen ſeyn, auch E. E. Raths* Conſulenten, *ſonderlich* D Herdesheim, *der nach gehaltener* lection, *offt lange mit ihm* diſputirt. *Nachmals als er von hinnen weggezogen, iſt er zu den* Arrianern *in* Vngern *und Mähren gerathen.*)

ſpicanti, imo uel hanc eſſe ueram, uel omnes quae ubique ſunt, falſas eſſe religiones credenti, perſuaſerat tandem, non tam rationibus, quam mirificis ſuis moribus, iſtam quoque religionem non eſſe ueram: Sed aliam quantam in ſacris literis diuinam fidem latitare paucis hoc tempore perſpectam, breui tamen mundo reuelandam. Qua ſane re effectum eſt, ut poſt ipſius ex ueſtra Societate diſceſſum, & totum mundum regi ignorantia ſuſpicarer, & certa me ſpolitatum religione ſentirem, & animum meum tanquam uas uacuum Chriſti tantum fide ſignatum uiderem: eademque de cauſa, multo mihi facilius mori fuiſſet, quam diutius apud uos manere, & uerae cognoſcendae religionis cauſa ad illum non proficisci.

Nam adeo anxiis de uera Chriſti ecclesia cogitationibus iactabar, & perpetuis animi ſtimulis concitabar, ut nullo certo loco ſine certa religione conſiſtere, ac uiuere poſſe uiderer. Verum cum hominem, ad quem tanto religionis ſtudio rapiebar, Pragae conuenisſem, & aliquot apud ipſum dies commoratus eſſem: deceptum me uidi, penitusque ex eo perſpexi, quod adhuc Viennae ille mecum in ueſtro Collegio conuerſans, praeclarum ſe mundi huius, & omnium, quae ſunt in mundo, contemptorem oſtendiſſet, & diuinas, neſcio quas, uirtutes, toti orbi Chriſtiano profuturas iactaſſet: iam uero eundem cernerem totum uanum, & aulicum, diuitiarum & lucri cupidum; mulierem amantem, & futiliſſima quaeque inanis gloriae ſimulachra conſectantem.

Hic ego ſtatim meum a uobis diſceſſum deplorare, quaſique ductis poſt tergum oculis, uiſo Ieſu a me relicto, grauiter ſuſpirare, atque ſic mecum loqui coepi: Quid nunc miſer tantopere deceptus ages? Ad hunc enim tu hominem tanquam ad diuinum quendam totius mundi futurum reformatorem, omnibusque Ieſuitis meliorem confugiſti: nunc uero quid in eo cernis, quod non totum ſit humanum, longeque deterius moribus Ieſuitarum? Ad Ieſuitas ne igitur redibis? at tanto confuſus dedecore poſthac apud eos attollere oculos non audebis, & ita tua ibi uita multo ipſa erit morte miſerior. An ad Euangelicos tranſibis? at hi Chriſtiani praeter nomen fere habent nihil: quippe qui ſola contenti

tenti fide, ab omni ferme charitatis & uirtutis studio abducuntur: quare multo tibi fortasse honestius & leuius foret occidi a Catholicis, quam uiuere apud Euangelicos. Atque his, huiusce modi aliis, tum diurnis, tum nocturnis angoribus, & desperationum procellis per integrum mensem in Bohemia conflictatus, & ueluti in orbem, modo ad uos, modo ad Euangelicos animo raptatus, tandem uero omnino in Lutheranorum sedem, & regionem sum deportatus. Nam a Florenio digressus, atque iis, qui me ad se inuitarant, Bohemis nobilibus ualere iussis, Maio mense in Saxoniam concessi: ibique afflicti mei releuandi animi gratia praecipuos Lutheranae religionis doctores inuisi. Sed ii, nescio quo modo uel a me refugeret, uel mecum Theologiae adyta ingressi, graeculis tantum quibusdam uerbis, & in his potissimum duobus illis aduerbiis φυσικῶς & ὑπερφυσικῶς, me de grauissimis rebus dubitantem, aut disputantem consolarentur: cumque his uoculis non contentus ad rem statim ipsam sermonem conuerterem, aliquo me affectum conuicio dimittebant: plerique etiam, me totum adhuc Iesuitam esse, famam ubique disipabant, nec prius mihi credendum, quam a multo uino uel cereuisia bibenda & ab uxore ducenda non amplius abhorrerem. Qua tamen iniuria non magnopere commouebar, eo, quod probe scirem, necesse esse eos, qui crasso praediti ingenio, ad Philosophiae medullam penetrare non ualent, circa graecula quaedam uerba tanquam circa corticem perpetuo oberrare & qui sordido sunt animo, non posse non pluris facere corporis, quam animi uoluptates. Quare ut summa inuenirem in Saxonia, reliqua: animi certe pacem non inueni, & quod prae hac contemnerem omnem corporis commoditatem, frustra me duobus in locis sunt retinere conati. Etenim cum tres fere menses in uariis Saxoniae ciuitatibus, maxime uero, Dresdae, Lipsiae, Wittebergae, Magdeburgi, Brunsuigiae, Gardelebiae, consumpsissem: accepto in patria uiatico, iter Geneuam intendi, si in ea forte urbe reperire posset, in quo mens mea conquiesceret. Quo cum Septembri mense, post uisas in itinere Heidelbergensem, Tubingensem, Basilienſem, Academias peruenissem, statim Bezam inuisi: sed is aduersa ualetudine detentus, non potuit tunc de rebus

bus Theologicis mecum agere: nec quenquam alium, qui mihi quidem placeret, doctum ibi uirum uidi. Geneua itaque reuersus sum, eadem fere qua ueneram, uia Basileam: ubi instinctu Rectoris eius Vniuersitatis, Colloquium illud Iesuiticum ex Pauli Florenii ingenio totum fere profectum, a me uero contra uos conscriptum & antea quoque Lipsiae editum, denuo in lucem proferendum curaui, adiunctis huic libello nonnullis, partim de sacra Eucharistia, partim de praedestinatione paradoxis, ex meo solius capite, tunc male sano depromptis. Eius autem Colloquii materiam ferme totam mihi a Florenio esse instillatam, testis est locupletissimus Reuerendus P. Laurentius Magius, per Austriam tunc, Morauiam, & Bohemiam Prouincialis: nempe qui post suspectum eius hominis ex Societate discessum, facile a me impetrauit, ut praecipua doctrinae capita Ecclesiae Catholicae contraria, ab ipso mihi communicata, litteris consignarem, consignataque sibi traderem. In quo scripto eadem profecto, quae in dialogo postea edito cernuntur, & multa adhuc alia, quae ibi non inserta reperiuntur, legere licet. Itaque quas mihi in eo colloquio de Pontifice Romano, & Virgine Lauretana sumpsi partes, non mei ingenii, sed Pauli esse Florenii constat. Meae uero fuerunt duae illae spirituales tentationes ex Iaponicarum lectione literarum ortae, & summa nocendi uoluntas, ex infinito meo, in Paulum Campanum Pragensis Collegii Rectorem odio nata. Nam ut Societati Iesu, cui omnem meam, quamuis exiguam, eruditionem, grato animo acceptam ferre debebam, plurimum meis scriptis nocerem, Florenium ego in illo dialogo hominem appellaui singularem diuinum &c. quem tamen iam scirem eas mentitum in Societate uirtutes fuisse; ut ex ea deinde discedens, exemplo ipse suo multos ad idem faciendum commoueret. Sed forte nemo uestrum credit, ex huiusmodi meis de Florenio malis opinionibus proficisci id potuisse quod in fine prooemii eius colloquii Basileae recusi extat incredibili meae erga ipsum gratitudinis argumentum pietatis nimirum, beneuolentiaeque in me suae paternae quasi insignia sic animo impressa, insculptaue meo manere, ut aeternum ipsi, si non in hac at in altera uita apud omnes spiritus beatos mentem meam cernentes

Digitized by Google

tes praeſtitura ſint monimentum. At illa ipſa uerba ex ſummo mei, erga Reuerendum D. Caſparum Chriſtianum, Praepoſitum Cloſterneuburgenſem, amoris fonte hauſta eſſe, proindeque temporis cauſa ad Florenium deriuata, teſtem inuoco eundem Praepoſitum & R. P. Laurentium Magium, qui in meis iſta uerba literis Viennae ſcriptis uiderunt. Quod uero ad mea illa, quae de Euchariſtia, & Praedeſtinatione contra uos ſcripſi paradoxa attinet: fateor in iis rebus diuinis nimirum me curioſum fuiſſe, & poſt abiectam Catholicam fidem, tantummodo in illis myſteriis quid reprehenderem, & oppugnarem inuenisſe; nihil autem quod ipſe crederem, & propugnarem, reperire potuiſſe: ut in iis ipſis uidere paradoxis licet, & inde quoque intelligi poteſt, quod ab eo tempore, quo a uobis diſcesſi nec usquam ſacram ſynaxim ſumpſerim, nec ullius ſectarii de Praedeſtinatione, aliisue rebus diuinis conciones aequo animo audiuerim.

Hiſce libellis (ut ad inſtitutum meae peregrinationis curſum reuertar) Baſileae editis, nauigaui inde Octobri menſe Argentinam: in qua ciuitate non ita multis poſt diebus contra Doctorem Theologum Marbachium pro bonis operibus ſic uiſus ſum publice diſputare, ut & ille reſponſione tandem deſtitutus conticeſceret, & ego ab aliis Profeſſoribus reſponſionem expectans, tacere a Decano iuberer: cuius rei teſtes plures ſunt, quam ducenti, qui ei diſputationi interfuere, ſtudioſi. Sequenti porro hebdomada cum Sulmenſium Comitum rogatu iterum argumentari uellem (ter enim Argentinenſes Profeſſores easdem ſolent theſes propugnare,) in liberrima ſua, ut praedicabant, Theologica diſputatione ſum repulſam paſſus: aegre id ferentibus multis, &, quia me diſputare non permiſiſſent, ex Gymnaſio ſtatim diſcedentibus. Cum hac ratione Argentinae innotuiſſem, rogor a Comite Polono, Iohanne ab Oſtrorog, ut, quoniam hyems adeſſet, & alio proficiſci commodum non foret, priuatim ſibi & quibusdam aliis nobilibus Organum Ariſtotelis explicarem: uictum pro eo labore, bonumque in discesſu uiaticum recepturus. Ne multa, conditionem oblatam admitto, totaque illa hyeme, atque maxima etiam conſequentis aeſtatis parte intra priuatos parietes docendo

Porphyrii εἰσαγωγὴν & Aristotelis κατηγορίας, librumque περὶ ἑρμηνείας absoluo. In medio autem hoc mearum praelectionum curriculo, hoc est, ultimo die Aprilis anni 1580. mostrosissimum illum, & omnium qui unquam in mundo fuerunt stultissimum de omnipraesentia corporis Christi errorem publice ita expugnaui, ut Doctor Pappus earum thesium propugnator, praeter suum ὑπερφυικῶς, quod responderet, non habuerit. Argentina Kalendis Augusti discessi Norimbergam, ibi quoque meam periclitaturus fortunam. Et sane humanissimus eius urbis Senatus integrum annum, & eo amplius suis me deuinctum beneficiis retinuit, ut in schola sua, atque adeo Academia Altorfiana aliquam in docendo operam nauarem: id quod & facere institui, sed impeditus postea partim abaliis, partim a me ipso fui: ab aliis quidem, quia cum ibi publicas aliquot lectiones Aristotelicas in omnium, qui illic sunt, auditorum frequentia fecissem, tum Iohannes Thomas Freigius iuris Doctor, & eius Scholae Rector sibi suaeque doctrinae timens, (explosa enim Aristotele Petri Rami placita is sequitur, atque ἀσπονδον πόλεμον cum omnibus Peripateticis susceptum habet) coepit statim omnes meos auditores inimicorum loco habere: & hospitem meum, ne suis in aedibus me retineret, solicitare, & certos quosdam homines, qui in lectionibus meis strepitum excitarent, clam submittere: & nonnullos contra me conscriptos Pasquillos per totum illud oppidum spargere. Quibus ego iniuriis commotus ipsum publice in publicum certamen Philosophicum prouocaui: quod quia nec ipse Rector, nec sectatores eius uenire auderet, sed barbarorum hominum more in gladiatorium certamen me exposcerent: idcirco praestantissimus D. Hieronymus Baumgartner, Septemuir, & Scholarcha Norimbergensis, statim Altdorfium aduolauit, meque inde incolumen in Vrbem reduxit: ubi a mense Ianu. ad dies usque caniculares huius anni publice docui in magno hypocausto Abbatis Egidiani: auditoresque habui omnes fere eius Vrbis Doctores, Concionatores, Ludimoderatores, doctosque Senatores, & Patricios iuuenes. Diebus uero caniculoribus dimissionem petii, eamque 20. die Septembris a Dominis Scholarchis impetraui. Post impetratam autem dimissionem Norimberga Vratislauiam me recepi. A me ipso etiam, id est, ab animo meo semper repugnante ac resistente, impeditus fui, propterea quod necdum

necdum, quam quaererem, certam religionem inuenissem: imo quod in animo meo iam antea certa religione uacuo, Christi tamen adhuc fide signato, hoc ipsum quoque signaculum nonnihil labefactatum esset, neque ibi, neque alibi apud Euangelicos consistere me posse sensi.

Tantum igitur abest, ut post meum a uobis abitum, ueram aliquam religionem, ueramque animi pacem & tranquillitatem inuenerim, ut prope etiam animam, cum tota fere (proh dolor) Christiana fide perdiderim. Summa enim ui spiritualium tempestatum, & maximarum concursu tentationum ex tutissimo, tranquillissimo, placidissimoque Societatis Iesu portu in altum mundi huius mare abreptus, firmaque mentis anchora, & solido uerae Ecclesiae gubernaculo priuatus, incerto & errabundo animi cursu in immensum uagabar: fractaque tandem ad crassissima Lutheranorum saxa & latentes Caluinistarum scopulos mea fidei Christianae nauicula, errorum profunditate magis semper, magisque demergebar. Verum enim uero in hoc tanto meo circa fidem naufragio, intimis tamen religionis stimulis mens mea concitata, hanc demum quasi tabulam a Paulo Florenio sibi extortam, iterum arripere, ne omnino periret, coacta est: Non omnem uidelicet religionem, qua, qui cuncta creauerit, quique omnia gubernet Deus colatur, esse falsam posse, sed Catholicam ueram esse: quia haec sola ad omnem sit pietatem propensissimisque eiusdem testimoniis confirmatus fuerim: quia denique in ista religione ardentem charitatem cum uera fide coniunctam & ipse olim habuerim, & alios habere senserim; Euangelicorum uero religionem solo nomine esse Christianam: quippe cum in ea nihil fere nisi Euangelium eiusque ueritas iactetur. Interim tamen non aliter uiuatur, ac si de ipsius falsitate non dubitaretur: quapropter maxime istiusmodi hominibus conuenire, quod uir ille ingeniosus de insanis hominum studiis ad nepotem scribens suum ait: Magna profecto insania est, Euangelio non credere, cuius ueritatem sanguis martyrum clamat, apostolicae resonant uoces, prodigia probant, mundus testatur, elementa loquuntur, Daemones confitentur. Sed longe maior insania, si de Euangelii ueritate non dubitas, uiuere tamen, quasi de eius falsitate non dubitares. Nam si illa

sunt uera, difficillimum esse diuitem ingredi regnum coelorum, quid cumulandis quotidie diuitiis inhiamus? & si illud est uerum, quaerendam gloriam, non quae ex hominibus, sed quae ex Deo est, cur a iudiciis hominum semper pendemus, Deo placere nemo est, qui curet? & si firma est in nobis fides, futurum aliquando ut Deus dicat: ite maledicti in ignem aeternum: & rursus; Venite benedicti, possidere regnum paratum uobis a constitutione mundi; cur nihil minus aut timemus quam gehennam, aut speramus quam regnum Dei? Quid possumus aliud dicere, nisi multos esse nomine Christianos, sed re paucissimos? Rogo itaque etiam uos, o Patres, & Fratres mihi in Christo ante biennium charissimi: rogo uos, quantum possum: rogo uos plus etiam, quam possum, ut me errantem ouiculam, si non ad proprium uestrum, (scio enim per constitutiones uestras non licere in Societatem Iesu recipi hominem, qui semel fidem Catholicam abiecerit) saltem in commune Ecclesiae Catholicae ouile recipere uelitis, ut ibi si Dominus Iesus grauem mihi hunc lapsum ignouerit, salutem: sin despexerit peccatorem, habeam saltem illic sepulchrum. Quod si precibus istis meis non contenti, poenas quoque aliquas expetitis: satis ego multas hactenus tum corporis tum animi dedi poenas: corporis quidem, eo quod mores Societatis Iesu mi prorsus infixi haerentes per multas ubique persecutiones pepererint: animi uero, quia horam moerore uacuam adeo habui nullam, ut dormiens etiam auditus fuerim, cum casum hunc meum deplorarem, tanquam intermortuis uocibus clamare: Miseremini mei, miseremini mei, uos saltem amici mei: quia manus Domini tetigit me. Aut si condonatis poenis, merita tantum postulatis aliqua: tunc recordamini, quod fideliter apud uos totum Philosophiae curriculum docendo biennio absoluerim, & breui eo tempore non minus praestiterim, quam, qui ante me istic Philosophiae Professores fuerunt, toto triennio praestiterant: quodque neminem meorum discipulorum, nec quenquam alium a fide Catholica auerterim, sed omnes in ea multis rationibus confirmarim: quod denique a uobis ita discesserim, ut de meis libris, & scriptis ne chartulam quidem mecum extulerim ullam. Atque hoc loco totum ego mundum

Digitized by Google

HENRICVS RISIVS.
Wertheimensis Francus
Primo Alumnorum Noricorum Inspector
et postea Græcae Linguæ Prof. Publ.
in Academia Altdorfina ab A. 1579.
Nat. A. 1531. Denat A. 1609.
W. P. Kilian Chalcographus

Digitized by Google

mundum qui hactenus me extra ueſtram religionem aluit, teſtem implo-ro, me nullas poſtea in hoc ſeculo opes quaeſiuiſſe, nihilque contra uo-tum caſtitatis fecisſe, ſed eandem quam apud uos Deo promiſi caſtita-tem conſeruasſe. At ſi relictis quoque meritis ſaltem aliquam poſthac meam in Religione conſtantiam requiritis: tum ita me iam affectum ſcitote, ut etiamſi mihi uitam condonari non putarem, multo tamen oc-cidi malim a Catholicis, quam uiuere apud Euangelicos homines, nulla nec ſolida charitate, nec uirtute, nec doctrina praeditos: & quantumuis nonnulli Catholici Doctores, quos Euangelici noſtri barbaros uocant, errarent, multo tamen malim cum ipſis tanquam cum ingenioſis, & propter rerum, quas tractant, ſubtilitatem, neceſsario lingua barbaris, errare, quam cum his, qui non lingua & uerbis, ſed doctrina & moribus ſunt barbari, uerum ſentire. Valete Vratislauiae 18. Octobris A. 1581. Primo Viennae Auſtriae a Leonhardo Nasſingero impreſſa. (ooo)

M. HENRICVS RISIVS. (a)

POſtulat nunc ordo, ut de M. HENRICO RISIO, Wertheimio Franco, magni, ſua aetate, nominis doctore, quae cognita mihi ſunt atque explorata in lucem proferam. Natus eſt A. 1531 parentibus probis atque honeſtis, qui etiamſi in re tenuiori uiuerent, filium tamen, quantum in ipſis fuit, bonis litteris informandum curauerunt. Artium itaque optimarum fundamentis in patria ſchola iactis, praeclaram in omni humaniori litteratura eruditionem, quam ex inſtitutione ſummorum uirorum, cum primis uero clariſſimorum duorum Germaniae luminum PHIL. MELANCHTHONIS & IOH. STVRMII conſecutus erat, ſuperſtruxit. Quorum *illius* quidem ſcholas in *Wittenbergenſi* Academia per quadriennium, *huius* uero in *Argentinenſi* per triennium ſectatus eſt, & poſterioris non tantum praelectionum publicarum auditor, ſeu priuatae etiam atque domeſticae conſuetudinis, ut & conuictus, magno cum ſtudiorum fructu & emolumento, compos atque particeps fuit. Equi-

(ooo) Imaginem Franckii uide etiam in IV & V parte Iconum cl. Virorum, quas praeſtantiſſ. FRIDER. ROTH-SCHOLTZIVS edidit 1727. fol.

(a) Non confundendus cum IOH. HENR. RISIO, de quo uideatur FREHERVS.

Digitized by Google

bus poſtquam exiuerat, inſignem, quam ex tantorum uirorum ore acceperat, eruditionis copiam, uicisſim cum Iuuentute artibus liberalibus dedita, diuerſis in locis, ſumma fide ac diligentia incredibilique ſcholaſticorum laborum tolerantia, communicauit. Primum enim Norimbergae, & binis quidem uicibus, in duabus florentisſimae illius Reipublicae ſcholis iuuentutis ingenia, optimos utriusque linguae ſcriptores, quos illorum ferebat captus, interpretando explanandoque excoluit. Cum uero elapſo aliquot annorum ſpatio, functionum illarum priore ſe abdicaſſet, & ſcholaſtico uitae generi penitus ualedicendi animo in patriam ſe contuliſſet, haud multo poſt, uacante in altera Vrbis Noricae ſchola ſupremi collegae & praeceptoris ſtatione a Rectore illius, penes quem collegas aſciſcendi poteſtas erat, multis tum litteris, tum precibus, ad prouinciam illam ſuſcipiendam adductus fuit. A qua & ipſa, cum poſt annorum plurimum decurſum, rei familiaris in patria conſtituendae & per ſe ipſum adminiſtrandae cauſa diſceſſit: uix biennio poſt ab INCLYTO SENATV NORIMB. in hanc Academiam reuocatus, ac primum quidem Viri longe doctisſimi HIERON. WOLFII exemplo, regendis Alumnorum Noricorum ſtudiis praepoſitus, deinde uero, pluribus in officio illo exactis annis, publicorum Lycei huius Profeſſorum ordini cIↃIↃLXXXI adſcitus, *Homeri* potisſimum publice interpretandi prouinciam ſortitus eſt. Qua in muneris functione, quanta dexteritate & fide uerſatus ſit, non ſolum ex clarisſimorum Virorum teſtimonio conſtat, (b) ſed ex eo etiam, quod A. cIↃIↃLXXXV amplisſimi ordinis philoſophici iuſſu & uoluntate, Magiſterii honor ſine omni ſumtu & expenſa, examinis etiam tam publici, quam priuati, neceſsitate ipſi remiſſa, in teſtimonium eruditionis haud proletariae, laborumque & ſtudiorum, quibus iuuentutem iamtum ſibi deuouerat, compenſationem ultro ipſi delatus, & inter nouem doctisſimos competitores, primus illi locus tributus fuerit. (c)

Caeterum

(b) E quibus celebris Theologus quidam ſcribit: *Riſum olim praeceptorem habui, Homeri Iliada priuatim interpretantem: audiuiſſes captum oculis omnia Homeri recitare ad unguem.* CASP. HOFFMANNO l. l. c. 21. Var. lect. uocatur RISIVS *Vir doctisſimus multarumque linguarum peritiſſimus*, Conf. AD. RVPERTVS *in diſſert. ad Valer. Max.* L. VIII. c. 7. p. 4. 6.

(c) Conf. OMEISII Gloria Acad. Altdorf. p. 96, & QVECCII Orationes p. 295.

Digitized by Google



MATTHIAS BERGIVS
Brunovicensis
Ethices Professor publicus in
Academia Altdorfina ab A° 1582.
Nat. A° 1636. Denat. d. 22. Aug. A° 1592.
N. P. Xihan Chalcographus

Ceterum erat Vir pius & honeſtus, tantaque comitate erga omnes, ut communis uideretur omnium parens. Collegia domi per diei ſpatium aperuit quinque, non neglectis publicis horis, quibus omnibus ſe maxime perſpicuum atque doctum exhibuit. Et quod maxime mirandum eſt, hanc ſuam praelegendi diligentiam continuauit, licet uiſu fuerit priuatus. (d) Quo ipſo uero conſecutus eſt, ut, externarum rerum contemplatione non impeditus, meliora proferre docuerit. Tandem d. 17. Cal. Iul. A. C. cIↃIↃcIX translatus eſt ad uitam, quae aeternum durat, anno aetatis octauo & ſeptuageſimo, ſicque lumen incorruptibile recipiens, intuetur Patrem ſuum, ad quem uenit per uiam, ueritatem & uitam ſuam Ieſum Chriſtum. Tandem de HENRICO, uirtute claro, doctrina conſpicuo, & uere nunc fortunato RISIO.

Scripta uel nulla ſuperſunt, uel nondum a me uiſa.

M. MATTHIAS BERGIVS. (a)

INtuenti mihi Eruditorum caſus & fata, quibus exerceri ſubinde ſolent, illud imprimis durum & acerbum uidetur, ſi praeter expectationem ex patria & ſede, uti putabant, fixa, in exteras commigrare terras iubentur, idque fiat ob maſculam uereque Apoſtolicam ἀπόδειξιν & ingratorum hominum uiolentiam. Quemadmodum uero eiusmodi ὀρθοδοξίας tenacisſimi defenſores, non ſine ſingulari Dei prouidentia, alibi locorum ſatis ſplendidis muneribus ſunt mactati; ita obſeruamus, quod nonnulli ob peculiares hypotheſes & καινοφωνίας, quibus dubiam reddere purioris fidei doctrinam laborarunt, ab officio remoti & in exilium miſſi, ſimilem fortunam ſint experti, & in noua ſtatione erroneam ſententiam in meliorem perſpicuis ſcripturarum oraculis ſubnixam, mutauerint.

(d) *De coecis ſapientia ac eruditione claris, mirisque coecorum quorundam actionibus*, conferri poterit IOH. AD. BERNHARDS *kurzgefaſte Curieuſe Hiſtorie derer Gelehrten*, p. 775. & quas non ita pridem felicisſimus naturae interpres M. LVDOV. PHILIPP. THVMMIGIVS, docte in hanc rem obſeruauit *in dem Verſuch einer gründlichen Erläuterung der merckwürdigſten Begebenheiten in der Natur. Hall* 1723. in 8. P. I. & II. da.

(a) Non confundendus noſter eſt cum BERGIIS, quorum laudabilis mentio facta eſt in notitia Vniuerſ. Francofurtanae 1707. in fol. cum iconibus edita p. 133. ſeqq.

Digitized by Google

tauerint. (b) Confirmat hoc posterius suo exemplo M. MATTHIAS BERGIVS, Vir in litteratura Orientali exercitatissimus & Theologicis quoque studiis ualde imbutus, dignusque adeo, qui inter nostros claros uiros referatur, eo, quod Academiam singulari studio & consilio ualde iuuit, cuius fortunam utramque prosperam aeque ac aduersam paucis exponamus. Ortum nostro dedit antiquissima Vrbs *Brunsuiga* ad Ockeram sita & satis munita. Hic parentibus natus est honestissimis A. cIↃIↃxxxvI ipsis Calendis Nouembris. Pater ei fuit M. CONRADVS BERGIVS, patris filio haud dissimilis; (c) Mater uero *Anna* nata BERGMANNIA, foecunda duorum filiorum (d) & trium filiarum procreatrix. Iam ipsa nostri Iuuentus, quibus ducibus instituta, qua industria perpolita fuerit, nihil interest posteritatis, recitare. Satis est, si illud eruditionis & honoris culmen, quod conscendit noster, de tempore non male collocato, testatur. Nam in patria prima litterarum fundamenta posuit, & non solum magnas in liberalibus disciplinis profectus fecit, sed quoque in uariis Academiis exactam Theologiae & linguarum Hebraicae, Graecae & latinae, notitiam sibi comparauit, ita, ut Graece & Latine loqui, scribere & elegantissimos uersus componere optime calleret. (e) Vt igitur tantae eruditionis fructus ad patriam dilectissimam rediret,

(b) Plures in hanc rem obseruationes nobis dedit S. R. Lubencensium Superintendens D. GEORGIVS HENR. GOETZIVS in *Dyptichis Exulum* & in oratione, cui tit: *Puer decennis*, qua inter alia *de eruditis in exilio natis* & *in exilium missis* erudite egit. Conferatur etiam bibliotheca exulum *Sellenii*.

(c) Erat Ecclesiastes Brunsuicensis ad Aedem S. Blasii, postea uero a duce *Henrico* ob professionem uerae religionis ab officio, ut caeteri omnes, remotus obiit A. 1550. Vid. PHILIPPI IVLII RETHMEYERI *Antiquitates Ecclesiasticae inclytae Vrbis Brunsuigae* A. 1707. in 4. editae, Parte III. p. 171. & 183.

(d) Qui erant *Matthias* de quo nunc, & *Nicolaus*, primum Rector scholae Catharinianae, postea pastor *Fallerslebiensis* & tandem Superintendens *Burgdorfiensis*. Vid. MELCH. NEOFANII Catalogus & historia Concionatorum Brunsuic.

(e) Quod testatur GEORG RITTERSHVSIVS in uita parentis, quae est inserta *Memoriae ICtorum* WITTENII Decad. I. p. 15. quando dicit: *prima pietatis, litterarum & bonarum artium fundamenta ὁ μακαρίτης πατὴρ μοῦ iecit in schola patria, cuius tum Rector erat Auunculus ipsius*, MATTHIAS BERGIVS *Vir linguae Hebreae, Graecae & Latinae peritissimus Theologus & Poëta non uulgaris, quod ipsius scripta iam dudum edita loquuntur, famamque deinceps augebunt, σὺν Θεῷ παλαίμη edenda &c.*

Digitized by Google

rediret, domum eſt profectus & Rector patriae ſcholae conſtitutus, adoleſcentibus facilem ad quaeuis profutura aditum aperuit, & mira comitate ſua ciuium & auditorum omnium animos ſibi conciliauit. (f) Sed non diu poſt noſter inconſtantiae & uariantis fortunae exemplum poſteris reliquit. Nam cum BERGIVS A. CIↃIↃLXXVIII cogeretur formulae concordiae, quam nondum ſatis perlegerat, multo minus per omnia intellexerat, ſubſcribere, non quidem recuſauit, at poſtea accuratius penſitatis definitionibus & allegatis ibi locis Scripturae, uarios conſcientiae ſcrupulos ſibi mouit & ob hanc ipſam cauſam factam ſubſcriptionem publice reuocauit. Hunc in finem primum *proteſtationem de ſubſcriptione libri*, qui uocatur *Formula Concordiae* conſignauit, qua de erroribus huius libri egit, & dubia nonnulla in articulo 1) *de praedeſtinatione & libero arbitrio*, 2) *de unione hypoſtatica & Idiomatum communicatione* 3) *de aſcenſione Chriſti ad coelos & ſeſſione ad dextram Patris omnipotentis*, 4) *de coena Domini* propoſuit, quibus adiecit commentatiunculam *de diſcrimine ueteris & noui Teſtamenti*, cuius in ſuperioribus quibusdam maximus eſſet uſus, eamque A. CIↃIↃLXXX R. Miniſterio examinandam tradidit. Hinc ſtatim citatus ut coram Reu. Miniſterio ſcriptorum rationem redderet. Apparuit quidem, ſed a D. CHEMNITIO Caluiniſmi conuictus palinodiam canere iuſſus eſt, & quidem in concione neſpertina, die XI. Trinitatis, qua per totam Orationem ſacram, a laudato CHEMNITIO habitam, ante altare genibus flexis finem illius expectauit, & ex eodem loco ſermonem ad delegatos & congregatum populum erroris ſeriam retractationem continentem, recitauit, quem etiam litteris eiusdem tenoris & manu ſua exaratis, d. 8. Auguſti dicti anni magis confirmauit. Poſtea ad MARCVM MENNINGVM, Theologum Bremenſem, a quo antea erat ſeductus, litteras dedit, in quibus inter alia ſcribit: *Profiteor & profitebor omnium illorum, quae ſubſcriptionis retractandae cauſa a me ſcripta ſunt me ſerio & ex animo pudere & poenitere. Deoque gratias ago &*

(f) Conf. GEB. THEOD. MEIERI Monumenta Iulia p. 116. & quidem in uita IOHANNIS BARTERI, qui adoleſcens Brunſuigam miſſus eſt, ubi operam dedit MATTH. BERGIO, tum in patria iuuentutem dextre erudienti.

Digitized by Google

agam, quoad uixero, quod per media ea, quibus utitur in hac uita ad Ecclesiam colligendam & regendam, eo me deduxit, ut & agnouerim lapsum meum & ad saniorem mentem atque consilia meliora me receperim. Renuncio igitur & tuae & omnium Sacramentariorum amicitiae: contraque ratifico & confirmo subscriptionem meam libro saepius nominato adiunctam, &c. Sequenti anno CIↃIↃLXXXI sub praesidio D. CHEMNITII disputationem *de reliquiis peccati originalis post baptismum in renatis* publico eruditorum examini subiecit, eamque ut solide conscripsit, sic quoque mascule ab obiectionibus aduersariorum uindicauit, & ita omnem *heterodoxias* & *Crypto-Caluinismi* suspicionem penitus a se abstersit. Quemadmodum uero feruida ingenia facile capiuntur nouis eiusmodi placitis, quae rationi blandiuntur, eoque *πάθαι* ab Apostolo uocantur Coloss. II, 4. ita noster A. CIↃIↃLXXXII pristinas hypotheses Caluinianas reasumere & sine omni spe resipiscentiae publice defendere est conatus, commotus forsitan de nouo a citato MENNINGO, qui responsorias ad Bergium dedit satis prolixas, &, ut ad partes suas rediret eiusmodi uerbis, quibus facile fluctuantes animi commoueri possunt, rogauit. Quapropter causa probe cognita & explorato spiritu uertiginis, ut Ecclesiae tranquillitati consuleretur, auctoritate Senatus & R. Ministerii ex statione sua non solum est dimissus, sed etiam, ut spatio octo dierum, uxor uero quatuor mensium urbe & ditione emigrarent, serio ipsi fuit iniunctum. Cui mandato noster obsequium praestitit & *Altorfium* A. CIↃIↃLXXXII d. 19. Maii est profectus, (g) ad CONRADVM RITTERSHVSIVM, cuius auunculus, uti supra annotauimus, erat BERGIVS noster. Expositaque migrandi necessitate, sine dubio a RITTERSHVSIO, cuius intercessio multum ualebat, ILLVSTRI SENATVI NORIMB. est commendatus; hinc commode accidit, ut exuli *publica Philosophiae moralis Professio* in hac Academia, quippe prudentiae, uigilantiae, probitatis uirtutumque omnium

(g) Conf. P. I. RETHMEYER, l. c. P. III. p. 500. & *in appositis supplementis* ad P. III. p. 347 — 350, ubi BERGII ad BEZAM & MENNINGVM & horum ad BERGIVM epistolae, unacum litteris BERGII, retractationem erroris continentibus, conspiciuntur & legi possunt.

Digitized by Google

omnium laudibus, iam pridem tanto faſtigio digno, demandaretur. Ornauit hanc ſpartam ad uitae dies ſummo ardore & fidelitate, nec priuatas, quas fouebat, hypotheſes unquam propagauit, ſed, uti ſum edoctus mutauit & denuo reiecit. Tandem, cum plura non ſuppetant, ut ultima eius uno alteroue uerbo attingam, curis uigiliisque confectus, ſenſim defecit, & cum ex calculi doloribus laborare coepiſſet, A. clɔlɔxcii d. 22. Auguſti animam Deo reddidit, anno aetatis LVI. Corpus eius coemetrio illatum eſt, monumentum ſepulchrale (h) omnium oculis uſurpatur his uerbis conceptum:

D. O. M. S.

BERGIVS HIC SITVS EST VOCEMQVE IN PVLVERE CHRISTI
EXPECTAT VIVVM QVI SIBI RESTITVET
SVMMA BONI VIVO CHRISTO SE CREDERE VVLTVMQVE
ILLIVS AETERNVM CERNERE FVNCTVS AVET.

M. MATTHIAS BERGIVS BRVNSW. IN ALTDORF. NORIMB. ACAD. ETHICES PROFESSOR HOC EPITAPHIVM SIBI IPSE FECIT ESTHER IOHAN. HILTEBRANDI IC. F. VIDVA MOEST. CONR. RITTERSHVSIVS IC. ET COHAEREDES MARITO AVVNCVLO ET PATRVO B. M. HOC MONVM. POS. OBIIT D. XXII. AVGVSTI AN. CHRISTI MDXCII. CVM VIXISSET ANNOS LVI MARITVS SINE QVERELA ANN. XXV. MENS. VII.

SCRIPTA BERGII.

Praeter enumerata in ipſa uitae expoſitione, edidit

1. Carmen panegyricum in Ducem IVLIVM, Brunſuigam ingredientem.
2. Grammaticum libellum, continentem praecepta etymologiae & ſyntaxis latinae neceſſaria in uſum puerorum ſcholae Catharin. collectum 1569. Magdeb. in 8.
3. Meditationes ex Euangeliis dominicalibus conceptas, acceſſerunt Periochae Euangeliorum Dominicalium, diſticho incluſae grae-

(h) Vid. OMEISII gloria Acad. Alt. p. 105. & 174.

ce & latine, editio ſecunda Alt. 1662. in 8. typis *Iob. Goebelii* pl. 8.

4. Carminum Euangelicorum libros duos: quorum primus continet Odas in Euangelia dominicalium dierum; ſecundus dierum feſtorum atque imprimis Apoſtolicorum cum aliis nonnullis argumenti pii carminibus, Henricopoli 1573. in 8.

5) Eccleſiaſticum S. ſapientia Ieſu Syracidae, libellum nunquam ſatis laudatum, collatione optimarum utriusque linguae editionum illuſtratum, & graece ac latine editum ad uſum ſcholaſticae pueritiae Helmſt. 1580. in 8.

6. Narrationem de Synodo Nicaena, uerſibus expoſitam. (i)

7. Aliquot de religione libros, (k)

8. Ariſtotelis libros Ethicorum ad Nicom. cum notis, adiecta ad contextum graecum interpretatione Latina, DIONYSII LAMBINI, ſed innumeris locis interpolata, ac parte Libri IX. cum decimo toto proprio Marte uerſa, Francof. 1591. & 1596. in 8. (l)

9. Academiae Noricae Altorphianae ſtrena ad initium Anni clɔlɔxxcv in 4. typis Gerlachianis.

M. DANIEL THALIVS. (a)

NON rara ſunt eruditorum exempla, qui tenera adhuc aetate parentibus orbati, nihilominus in ſtudiis optimos fecerunt progreſſus, imo alios, hac in parte ipſis longe feliciores, ſuperarunt. Inſtituti ratio nunc non permittit, ut in huius rei confirmationem multa exempla ſtudioſe conquiramus, ſiquidem illa paſſim obuia, & haud obſcure ex hac ipſa uitae deſcriptione M. DANIELIS THALII augeri poterunt.

(i) Praemiſſa eſt haec narratio D. MART. CHEMNITII *Examini Concil. Tridentini.*

(k) Quibus, ſi edantur, plurimos hac aetate Theologorum errores correctum iri, CASP. SCIOPPIVS, L. IV. ſuſpect. Lect. epiſt. I. p. 241. iudicauit.

(l) Praemiſit priori editioni CONR. RITTERSHVSIVS praefationem, qua merita noſtri laudat, & memoriam uitae Bergianae meditari, dicit, quae tamen, quantum ego ſcio, non fuit luci publicae expoſita. Altera editio ex ipſius Bergii recognitione ſecuta eſt.

(a) Alii ribunt Talius, ſed rectius per th ſcribitur.

Digitized by Google

DANIEL TALIVS
Erfurtensis
Linguae Sacrae et Mathematum
Professor extraordinarius in Academia
Altdorfina ab Ao 1593.

Nat: *Den:* *Ao 1603.*

W. P. Kilian del: et sculp.

Digitized by Google

Digitized by Google

erunt. Ortum, Viro huic clarissimo dedit *Erfordia* tractus Thuringici urbs primaria. Hic parentibus natus est honestissimis Anno cIↃIↃXLIV. Pater ei fuit IOHANNES THALIVS, primum (utpote in religione Pontificia educatus) *Ericensis Canonicus*, postea uero Euangelii puri apud Erfurtenses ad D. GREGORII fidelis & constans praeco, (b) quem tamen, cum uix septimum aetatis annum uiuendo attigisset, amisit. Matrem coluit feminam praeclaris animi & corporis dotibus ornatam *Margarethan*, (c) quae ut uidua tristis, nullis tamen laboribus, nullis sumtibus pepercit, quo noster bonis moribus litterisque excultus, Ecclesiae, cui illum statim ab ortu suo consecrarant parentes, tandem aliquando inseruire posset. Erat igitur tam pia mater ad liberalem huiusmodi filiorum suorum educationem tanto promtior & alacrior, quo plura in *Daniele* & fratribus reliquis (d) adhuc pueris bonae indolis & ingenii signa elucebant. Intelligebat bene, animum esse instar agri; quippe in quo neglecto & inculto spinae, uepres &c. in culto autem fructus existere possent insignes. Non potuit non eiusmodi educationi decenter institutae Deus benedictionem, quam promisit, dare largissimam, siquidem honorificis muneribus condecoratos omnes tres filios non solum uidit, sed etiam uitae sustentationem, (e) ut & solatium uariarum, quas perpessa erat, calamitatum haut exiguum ab illis accepit. Ad *Danielem* ut redeam, studiorum initium in patria schola fecit, & optimarum artium studiis haud leuiter tinctus, ex consilio fratris natu maioris Anno cIↃIↃLXIV Academiam adiit Wittebergensem, ubi post Professores publicos priuata institutione praestantissimorum uirorum est gauisus. Ad

(b) Cuius uitam ualde memorabilem dabo in peculiari collectione, sub hoc titulo cum die & tempore edenda: *de quibusdam claris uiris, quorum uita nunquam est descripta.*

(c) Nata est 1520. *Linderbachii* & orbata parentibus, a ciue & senatore Erfurt. ELIA BVTZBACHIO educata, usque ad annum uigesimum, quo nominato IOH. THALIO elocata est. Obiit 1597. d. 2. Febr. aet. 76.

(d) Qui erant IOHANNES & WENDELINVS celebres Medici Nordhusani de quibus consulendus Cl. I. H. KINDERVATER in Nordhusa illustri p. 48. & 303. NEANDER Orb. Terr. P. I. p. 64. & *in Menschen Spiegel* p. 176. a.

(e) Commorata quippe per tres annos *Stolbergae* apud filium natu maiorem *Iohannem*, postea ad uitae exitum usque apud *Wendelinum*, Practicum Nordhusanum.

Digitized by Google

pedes quoque Theologorum frequens ſedit, eosque uarias Theologiae partes docentes ſedulo audiuit. Imprimis uero amore Philologiae ita capiebatur, ut inſignem huius ſtudii habuerit rationem. Probe enim ſecum penſitauit, Philologicas artes, coniuncta Philoſophia, eſſe ueluti binas alas, quibus inſtructus ad ſublimem & munitiſſimam ſanctae ciuitatis arcem facilius euolare poſſet. De ERASMO SCHMIDIO commemoratur, eum in graecis auctoribus euoluendis, & erudito mathematicorum puluere tractando, tantam poſuiſſe operam, ut ad graecam linguam & ſtudium mathematicum natum fuiſſe multi crediderint. Eadem de noſtro dici poſſe ex rei ueritate nullus dubito. Nam mira felicitate ſtudia mathematica iunxit Philologicis. Proinde factum, ut linguae ſanctae & Mathematum Profeſſor extraordinarius, ornatus prius Philoſophiae Magiſtri gradu Anno cIↃIↃLXXXIII a Nutritoribus Academiae Altdorf. gratioſiſſimis fuerit conſtitutus. Cui uero officio non diu praefuit, ſed eodem anno Norimbergae extremum uitae Spiritum Soſpitatori I. C. reddidit, deſtitutus in ipſo uitae apparatu uita. Quae breuitatis uitae meditatio complures THEOPHRASTO, Ariſtotelis ſucceſſori, excuſit querelas, quas in extremo uitae articulo conſtitutus effudit cum ipſa anima, conqueſtus: *ſe iam iam luminis uitalis occaſum ſentire, cum uix aliquam ſapientiae lucem in denſiſſimis intellectus tenebris oriri uidiſſet.* Et certe quo breuior THALIO erat hic commorandi terminus, eo minora ab eo expectari poterant in hanc Academiam merita, & ſcripta uel per iniuriam temporum perierunt, uel alibi locorum edita aſſeruantur. Quae proinde cum enarranda deſint, hanc quoque uitae enarrationem abrumpimus.

M. THEOPHILVS MADERVS.

QVae de uita atque origine doctiſſimi huius uiri accepimus pauca quidem ſunt, ſed eum in finem afferenda, ne in depingendis uitis Profeſſorum, hoc ſolo omiſſo, ordo turbaretur. Natus eſt in oppido *Frauenfeld*, Turgouienſis ditionis & nonniſi natiuitate tanti uiri



THEOPHILVS MADERVS
Helvetius
Logices Professor publicus in Academia
Altdorfina ab A.° abiit Ambergam
A.° 1585. atque ex hoc loco secessit
Heidelbergam.

Natus Denat. d. 26. Jan. A. 1604. Æt. 63.

W. P. Kilian del. et sculpsit.

Digitized by Google

Digitized by Google

uiri claro. Cum in patria didicisset, sine quibus progredi non posset ad metam, quam sibi proposuerat, adolescens studiis humanitatis operam dedit, & incredibili litterarum Graecarum amore flagrauit. Imprimis uero *Haidelbergae*, atque *Basileae*, ductu THOMAE ERASTI, Philosophi ac Medici celeberrimi, (a) quem per XII. annos docentem audiuit, in arte medendi insignes fecit progressus, & cum ADRIANO BORCKIO, Camerae postea Imperialis Adsessore dignissimo, (b) tanta uixit familiaritate, ut ambo uno conuictu & mensa, eodemque contubernio usi sint.

A dicto *Erasto* diligentissime omnibus bonis commendatus, uarias Germaniae partes adire secum decreuerat. Quae etiam commendatio suo non caruit pondere, siquidem in itinere constitutus, Norimbergae PERILLVSTRIVM DN. CVRATORVM gratiam ita sibi conciliatam reddidit, ut *organi Aristotelici Professionem* Anno CIↃIↃLXXXIV ultro ipsi offerrent. Accepit quoque publicum hocce docendi munus, & magno quidem applausu, sed non diu illi praefuit. Nam A. CIↃIↃLXXXV *Ambergam* (c) & hac etiam relicta *Haidelbergam* est profectus, ibidemque Medicinae ac Physices Professionem consecutus, quo in officio A. CIↃIↃCIV die 26. Ian. aetatis 63. uitam cum morte commutauit, (d) Alia plura notatu forsitan digna indagari non potuerunt.

M. IEREMIAS ERHARTVS.

IVsto nunc ordine succedit M. IEREMIAS ERHARTVS, *Rochliconsis Saxo*, qui Anno CIↃIↃLXXXV sub Rectoratu Edonis Hilderici Praeceptor primae classis est constitutus, sed nescio quas ob causas A. CIↃIↃXCII post feriis caniculares ab officio remotus, ex omnium oculis abiit.

M. GEOR-

(a) Cuius edidit Disputationes & Epistolas medicinales Anno 1595. Tiguri in 4.
(b) Cui in signum pristinae amicitiae, Erasti disputationes & Epistolas dedicauit.
(c) Forsitan ad functionem Medici ac Physici ordinarii euocandam uocatus.
(d) Falsum igitur, quod alii de nostro scribunt, *Tigurinum Professorem* factum. Nam & epistola dedicatoria Erasti collectioni disput. & Epistolarum praemissa 1594. Haidelbergae scripta est, & testimonia alia, ibi diem obiisse supremum, euincunt.

Digitized by Google

M. GEORGIVS LICHTENTHALERVS.

DE hoc quoque pauca recenſenda ſuperſunt. Pater ipſi fuit GEORGIVS LICHTENTHALER, Paſtor in Eſchenau. A. cIↃIↃLXXXIV d. 19. Nouembris praeceptor ſecundae claſſis & Anno cIↃIↃXCII dimiſſo *Erharto*, primae factus eſt, quo in utroque officio fidelis Magiſtri laudem obtinuit. Vxorem duxit *Apoloniam*, *Barthol. Hennii*, ciuis Rotenb. filiam Anno cIↃIↃXCIX d. 22. Octobris. Apoplexia tentatus, hoc capitali morbo Anno cIↃIↃCII d. 25. Octobris obiit. Succeſit ei in claſſe prima M. WALDVNG, de quo plura in ſequentibus.

M. GEORGIVS QVECCIVS.

NOrimberga, parens illa altrixque bonarum artium ac ſcientiarum foecundiſſima, eſt illa ciuitas, qua M. GEORGIVS QVECCIVS A. C. cIↃIↃLXX. d. 7. Aprilis editus eſt in lucem. Patrem habuit PETRVM QVECCIVM, ciuem dictae urbis probum admodum & honeſtum. Prima eius puericia non ſine diligenti morum ingeniique cultura in patria ſchola exacta eſt, cuius claſſes omnes intra nouem annorum ſpatium pede fauſto emenſus, praeuio profectuum ſcrutinio, dignus a Patre pariter & Praeceptoribus, iudicatus eſt, qui grauioribus ſtudiis ſe accingeret. Quapropter habita oratione ualedictoria *de temporis recto uſu*, anno aetatis XIX. Altdorfium uenit, & elegantioribus litteris Philoſophiae imprimis & Philologiae, quin & ſeuerioribus aliis ſtudiis operam ſuam addixit. Cumque ex ſcholis doctiſſimorum Virorum GLACIANI, RISII, & BERGII non exiguam bonarum artium & philoſophiae ſupellectilem retuliſſet, primam lauream Anno cIↃIↃLXXXIV maximo omnium applauſu ſuit conſecutus. Hoc publico diligentiae teſtimonio exornatus, A. cIↃIↃLXXXVI menſe Iulio iter in Saxoniam & ulteriores Germaniae inferioris tractus ſuſcepit, de quo carmine propemtico amici Altdorfini gratulabantur. Redux poſt anni ſpatium, ſibi uiam ad ſedem in facultate Philoſophica occupandam per diſputationes uarias, tanquam locupletes eruditiones ſuae teſtes, ſtrauit. Nec irrito hoc factum eſſe

Digitized by Google

HTENTHALERVS.

superſunt. Pater ipſi fuit GEOR
ſſler in Eſchenau. A. cIↃIↃXXXV
ndae claſſis & Anno cIↃIↃXCIII
o in utroque officio fidelis mi
Apolonam, *Barthol. Hemm*
Octobris. Apoplexia tacta
. Octobris obiit. Succeſſ
plura in ſequentibus.

QVECCIVS.

e bonarum artium ac ſcientia
qua M. GEORGIVS QVECC
rus eſt in lucem. Patrem hab
urbis probum admodum &
diligenti morum ingenique
laſſes omnes intra nouem an
uio profectuum ſcrutinio, ſig
atus eſt, qui grauioribus ſtu
ione ualedictoria *de tempari*
, & elegantioribus litteris ſtu
& ſeuerioribus aliis ſtudiis o
doctiſſimorum Virorum Gy
bonarum artium & philoſoph
Anno cIↃIↃLXXXV maximo cu
ſlico diligentiae teſtimonio
in Saxoniam & ulteriores ſe
quo carmine propenſio an
nni ſpatium, ſibi uiam ad ſtu
per diſputationes varias, ſe
ſtrauit. Nec irrito hoc ſtudi
ei

GEORGIVS QVECCIVS
Norimbergenſis
Ethices et Graecae Linguae Profeſſor P.
in Academia Altdorfina ab. A. 1567.
Nat. A. 1561. Denatus A. 1626.
Ex pictura in Bibliotheca publica
illustris Reip. Norib. W.P. Libro i.

Digitized by Google

esse conatu, suo proprio intellexit emolumento. Nam eodem adhuc anno, nimirum cIↃIↃLXXXVII d. 1 Augusti Superiorum uoluntate Altdorfii *Philosophiam moralem & graecam linguam* professus est, hancque Spartam ad uitae usque exitum ita ornauit, ut non minus suis popularibus, quam exteris (a) docendo instituendoque utilitati atque usui esset. Ne uero curis rei familiaris in officio bene gerendo distraheretur, A. C. cIↃIↃXXXVII d. 26. Iulii in matrimonium duxerat CASP. ODONTII, cuius supra iam feci honorificam mentionem, relictam uiduam A. 1557. natam & A. 1624. m. Octobris denatam, a formae dignitate & uirtutum praestantia, satis commendabilem, ex qua unicum suscepit filium GREGORIVM, (b) paternarum uirtutum aemulum strenuum. Totam autem, quam exegit aetatem, auditorum suorum commodis ita dedicauit, ut mentes eorum pietate, rerumque pulcherrimarum cognitione imbueret, poliret mores, efficeretque denique, ut secum ipsi honeste uiuentes, essent ornamento ac uoluptati suis, emolumento Reipublicae. Nec uero docuit solum, sed & scripsit egregie, VIR clarissimus, cuius rei fidem nobis faciunt, multis lucubrationibus commentatae disputationes eius atque orationes, quas ordine postea enarrabo. (c) Valetudine per omnem fere uitam tanto firmiori usus est, quanto parcior in sumendo cibo atque potu erat; probe secum ponderans, temperantiam esse matrem sanitatis, & sapientem quoque uirum quam maxime eam decere. Vti autem omnibus

(a) Vid. CASP. SCIOPPII *suspectarum lectionum libri V.* p. 328. ubi ad Quecciun epistola legitur, qua iudicium eius de correctis locis nonnullis in *Plautum*, *Apuleium*, & *Symmachum* sibi expetit, *longe enim tu*, inquit, *quam alii aliarum Academiarum Professores Philosophi, auidius illa, quae ad utriusque linguae cultum & ornatum pertinent, consectari soles &c.* quod certe testimonium uel ideo erit aestimandum, quia ab homine profectum, qui alias admodum parcus erat in laudandis aliorum conatibus, quem graphice describit MATTH. BERNEGGERVS *in observ. hist. polit. n. 14. p. 158.* & HORNIVS *in Hist. Eccles.* p. 226.

(b) Natus est Altdorfii 1596. Impetrato ibidem Magistri Philosophiae, & Basileae 1620. Medicinae Doctoris titulo, paulo post reuersus, inque Collegium Medicum receptus, Norimbergae feliciter praxin exercuit, & per decennium Xenodochio ad Spiritum S. salutari opera praefuit. Obiit Norimb. 1651. aet. 36. dysenteria epidemia maligna & uaria scripsit. Vid. MERCKLINI *Lindenius renouatus*, p. 365.

(c) Vid. OMEISII Gloria Altdorf. p. 97. & 106.

Digitized by Google

bus fato tandem concedendum eſt hominibus, & ita
& aerumnis huius uitae confectus A. cIↃIↃcxxviii act. 67.
lis corporis ſolutam, Deo reddidit poſtquam ultra quatu
cades, partim clasſico, partim publico profitendi munc
ingenii ſui celebritate, perfunctus eſſet.

SCRIPTA QVECCII.

1) Dodecas Orationum Altdorfii habitarum diue
Norimb. 1626. in 8. (d)

2) Oratio aliqua graeca in latinam linguam uerſa.
pl 12 (e)

3) Gratiarum actio in ligata oratione, quae extat i
ſeu natali Acad. Alt. 1580. celebrata.

4) Oratio graeca, quae extat in Actu promulgatio
Doctoralium Vniuerſ. Altdorf. A. 1624. in 4. ib

DISSERTATIONES HACTENVS VI

Theſes Philoſophicae de fine operationum naturae
zolio. Norimb. 1593.

Theſes Ethicae de uirtute ex Lib. II. Eth. ad Nico

De ſententia Solonis: an quis ante obitum beatu
1610. P. *Georgio Müllero*, Norico.

De ſummo bono theoretico & practico, 1612. P.

(d) Continentur hac collectione Oratio 1) de Rerumpubl. felicit
tione Chriſtiani p. 27. 3) de Philautia ſecundum Ariſtotelem
ſophia contra Lactantium p. 69. 5) Apologetica pro Ariſtote
ci moralis Philoſ. utilitate p. 121 7) de felicitate ſeu S. Bo
nore, p. 63. 9) de uita & rebus geſtis Ciceronis, p. 179. 10)
ni & mali, p. 205 11) Praecatio in lectiones Homericas, p
praelectiones officiorum Ciceronis, p. 255. Appendix Orati
neris publici ſeu rectionis Academicae p 275 2) inuitatio
Academicarum p. 283. 3) Edictum Ac l ad ſtudioſos p 291.
quias HENR. RISII p. 295. 5) alia mutatio eiusd. argumen
ad Panegyricam ſolennitatem Petro Paulinum p 302

(e) Haec oratio de *Natiuitate Domini Dei & Seruatoris noſtri Ieſu
habita eſt a* METROPHANE CRITOPULO *Hieromonacho*,
S. D. Patriarchae Conſtantinopolitani, a Sigillis primario. Al

De tribus uirtutibus homileticis, 1613. ℞. *Felice Przylubski*, Lituano.

Quaeſt. miſcell. Ethicae. Alt. 1616. ℞.

De diſcrimine ſapientiae & prudentiae ib. 1616. ℞. *Iob. Gu. Fabricio*, Norico.

Theſes ethicae ex L. I, II, III. ad Nicom. excerptae 1617. ℞. *Erneſto Hoffmanno*, Altdorfino.

De uerecundia ex L. IV. cap. IX. Eth. ad Nicom. 1618. ℞.

Theoria Virtutis in genere diſp. I, II, III. 1619. ℞. *Matth. Sallero*, *Iob. Geigero* & *Iob. Ge. Friederich*, Auguſtanis.

Dodecas quaeſt. Ethicarum 1620. ℞. *Osvvaldo Wanderslebio*, Greuſſaena-Thuringo.

Theoria prudentiae 1620. ℞.

Theoria ſapientiae 1620. ℞.

De uariis uariorum circa felicitatem ciuilem opinionibus 1622. ℞.

De aequo & bono, & utrum ſibi ipſi quis facere poſſit iniuriam Alt. 1623. ℞.

Protheoria uirtutum dianoeticarum ex L. IV. Eth. Ariſtotelis 1623. ℞.

De principiis actionum humanarum 1623. ℞. *Andrea Keſſelio*, Norimb.

Theoria ſcientiae & artis 1624. ℞.

De magnificentia 1624. ℞.

De magnanimitate 1624. ℞.

De moderato ſtudio honoris 1625. ℞.

De uoluntate & libero arbitrio 1625. ℞.

Diſput. Philoſ. reſponſiones continens ad argumenta, quibus ad traducendum & infamandum Philoſophiae ſtudium libro 3. inſtit. diu. utitur Lactantius ℞. *Paulo Keslero*, Alt. 1625.

Diſputatio quadruplicis argumenti, 1) de uirtutum moralium origine & cauſa, 2) de actionibus habitum uirtutis praecedentibus & ſequentibus, 3) de earum numero & 4) de earum explicandi ordine ab Ariſt. L. V. ad Nicom. obſeruato Alt. 1627. ℞. *Iob. Schappacher*o, Norico.

Digitized by Google

Diſputatio ex Lib. I, II, & III. ad Nicom. excerpta ib. 1627. ℔.

De fortitudine & temperantia 1627. ℔.

De fortitudine 1627. ℔. *Tobia Freundt*, Sultzfelda-Hennebergico.

De ſponte & inuite factis 1627. ℔. *Mich. Korn*, Leuttenbergenſi Thuringo.

De felicitate Rerumpubl. ſec. Platonem, Alt. 1628, ℔. *Ge. Laurentio*, Aldenberga Misnico.

De honore 1628. ℔. *Iob. Lobberro*, Norimbergenſi.

M. WOLFGANG WALDVNG. (a)

SInt licet, qui Medicinae & Artium Sophicarum ueram ſolidamque cognitionem in uno ſubiecto uix reperiri credant, nullamque Polyhiſtoris Medici in ipſa medendi arte putent eſſe efficaciam; WALDVNGO tamen non rara, ſed noſtris quoque temporibus confirmata haec contigit felicitas, ut maxima cum laude, multoque cum fructu, utrumque excoluerit. Quantos enim in ſtudio Medico habuerit profectus, haud certe contemnendos, in ſequentibus exponendi occaſio dabitur. Sed prius uiuendi initium, cum reliquis uitae circumſtantiis percenſere oportet. In lucem editus eſt Norimbergae A. C. ɔlɔlɔIV honeſtis parentibus, quorum uitae genus licet ignoretur, honeſtum tamen fuiſſe, illud eſt argumento, quod ſummo ab illis ſtudio filius in pueritia ad humanitatem excultus, & inprimis bene ac liberaliter educatus eſt. Habuit a natura ingenium peracre & praeſtans: nam accipiebat celeriter, quae tradebantur, ac memoria fideliter cuſtodiebat. Humanioribus litteris, ſedulo nauauit operam, & tantam ſibi in litteris graecis, latinis ut & arte poetica fecit notitiam, ut multos in ſui admirationem raperet. (b) Wittebergam profectus Philoſophiam omni ſtudio excoluit. Sed quemadmodum ſunt uaria hominum ingenia, & unusquisque in eo laborat, ad quod maiora ſe a natura adiumenta habere intelligit; ita noſter Phyſices praeci-

(a) Vocant alii noſtrum *Iohannem Wolfgangum*, ſed quia in nullo, quod uidi, ſcripto ſe *Iohannem* nominat, erroris facile conuincuntur.

(b) Ita de Waldungo ſcribit PIGCARTVS, in Epiſtola ad Virum doctum.

Digitized by Google



WOLFGANGVS WALDVNGVS
Norimbergensis
Phÿsices Professor Publicus
in Academia Altdorfina ab Ao. 1592.
Nat. d. Ao. 1554. Denat. d. Ao. 1621.
W. P. Kilian. Chalcographus.

praecipue ſtudio toto pectore atque omnibus neruis incubuit. Et cum ueritatem communis prouerbii magis magisque intelligeret: *ubi deſinit Phyſicus, ibi incipit Medicus*, mira felicitate in Academia Ienenſi huic ſtudio iunxit medendi artem, qua quid praeſtiterit ex Epiſtola PICCARTI (c)

(c) Quae mihi benignisſime communicata eſt a uenerando ſocero meo D. BAIERO, & huius tenoris eſt.

S. & O. Duae ſunt potisſimum cauſae Cl. ac Excel. Vir, cur pene ignotus occupationes tuas nunc interpellem, ſed eodem ortae principio, amore uidelicet, quo complector Cl. Virum Aegidium Agricolam, *ICtum, conterraneum meum ſuauisſimum, & doctisſimum item uirum* M. Wolfg. Waldungum, *Medicum, collegam coniunctisſimum, quorum hic commendatione & auctoritate ſe Tua multum posſe conſequi exiſtimat; ille, quod Waldungum melius diutiusque noſsem, de eo ad Te nonnulla referrem, amice inſtabat. Nec erat cur honeſta petentibus durior eſsem, aut ſupercilioſe refragarer. Itaque quod uoluere, paucis Te, ut ſpero, uolente, exſequar.* M. Wolfg. Waldungum *in hac Academia noui annos iam complures, Virum bonum, officioſum, doctum, &* Medicis ſtudiis totum inhaerentem, in quibus eos profectus fecisſe eum conſtat, ut Medicinam in oppido facilitare commode posſit, quod & in noſtro hactenus fecit, uocatus ab amicis, nec ſine ſalutari effectu. *Ad miraculum autem in Medicina doctum eſse non dixerim, comparandum tamen & anteferendum longe multis hodie Doctoribus umbraticis, qui ignorantiam temeritate curandi uelare contendunt. Quod ſi igitur Senatus prudentisſimus Weiſsenburgicus opera eius uti uellet, futurum ſperarem, ut nec eum huius conſilii poenitere posſet, nec ipſe de ſtudio & aſsiduitate in cumulanda ac augenda Medica ſcientia quidquam remitteret. Vita eius comis, tranquilla, placata & plane ὁμιλητική eſt. Quodſi igitur autoritate Tua honeſtiorem eum facere potes, ut Te posſe omnino confido, ea qua par eſt animi contentione abs Te, Cl.* Roſa, *peto, ut omni ſtudio id facias. Conferes id, quicquid eſt beneficii in hominem gratum & memorem ac de nobis omnibus amicis eius praeclare mereberis. Operam etiam nos dabimus, ut intelligas, quanti hunc animum aeſtimemus tuum aeſtimaturique ſemper ſimus. B. V. Vir Excellentisſime ac me quoque inter Tuos numerare non grauare, paratum omni officio ac ſtudio Tibi reſpondere. Altdorfio XIIX. Aug. 1602.*

Tuae Excellenti Virtuti ac Doctrinae

Cl. ac Excellentisſimo Viro D. Iohanni Roſae, Medico Ambergenſi celeberrimo ac uere χαρίεντι, D. ac amico pl. honorando,

Weiſsenburgum Norgoiae.

omni officio & cultu deditiſ.
M. Mich. Piccartus, Fr.
P. t. Acad. Rector.

Digitized by Google

cognoſci poterit. Ideo uocauit ſe noſter uariis in diſputationibus *Medicinae Candidatum & amatorem*, non contradicente gratioſo Medicorum ordine. Tantam igitur in priuatis pariter ac publicis ſcholis noſter aſſecutus eſt eruditionem, ut ad publicum officium obeundum idoneus ab omnibus iudicaretur. Hinc commendatus a Patronis, quos in Altdorfina Academia coluit, primum ad ſcholam *Xenodochianam*, poſtea *Sebaldinam* Norimbergenſium eſt uocatus. Ibi poſtquam incredibiles ſuſtinuiſſet labores, ut uita ſcholaſtica plerumque eſſe ſolet (d) poſt dimiſſum *Erhartum*, Altdorfium ire, & ab initio cIↃIↃXCII praeceptoris clasſici munus, poſtea uero Anno cIↃIↃCII quaeſtionum phyſicarum Profeſſionem extra ordinem (e) ſuſcipere, alia omnia cogitans & expectans, a Deo iuſſus eſt. Non ceſſauit deinde ſtatis ad docendum horis ſcholas habere mira perſpicuitate, dexteritate ac facundia, ad quas accedebant plures auditores eius diſciplinae ſtudioſi, quos docendo & uberius explicando, quae minus recte intellexerant, ſibi fecit ualde obſtrictos. Mirifice hinc mulcebat animos, & non minus ore quam calamo propagabat eruditionem ſuam. Scripſit enim carmina non ſine cultu ac nitore, quacunque data occaſione, quae collecta & a me uiſa omnia iuſtum uolumen in quarta forma conſtituunt. Cetera uero ingenii monumenta nil niſi cogitandi & omnia diligentiſſime expendendi uim produnt maximam. Erat de reliquo Vir probus, religioſus & pius, ut ex Piccarti epiſtola patet, cum prima uxore nunquam in gratiam rediit, (f) & domeſticas afflictiones (g) conſtantiſſimo tulit animo.

Tandem

(d) Reſpiciens forte ad hos labores in uariis carminibus gratulatoriis ſe uocauit, *puerisſcholaſtici ad D. Sebaldi miniſtrum & paedotribam.*

(e) Ex litteris manuſcriptis *Noesleri* intelligere mihi licuit, hanc Profeſſionem fuiſſe nouam & extraordinariam, cum Waldungo natam & extinctam, ut octodecim his annis poſt mortem illius ne cogitatum quidem de ea fuerit.

(f) Quae erat *Maria Catharina*, NIC. BREVNINGI, Ciuis & Senatoris Ienenſis filia, quam Anno 1583. duxerat. Obiit Anno 1610, cum tertium ex ea pater factus eſſet.

(g) Habuit enim filium, ſi non mota penitus, turbata tamen ualde mente, qui optimo parenti ingenii rationes ſaepe conturbauerat; deinde uxorem, quam ſecunda uice duxerat 1612. d. 9. Iunii, *Mariam Ayreriu*, HEINRICI AYRERS filiam, quae bis

Digitized by Google

Tandem assiduo scribendi labore confectus Anno cIↃIↃcxxi scribendi simul & uiuendi fecit finem, atque huius mundi miserias cum ipsa aeternitate felicissime permutauit. (h)

SCRIPTA uaria secundum seriem temporis locata.

1) Oratio de encomio uerni temporis Ienae habita 1581. 4.
2) —— de hominis perfectione & anima hominis. Alt. 1583. in 4.
3) —— de scholarum necessitate & utilitate. Norimb. 1589. 4.
4) Panegyricus Iesu Christo, coeli & terrae Imperatori dictus in Schola ad D. Sebaldi. Norimb. 1591. 4.
5) Admiranda naturaeque incognita duarum in Christo naturarum unio, sapphico carmine decantata. Norimb. 1591. 4.
6) Oratio de angelis bonis & malis recitata in Acad. Altdorf. 1594. Norimb. typis Gerlachianis, pl. 3.
7) Catharinae Martyrium, siue historica narratio, dialogi forma acta, in inclyta Norimb. Acad. Altdorfina Panegyri XXV. A. 1602. d. 29. Iunii, Norimb. in 8. pl. 6. recensuit, egit, dedicauit M. Wolfg. Waldungus, Norimbergensis, primae classis Praeceptor.
8) Oratio: Venae sectionem non primarium nec praecipuum in στεφάνωσει auxilium esse. Alt. 1605. pl. 2.
9) Disputationum physicarum decades aliquot. Alt. 1605.
10) Theses de respiratione 1609. pl. 2. ℞. *Iob. Ferbero*, Norimb.
11) De spiritibus malis & sagis 1610. ℞. *Iob. Pilaeo*, Norimb.
12) De mostris, 1611. ℞.
13) Cer-

cultrum in maritum strinxerat, cum ob inordinatos amores dignas a Senatu Academico animaduersiones accepisset, & per reliquae uitae spatium satis aspere eum tractauerat.

(h) Ex nomine MAGISTER WOLFGANGVS WALDVNGVS, SAVBERTVS hoc fecit Anagramma & uersus:

VT GLVTO NATVRAM GNAVVS SVGIS. FVLGE!
VT GLVTO SVGIS NATVRAM GNAVVS, ad unguem
Exquirisque legisque uirum monimenta priorum
Et pet.. ex alto causas, neque nectis inanes,
FVLGE adeo! et fama multis memorabere in oris.

Digitized by Google

13) Certamen ſenectutis cum adoleſcentia 1611. (i)
14) Oratio de opulentiae nobilitate & paupertatis u
15) De communibus affectionibus rerum, motu, infi tempore 1612.
16) De rerum nat. generalibus quibusdam prolegom
17) Oreſtes Tragoedia 1612. in 8.
18) Decas quaeſtionum philoſophicarum, 1613.
19) Medicina ſe ipſam diſcrutians ſuamque calamitat Alt. 1613. (k)
20) διαιτητικὸς pro macrocoſmo 1617.
21) De uentis 1617.
22) Lagographia, ſeu de natura leporum deque utilit dica. Amb. 1619. 4. pl. 12. (l)

M. GEORGIVS MAVRICIVS

EO ipſo tempore, quo Academia Altdorfina, paulo ſima atque amplisſima per tumultus bellicos mem ſuis male mulctata, & ad paucos redacta fuit, capitis cturam eſt conqueſta, dum amiſit Clarisſimum Virum M. MAVRICIVM, Eloquentiae & Poëſeos, P.P. tunc temporis demiae magnificum, uirum grauem atque doctum. Natus i A. O. R. cIↃIↃLXX d. xx Maii hora decima antemeridiana, ſacro baptismatis flumine luſtrari debuit. *Patrem* habuit M GEORGIVM MAVRICIVM, Philoſophicae tum tempo Academia illa Adiunctum, poſtea per xx annos Rectorem ſis in Auſtria ſuperiori, & denique Norimbergae ad Spirit officio praeclare meritum. (a) *Mater* illi fuit *Apolloni*.

(i) Erat haec epiſtola ad RVDOLPHVM A BINAV IN TREBEN &c ADAMI in ſeneem diſceſsum & ſuauiſsimae memoriae atque iucu ſationis ſignum ſcripta a *Waldungo* in ipſo ſenectutis limine conſt
(k) Est haec Oratio inauguralis dedicata illuſtri & generoſo Domin LVB KY A PRZYLVBIE &c. Lituano, abeunti in patriam.
(l) Vid. MERCLINI *Lindenius renouatus*, p. 1052.
(a) Obiit Norimbergae 1610, & uaria elegantisſima carmina ſcript Delic. Germ. p. 282.

Digitized by Google

: MAURICII.

ubilæum 1621. (. pla
ate & pauperas tuam fi
s rerum, mens immo, anu

Thesibus prolegomenis 161

.

Icarum, 1613.
Iumque calamitatem depin

7.

corum deque utilitate in n

MAVRICIVS.

Altdorfina, paulo ante lucem
tus bellicos membris ac ani
Lacta fuit, capitis quoque fir
simum Virum M. GEORGIU
P. tunc temporis Rectorem ho
doctum. Natus is est Vitebergæ
a antemeridiana, eodemque d
Patrem habuit cognomine
hicae tum temporis facultatis
annos Rectorem scholae Sanc
bergae ad Spiritus. Eodem
li fuit Apellaris, celebrem
Thesib

V IN TREBEN &c. & D. TOBIA
memor ac atque incundi animi mon
ctatus lumine coelitum.
& generoso Domino FELICI PLA
ti in patriam.

va carmina scripta. Vid. Tom. I

GEORGIVS MAVRITIVS
Wittenbergensis Saxo
Poetices Professor Publicus in Academia
Altdorfina ab Ao 1623.
Nat. d. 20. Maji Ao 1572. *Denat. d. 29. Jun. 1631.*
W. P. Kilian sculpsit

Digitized by Google

Digitized by Google

Theologi Vitebergenſis, D. CASP. CRVCIGERI, filia (b) Adoleſcens adhuc, ultra quadriennium in ſchola Stirenſi fidelisſima & omnibus anteponenda inſtitutione Patris uſus eſt, atque ab eodem, quod rara contigerat ipſi felicitate, bene uiuendi rationem hauſit, a quo uitam acceperat. Creſcente autem cum aetate iudicio Anno CIↃIↃIXXXVIII in hanc Academiam ſe contulit, Rectore M. MATTHIA BERGIO, cui priuatim a patre commendatus fuerat, publicisque Doctoribus ſedulam dedit operam, & per omnes liberalium diſciplinarum campos tranſiens, ea ſibi decerpenda & colligenda putauit, quae ad uſum adminiculo ſibi fore proſpiciebat. Poſt illa, cum uirtus nunquam ſui cultorem in occulto latere & ſitum contrahere ſinat, A. C. CIↃIXCII Decano D. PHIL. SCHERBIO, (c) Magiſterii inſignibus fuit decoratus (d) poſt quadriennium uero CIↃIXCVI eodem *Scherbio* Rectore, *tertiae Claſſis* Praeceptor conſtitutus fuit. Inde *ſecundae Claſſi* & porro *primae* praefectus, uiginti ſeptem annos & tres menſes continuos in hoc puluere ita deſudauit, ut magnam diligentiae iuxta atque dexteritatis exiſtimationem ipſe reportaret, plurimumque incrementi & utilitatis redundaret ad diſcipulos. Anno CIↃIXCVII d. XXI. Febr, nuptias celebrauit cum lectisſima & honeſtisſima uirgine *Vrſula*, Viri integerrimi CASP. FISCHERI, Ciuis Norimb. filia, ex qua, concordi & felici triginta quinque annorum matrimonio, *ſeptem* ſuſcepit liberos. Tres filios ad coelum praemiſit, & *Laurentius Chriſtophorus* poſt duos annos patrem eſt ſecutus. (e) Filiam natu maiorem M. IACOBO TYDAEO, Praeceptori claſſico (f) alteram IOH. SCHEFERO (g) I. V. D, & Reip. Rotenb. Conſiliario & Syndico quondam fidelisſimo elocauit. Atque ex his & filiorum altero M. BENEDICTO (h) ſeptem quoque uidit nepotes. Sed ut ad reliqua reuertamur,

(b) Obiit Stirae 1584. d 14. Septembris.
(c) De quo uid. *uitae Medicorum Altdorfinorum.*
(d) Competitores erant VALENT. MEDERVS, MICH. PICCARTVS, IACOBVS PISTORIVS, & LEONH. DVRNHOFERVS.
(e) Cuius programma funebre uide in *Orationibus* VIRDVNGI. p. 442.
(f) De quo plura in uita eius dicemus.
(g) De quo uideatur p.
(h) De quo conferantur *uitae Theologorum Altdorf.* in uita *Iordani* p. 93. n. (bb)

Digitized by Google

mur, A. cIↃIↃcxxIII ad publicam eloquentiae & poëſeos maximo cum Academiae applauſu accesſit. Cumque Dec ſophicum ſaepius honeſtisſime gesſisſet, neque auctoritate fugere posſet, tandem etiam Rector Vniuerſitatis concor ſuffragiis Anno cIↃIↃcxxxI d. xxIx. Iunii electus fuit. Qu in mediis bellorum turbis (i) non minus fortiter quam pr niſtrauit, ut haud immerito de tanti Viri opera & ſtudio VOGELIVS, Scholae Sebaldinae quondam Rector merit nullum nunquam laborem, nullam moleſtiam, nullum or da Iuuentute recuſasſe, nihilque praetermiſisſe, quod munus, quod ad honorem & decus, quod ad utilitatem dum, quod ad honeſtisſimam adoleſcentum ſtudioſorun pertineret. Tandem oneri ſuccumbens d. V. Decembris cidit continuam, quae illi die XVIII. dicti menſis aetatis tae finem attu lit. (k)

SCRIPTA.

Praeter uaria carmina compoſita, quae hinc & inde uolitant, nihil hactenus uidi, niſi:

Narrationem comicam de amicitia Damonis & Pyt 1617. 8. &

Ἐπὶ εὐχαριστικὸν in ſolenni promulgatione nouorum ab inuictisſimo & ſacratisſimo Imperatore FER Academiae Altdorf. concesſorum, quod extat in tionis Priuilegiorum Doctoralium, Alt. 1623. in

(i) Vid. D. IOHANN IACOB BAIERS *Beſchreibung der Nurnbergiſ Stadt Altdorf*, c. III. *von allerley Glücks- und Unglücks-Fällen, die haben.* p 10.

(k) Tantum ex OMEISII *gloria Acad.* Alt. p. 92. 93. & progran VIROVNGI. quod eſt annexum *orationibus* p. 434. Laudatus GEORGIO STYRZELIO *in elogiis cl. uirorum Nordlingae* 1685. 4. tur quoque SAVBERTI anagrammata, qui ex nomine M. GEORG fecit hoc anagramma: IO! SIC VIR MVSARVM GREGES A

Digitized by Google

GII MAVRICII.

oquentiae & poeseos professor
cessit. Cumque Decanatum Phi
ct, neque auctoritatem amplia
Vniuersitatis concordibus omni
nii electus fuit. Quam prouinc
us fortiter quam prudenter ad
iri opera & studio retulerit. Il
ndam Rector meritissimus: de
olestiam, nullum onus in exsc
aetermisisse, quod ad suscep
uod ad utilitatem atque comm
ntum studiosorum voluptat
s d. V. Decembris in febrem i
Ri mensis aetatis anno LXI

A.

quae hinc & inde circum-
us vidi, nisi:
Damonis & Pythiae. Nomi

ation novorum privilegiorum
Imperatore FERDINANDO I
n, quod extat in Actu Public
n, Alt. 1623. in 4.

ANEL

ung der Norimbergischen Universität
ingischen-Kollen, der Altdorf betref

. 93. & programmata funebr. V
. 434. Laudatus etiam est a Jos
Norimbergae 1647. 4. P. II. Conf
mine M GEORGIVS MAVRICIVS
M GREGES AGIT.

CHRISTOPHORVS COLERVS. JCTus.
Francus
Historiarum et Politices Professor
publicus Altdorfinus ab Ao 1596.
secessit in Austriam.
Nat: Denat. 1604.
W. P. Kilian Chalcographus.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANEKΔOTA

1) Annotationes in Plauti Comoedias, Amphit. Aulul. Epidicum & Moſtellariam A. 1624. in 4. pl 20.
2) Annotationes in Iuuen. Sat. IV, VII. & partem poſteriorem Satyrae VIII. ex eius praelectionibus A. 1623. pl. 16. 4. (l)
3) Explicationes Orationum Ciceronis pro Q. Ligario, T. Annio Milone & P. Sulla, 1622. in 8. conſcriptae.
4) Exercitationes ſtyli Germanicae centum & plures, 1622. in 8.
5) Diſpoſitiones Epiſtolicae & Index cantionum, 1620. in 8. (m)

M. CHRISTOPHORVS COLERVS.

QVod experientia plus uice ſimplici hactenus docuit, doctisſimis haud raro contingere uiris, ut ſorte ſua non contenti, praecipites quaſi ruant in perniciem, & ea, quae Deo atque hominibus, recta ſentientibus, ſunt exoſa, ſuſcipiant; id, ſi quis unquam, ſuo certe confirmauit exemplo M. CHRISTOPHORVS COLERVS, natione Francus. (a) Quae ditio protulerit uirum, quo anno, & quibus parentibus ſit natus, & ubi litterarum tirocinia poſuerit, cum nullum harum circumſtantiarum ueſtigium in hiſtoriarum monumentis a me reperiri potuerit, propria auctoritate uel coniectando determinare non audeo. Perlegenti equidem mihi *Chriſtophori* noſtri epiſtolam conſolatoriam de calamitoſisſimo caſu mortis paternae (b) ad *Iohannem* fratrem germanum

 ſcriptam

(l) Sunt in his annotationibus Philologica quaedam, FR. TAVBMANNO, HENRICO CHRISTIANO HENNINIO, aliisque commentatoribus utriusque huius poetae indicta.
(m) Conſeruat has lucubrationes II. Volum. in forma octaua ipſa *Mauricii* manu exaratas, Vir S. R. IOACH. NEGELEIN, Antiſtes ad D. Mariae apud Norimb. & P. P. optime meritus, in Bibliotheca ſua inſtructisſima, ut ad hunc usque diem de improbo labore *Georgii* noſtri teſtentur.
(a) Duos fuiſe CHRISTOPHOROS COLEROS, MOLLERVS *in Homonymoſcopia* p. 55. obſeruat, quos PHILIPPVS LABBE *in Bibliotheca Bibliothecarum* p. 53. inter ſe confundit. Vid. Cl. REIMANNVS in Hiſt. Litt. P. III. p. 110. n. h. & ANT. TEISSIER in Elog. Erud. P. II.
(b) Legi poterit haec epiſtola in THOMAE CRENII Tract. de eruditione comparanda p. 23. Lugd. Batau. 1699. in 4.

Digitized by Google

ſcripram (c) occurrebat illa notabilis patris defuncti deſ
ſumus non ſolum parente, quod ipſum ad ſummum dolorem
ſed eo parente, qui excellens uirtute & ſapientia, nihil omiſ
uitamque noſtram educendam ad decus atque laudem: Et pa
Sed mi frater, beatiſſimi patris noſtri mortem deflere omitta
potius imitationem nos comparemus, cuius ſingulare habemu
tutis atque etiam doctrinae, quibus quantum praeſtiterit re
dicare non poſſumus, ita libenter audimus uterque praedicai
ſunt &c. Quae uerba a nobis nullo modo praetermit
quia ſatis ab unde declarant, habuiſſe noſtrum patrem
uero nomen temporum iniuria deleuit, certe accuratius
notuit. Quando porro COLERVS in eadem epiſtc
numerat beneficia, *quod a patre in optimi uiri ſanctiſſima*
rit traditus, idque CRENIVS in notis de IOACHIMC
intelligit, facile diiudicari poterit, non uulgarem noſtr
inſtitutione percepiſſe fructum eruditionis. Non ſolu
dio humanitatis animus inſignis acquieſcere poterat, u
que ſcientias ſibi uindicabat, praecipue Iuris ciuilis diſci
arte transferebat, quae in illuſtrandis auctoribus latinis
rant. Et cum ſtrenue legiſſet auctorum (d) utriusque
menta, mores antiquitatis, geſta temporum, inuenta
potuit non magno & inaeſtimabili Reipublicae litterari
notas ad uarios auctores eruditionis atque lectionis pl

(c) Vult Colerus, ut hanc epiſtolam cum fratre *Paulo* communen
gere & legere poſſe ſperat.

(d) Quorum aeſtimator erat magnus, ut ipſe in epiſtola ad KIRC
bis declarat: *nuper cum Norimbergae eſſem, indagaui & repe*
optimae notae. In qua praeter multas inſignes alias antiquitat
gnae ſcripturas complures in pergameno ſcriptas. Dici non pote
lectauerit Fuit ea olim WILOBALDI PIRCKHEIMERI, *I*
ſummi Hiſtorici. Inueni etiam PLAVTVM & SALLVSTIVM
CYCLIDEM, PTOLEMAEVM, EVCLIDEM, HORATIVM,
TIALEM & *alios ſcriptores. Quaedam* PLINII *de Medicin*
Gaudebis mecum ſcio, & magis quidem ubi ſcis, mihi illa tota B
Vid. Gudii Epiſtolae p. 254.

Digitized by Google

ratisſimas. Reliqua ut perſequar, nunquam noſter fixum ſtabilemque habuit locum. Vocatus enim Altdorfium ad Profeſſionem Philologiae (e) circa annum cIↃIↃxcVIII uenit quidem, & frequentisſimo auditorum numero ibidem docuit, (f) ſed non diu demandato praefuit officio, & adeo ſe titulo *ceremoniarum Magiſtri* delectauit, quem in aula Caeſarea obtinuiſſe unanimi eruditorum ſuffragio confirmatur, ut religioni etiam antepoſuerit, quod acute & forſitan non ſine fundamento coniicit RITTERSHVSIVS. (g) Venisſe poſtea *Haidelbergam*, ibidemque munus docendi ſuſcepisſe, ex praefatione, ſi coniecturae locus eſt, concludo, quam *Valerii Maximi* libris IX. cum annotationibus ſuis & indice gemino editis, praemiſit, quaeque Calendis Aprilis *Haidelbergae* A. C. cIↃIↃcI ſcripta legitur. Appendicis loco adiecta eſt huic editioni epiſtola *Coleri* ad *Claudium Marnium*, ex qua Cracouiae etiam uixisſe intelligitur. (h) Satis denique expertus quam mutabilis esſet fortuna,

(e) Ergo non Iurium Profeſſor fuit, ut alii, ſed plane falſo, hactenus crediderunt.

(f) Quod ipſe praedicat in epiſtola ad IOH. KIRCMANNVM inſerta *epiſt. Gudianis* p. 254. his uerbis: *Profeſſio mea hic magnifica. Habeo enim ultra centum auditores quotidie.* GOLDASTVS quoque in epiſtola ad *Phil. Camerarium*, quae eſt praemiſſa P. III. *horarum ſubciſiuarum* laudat priuatam inſtitutionem *Coleri* in Hiſtoricis & addit circa finem: *Vnum* (ſcil. Colerum) *Hungaria abſorpſit, cuius lugubrem abitionem quotiens ſubit recordari, non poſſum quin ſummus dolor in praecordiis meis ſaeuiat, & plangat ſingultibus pectus triſtiſſimum &c.*

(g) In epiſtola ad IOH. KIRCHMANNVM a GVDIO collecta p. 233. quando ſcribit. *de Colero, quod quaerebas, is Pragae prenſat. Aiunt eum familiarem eſſe* D. PETSCHIO *nec deſunt, qui metuunt, μὴ πῶς ἀποσατῇ. Absque hoc enim difficile eſſe, perbibent, conſequi ea, quae ipſe ambit. Ego dum res ita dubia eſt, litteras cum eo non commuto, tametſi me ſemel iterumque tentauit &c.*

(h) Quam epiſtolam, quia breuis eſt, placet huc transferre:
CLAVDIO MARNIO S. D. CHRIST. COLERVS. Reperi in Sarmatia apud amicum editionem Valerianam *Sebaſtiani Corradi*, hominis doctisſimi Anno 1564. Venetiis excuſam; diu illam quidem a me deſideratam & fruſtra quaeſitam in Germania. Eam ueluti tranſiui legendo & inueni ſane multa, quibus animaduerſiones noſtrae locupletiores melioresque fieri potuiſſent. Notas ediderat ad oram eruditas; multus ille in notandis locis controuerſis *Liuii* aut *Plutarchi* aut talium. Excerpti potiora tantum, quae ad te mitterem, ſi ad editionis noſtrae formam aliquid conferre poſſent. Sed ſpero omnino poſſe. Tu utere, ſi uidebitur, & uale typographiorum ocelle. Cracouiae Id. Iunii.

Digitized by Google

cuius amor neminem fere unquam diuitem aut tranquillum fecit Anno cIↃIↃcLI in Auſtria obiit. (i) Memoriam eius ad hunc usque diem inter eruditos conſeruant.

SCRIPTA.

1) Commentio in Terentii comoedias, Geneuae 1592. & Antvv. 1593. 8.
2) Erotemata Proſodiae graecae, Argent. 1594. 8.
3) Sententiae ex utroque Iure collectae & ordine Alph. diſpoſitae. Arg. 1595. in 8. 1. Alph. pl. 8. (k)
4) Declamatio in obitum Iani Douſae, Norimb. 1597.
5) Quaeſtiones Vaudi & Coſtani Ienae editae. 1597.
6) Diatriben de ratione diſcendi ius ciuile, Norimb. 1597. in 8. & Francof. 1603. in 8.
7) Commentatio in Saluſtii bellum Catilinarium. Norimb. 1598. (l)
8) Commentatio in Salluſtii epiſt. de Republ. ordinanda, quas notis illuſtrauit, Ambergae 1599. 8.

9) Com-

(i) PHILIP. CAMERARIVS Ep. CCL. V ad GOLDASTVM edit. Francof. 1688. 4. *quod de Colero*, inquit, *& Scioppio iudicas*, (ſcilicet in epiſtola iam ſupra allegata & inſerta P. III. horarum ſubciſiuarum) *mihi (pace tua dixerim) nimis rigoroſum & praecox uidetur. Quis ſcit enim, utrum ex illis operariis recenſeri poſſint, qui poſtrema hora in uineam Domini conducti ſint! Paenitentia enim, ſicut b. Auguſtinus monet, uera, nunquam ſera, ſicut in latrone cum Chriſto crucifixo exemplum habemus. Et uenit mihi in mentem diſplicuiſſe nonnullis prudentibus uiris in epigrammate quodam iudicium doctiſſimi uiri, de Lipſii condemnatione, licet obſcurum, ex eius ſcriptis & Teſtamento non ſit, cui Deae uel Diuae animam & ſalutem ſuam commendauerit. Quid ſi* SCIOPPIVS *pertaeſus ſuae Apoſtaſiae ante obitum reſipiſceret? Miſericordiae enim Dei ſunt infinitae, &c.* Non autem impletum eſſe hoc pium *Camerarii* uotum obitus in Auſtria ſatis confirmat.

(k) Edidit quoque BELLONVS I. C. Toloſas Iuris ſententias, ſed neque nimis multas, nec meliores ſententias in unum coaceruatas exhibuit, nec ordinem bonum obſeruauit. Ideirco COLERVS edidit auctas & meliores, & ordinem ſic reformauit, ut & iucundus & aptus eſſe uideatur.

(l) Memorantur notae hae in titulo editionis Francof. quam IANVS GRVTERVS nobis 1607. dedit in 8. at ipſo in libro non inueniuntur. Vid. MOLLERI diſſert. *de C. Salluſtio Criſpo* 1684. p. 26. §. 31.

Digitized by Google

MICHAEL PICCARTVS
Norimbergensis
Primo in Academia Altdorfina ab A.r 1599.
Logices' deinde vero Metaphyſices et Poetices'
Profeſſor Publicus.

Nat. d. 29. Sept. A.r 1574. Den. d. 3. July. 1620.
Ex Pictura Bibliothecae Academicae. W.P. Kilian Chalcographus.

Digitized by Google

9) Commentatio in Alexandri ab Alexandro libros genialium dierum.
10) —— in Valerium Maximum. Francof. 1601. 8. (m)
11) Epistola ad *Stanislaum Zellenium Vitellium de Zelancka* scripta Wittebergae 1601. *de studio Politico recte instituendo*, recus. Giesae Hass. 1622. 8. (n)
12) Commentatio in Taciti Germaniam, Hanou. 1602. 8. (o)
13) Spicilegium in opera Taciti.
14) Commentatio in Martialem.
15) Tractatus de Iulii Caesaris magnitudine & militia.
16) Parerga Alt. 1664. 8.
17) Epigrammata uaria.
18) Epistolae uariae ad *Iob. Kirchmannum* (p) & unam consolatoriam ad fratrem supra allegatam.

M. MICHAEL PICCARTVS. (a)

QVod insignis olim Polyhistor & Medicus THOMAS BARTHOLINVS dixit, *non multitudine librorum sed bonitate eorum gloriandum esse*

(m) Hae notae non integrae sunt receptae in editionem ANTONII THYSII Haakianam 1670. in 8. Vid. MOLLERI diss. de *Varro Maximo* Alt. 1684. habita. p. 30. §. 10.

(n) Est haec epistola inserta illis dissertationibus *de studiis instituendis*, quas LVD. ELZEVIRIVS A. 1645. Amst. in 12. iunctim edidit. Extat etiam inter illos scriptores, qui GABR. NAVDAEI *Bibliographiae Politicae* 1673. sunt adiecti, eamque una cum CASP. SCIOPPII *Paedia Politices* HERM. CONRINGIVS emendatiorem edidit, & in praefatione *elegantem ac nitidam* uocauit. REIMANNVS saepius laudatus in Hist. Lit. P. III. p. III. n. 1. contra IOH. GE. IOCHIVM ex chronologia defendit, hanc epistolam non ad imitationem Grotii fuisse conscriptam, qui etiam contenta totius epistolae breuiter & neruose una cum iudiciis Conringii & aliorum recenset. Conf. GLADOVIVS in praef. nouae editioni *Bibliographiae Polit. Naudaeanae Hal. 1712.* 8. praemissa p. 12. Recusam dedit hanc epistolam CRENIVS de eruditione comparanda p. 369. uariisque notis illustrauit.

(o) Conf. D. G. MOLLERI disert. *de Corn. Tacito Alt. 1686.* p. 31. §. 22. de uariis commentatoribus in Tacitum, quorum 103. nominat.

(p) Quae uide in *Epistolis Gudianis* p. 253. seqq. Ceterum uideatur etiam WITTE Diar. Biogr. & M. CHRISTOPH. SAMVEL. MARTINI Dresdensis, schediasma historico-Literarium *de Coleris doctrina scriptisque olaris, Witteb. 1718. 4. p. 9. seqq.* ANTONIVS TEISSIER in Elogiis eruditorum P. II.

(a) Parens semper nomen scribere solitus erat per unum c & d, nescio igitur, cur scriptionis mutationem susceperit noster.

Digitized by Google

esse (b) id, quoties mihi *Piccarti* memoria occurrit, simul in mentem uenit. Perpetua enim, qua ad uitae dies una cum *Virdungo* conflictabatur, paupertas (c) omnem nostro denegabat librorum apparatum, siquidem constat, Bibliothecam eius uix precium decem florenorum excessisse, nihilominus tamen ipse tot ingenii foetus, tanquam diligentiae & eruditionis post fata locupletissimos testes, reliquit, & quidem, licet non sine omni, admodum tamen parca, librorum multorum euolutione, ut haud immerito dubitem, an dicto precio, omnia *Piccarti* scripta comparari possint. (d) Quem ergo summa eruditio, quem summa ingenii dexteritas inter litteratorum Principes, non solum in hac sed & exteris Academiis, collocauit, illius nunc uitam uberius describendam sumsimus. Natus is est in florentissima *Norimbergensium* urbe A. C. ɔlɔlɔLXXIV d. XXIX. Septembris, parentibus piis & honestis: Patre M. IOHANNE PICARDO, cui hoc honoris defertur, quod primus a fundatione Academiae Altdorfinae Professor ac Ecclesiae minister fuerit; (e) Matre *Anna Kirchbergerin*, cuius olim familiae uiri in praenominata Republ. doctissimi extiterunt. Ab his parentibus, ut piis, nonnisi ad pietatem; ut honestis, ad honestatem fuit educatus, donec tandem, demonstrata iam indole, studiis conferetur ab omnibus aptissimus. In patria schola, postea Academia, se talem semper exhibuit, qualem futurum omnes boni iudicarunt. Hinc iam anno aetatis decimo quinto *gradum Baccalaureatus*, maximo cum parentum gaudio, aliorumque applausu obtinuit, qui postmodum tantum discendi ardorem ac cupiditatem in eo excitauit, ut a studiis illum nec otium abstrahere, nec auocare uoluptas, nec

(b) In disert. *de libris legendis, cui de uana librorum pompa* praefatus est S. R. I. I. MEVSCHEN, qui inter alia exemplum adduxit *Melanchthonis*, cuius Bibliothecam ex *Bibliis*, *Aristotele*, *Plinio*, *Plutarcho* & *Ptolemaeo* constitisse, asserit, conf. & M. IOH. FRIED. SOMMERLATTII disert. *de eruditis singularis cuiusdam libri amatoribus* Lipsi. 1715. in qua p. 7. de bibliothecis, an sint necessariae? docte disserit.

(c) Vt patet ex uariis epistolis ad *Rictherum* datis.

(d) Raro etiam hodie conspiciuntur omnia, & nisi studiose collegisset ROTH-SCHOLZIVS noster (quam collectionem Bibliothecae publicae dono dedit) uix recenseri a me potuissent.

(e) Vid. S. R. D. ZELTNERI *uitae Theologorum* p. 1 — 10.

Digitized by Google

nec ſomnus retardare, nec abducere alia potuerint, quibus capi adoleſcentia frequenter ſolet. Quemadmodum uero honorem honos excipit & adhibita diligentia debita requirit praemia; ita, licet exiguae aetatis, docto tamen in tota Philoſophia iuueni, poſt biennium, anno nimirum cIↃIↃxcvi. *ſummus in Philoſophia gradus* ultro offerebatur. Hoc autem condecoratus praemio, non acquieſcendum ſibi eſſe putabat, nec quorundam inani perſuaſione ducebatur, qui titulum modo habeant, quaue eundem ſint adepti ratione parum curantes, totum ſe eruditionis opus deuoraſſe, ſibi imaginantur, ſed maxima induſtria tum ſibi, tum commilitonibus, & legendo & diſputando praeiuit, donec tandem ſummum ingenii acumen ſumma docendi dexteritate ita eluxiſſet, ut PERILLVSTRIS CVRATORVM ORDO eundem Profeſſioni publicae merito praeficiendum putaſſet. PICCARTI igitur noſtri exemplum probat, falſum illud eſſe Poëtae (f) quaſi tarde nimis Germania noſtra pueros ſtudiis traderet, utpote cui in iuuenili aetatis flore munus fuit datum & concreditum. Anno itaque cIↃIↃxcix diuinae illius artis logices, qua ſine nec rerum explicationem ueram, nec ueritatis a falſitate diiudicationem genuinam cuipiam, niſi extraordinarie, contigiſſe, ſole ipſo clarius eſt, Profeſſor factus, cui, ſibi demandato muneri ſummo perſpicuitatis & alacritatis ardore ita ſatis fecit, ut nullus quiſpiam, niſi qui apertiſſimae ueritati in os contradicere uoluerit; de eius uel negligentia conqueri, uel de perſpicuitate dubitare potuerit. Non enim ex commentariis, tanquam ex faeculenta aqua, ſuam hauſit notitiam rerum, ſed ex ipſo Ariſtotele & aliis ſcriptoribus graecis, quos ſua lingua loquentes intelligebat, accepit. Interim tamen non ita ſuis opinionibus adhaeſit, ut aliorum dextras explicationes prorſus neglexerit, quin potius recta monentibus, libenter aurem praebuerit. Eodem ipſo anno matrimonium ſibi propoſuerat ineundum, ubi non ſplendidas diuitias, non familiae magnificentiam, non alia quaeque externa in puellae electione perpendebat, ſed unice uitae caſtitatem & probitatem intuebatur. Quapropter,

(f) Qui ita canit: Namque fere nuper Germania noſtra ſolebat
Non pueros ſtudiis ſed dare pene uiros.

Digitized by Google

diuino prius implorato auxilio, sibi Viri optumi, IOHANNIS ZIMMERMANNI, ciuis & architecti Altdorphini, filiam, *Barbaram* elegit, qua cum ad extremum u que uitae halitum omni in pietate, maximo in amore & in summa benedictione uixit, ita, ut illa Mater, Pater & ille *tredecim liberorum* factus sit. (g) Quantum autem praeter curas domesticas ipsi licuit, omne studium utilitati auditorum tam publice quam priuatim impendebat, donec tandem professione hac laudabiliter, omniumque auditorum cum fructu functus, a Magnificis DNN. SCHOLARCIS *Professor Poeseos & Metaphysices sit* declaratus. In amplissimo itaque dicendi campo utroque nihil erat in Piccarto, quod non imitationis exemplum iure merebatur. Nobile & excellens ingenium habebat in pangendis carminibus; erat enim ad Graecorum & Latinorum prudentiam eruditum & in iaciendis ridiculis & falsis alacre promtumque, quod uaria testantur carmina, & multis, si opus esset, exemplis demonstrari posset. (h) *Logicum* & *Metaphysicum* insignem fuisse Piccartum, praeter publica scripta, *Casauboni* censura, relicto *Meursii* Prof. Lugd. aliorumque testimonio, potest esse sufficientissima. (i) *Politicus* quam noster fuerit,

(g) Qui tamen uestigia Parentis non premebant, teste CASP. HOFFMANNO in epistola ad KIRCHMANNVM, inserta Epistolis Gudianis p. 308. *De Piccarto*, inquit, *quid dicam aut non dicam: cum liberos utriusque sexus decem, ni fallor, haberet, masculorum quidem nullus uenit ad frugem, feminae autem uarie dispersae sunt &c.* Filia *Anna Maria* nupsit ANDREAE SPIGELIO, Pastori in Bruck & Eltersdorf. Horum Coniugum filius erat IOH. ANDR. SPIGELIVS, Pastor & Superintendens Pyrbaumensis. Obiit 1685. De reliquis nihil innotuit.

(h) Ioh. Ge. Styrzelius l. c. p. 35. hoc elogium scripsit:

Piccartus famam *Critici, Historici* atque *Poëtae*
Atque *Oratoris* ambiit & retulit,
Philosophus tamen excellit reliquos triumphat;
Uni mireris tot licuisse uiro!

(i) Ita enim scribit ad Piccartum:

ISAACVS CASAVBONVS M. PICCARTO S. D.

„*Quae nuper a te sunt edita, eruditissime Piccarte, qua Φιλοσοφίας qua Φιλολογίας specimina, uidi, legi. Laudo rationem studiorum quam sequeris, laudo industriam & uoluntatem exosculor bene de litteris & earum studiosis merendi; imprimis placuit mihi illa, ut appellas, delineatio Philos. Aristotelicae, in qua, tu quantos feceris progressus, quantumque lucis ab ingenio tuo (adiuuent modo superi, quod ut faciant supplex oro) grauiores litterae possint sperare, fallor, aut ea scriptione abunde probasti; Euge,*

rit, excellens illud opus politicum in Ariſtotelis politicorum libros te ſtatur & teſtati omnes illi ſunt, quibus cum illo uiuere & conuerſari contigit. Non nuda hic praecepta tenuit, ſed iis multarum hiſtoriarum adhibitione tantam lucem attulit, ut in *Hiſtoricorum* libris euoluendis quantum ſudauerit, iudicare non ſit difficile. *Humanitatem* huic iungam prudentiae, quae tanta in illo fuit, ut mihi dubium nullum ſit, aut obſcurum eſſe poſſit, absque omni ſuperbiae ſuſpicione (k) apud omnes illum uixiſſe; quod certe in homine tam inſigniter docto, admirationem non meretur minimam. Eandem uero comitatem ita prudentiſſime moderabatur, ut ſimul auctoritati, qua pollebat maxima, nihil decesſerit quicquam. In *conſiliis inueniendis* magna gaudebat alacritate & prudentia. *Linguarum* imprimis graecae & latinae cognitionem tantam habuit, ut certare de eminentia quouis cum docto ſui ſeculi potuerit. Loquatur pro me exactiſſima illa OPPIANI, Graeci Poëtae, in latinam uerſio, & ſubtilis illa Ariſtotelis interpretatio, quanta linguae iſtius notitia penes illum fuerit, explicet. Latinus tantus fuit, ut Maximus ille Poëtarum TAVBMANNVS in explicando latinitatis Magiſtro PLAVTO illius deſiderauerit opem, quod litterae ad illum transmiſſae aperiunt. (l) Sic etiam magnus ille Orator HEINSIVS litteras ad Piccartum miſit, & nulla non humanitatis ac amicitiae ipſi deferebat officia, quas tranſcribere nimis foret longum. Praeter hanc gloriam acquiſitam, *Rectoratus*, ſummum illud in Academiis officium, ſemel geſſit, & ita, ut nec collegas, nec ciues citra aequitatem offen-

M 2

mi Piccarte, bene iacta ſunt exiſtimationis tuae fundamenta, perge porro, quo coepiſti, pede & Vale mihique faue., Haec ille, qui licet poſtmodum in Anglia maximo in honore conſtitutus, Piccarti tamen non obliuiſcebatur, ſed eundem crebris litteris ad maxima adhortabatur. Tanta fuit noſtri exiſtimatio, ut nec *Lutetia Pariſiorum*, nec *Anglia*, nec *Hollandia* tacere potuerit. Vid. IS. CASAVBONI *Epiſtolae* ex edit: ſecunda auctiore I. G. GRAEVII, Brunſuigae 1656. in 4. p. 956. Epiſtola 729.

(k) Ipſe de ſe ſcribit in dedicatione ad Senatum Amberg. *Oppiani* libris praemiſſa: *a iactantiae natura partim, partim inſtitutione liberali abſui & abeſſe ſtudui omnem uitam meam longiſſime.*

(l) Sic enim inter alia ſcribit: *In Plautum, ſi quid habes, quod ſub tuo nomine poſteritas legat, adhuc potes ſubmittere, editio enim adhuc in aliquod tempus extrahetur: idem die Verdungo meo; maxima certe penes illum latinae linguae cognitio eſt, penes quem uera & genuina Plauti interpretatio &c.*

Digitized by Google

offenderit; praemiis de cetero extraordinariis ab ILL. SENATV NORICO fuit condecoratus quam plurimis; stipendio enim illum longe largiori, quam alios, hic alebant; sed nihilominus ille, quod ab initio iam fuit expositum, perpetua uixit paupertate, forsitan ex liberaliori rei domesticae administratione aut filiorum luxuria contracta. Denique etiam noster suo exemplo posteritati inculcauit, *nullam esse ueram sine pietate eruditionem.* Pium enim ore & corde, quantum humanae & miserrimae huius naturae fert imbecillitas, fuisse, extra omnem dubitationem positum puto. Domi non tantum ipse summo cum ardore quotidie sacris incumbebat litteris, ita, ut sacra biblia quinquies ab illo perlecta & relecta sint, sed suos eo adigendos curabat: (m) Conciones publicas, quantum ob membrorum imbecillitatem potuit, frequenter cum suis uisitabat: Sacra Domini Coena more uerorum Christianorum ad fidei obsignationem utebatur, ut adeo summa illum afficiant iniuria obtrectatores maleuoli, qui alterius cuiusdam religionis sectatorem, falso perhibent. Quae enim quaeso! haec esset leuitas animi, palam ore & factis ueram profiteri religionem, ceremoniis non tantum iisdem, sed quod maximum, eodem cum ceteris modo sacra coena uti, & in mente tamen aliam fouere opinionem? Non res hae ludicrae, sed, quae salutem concernunt, maxumae, quibuscum iocari nemo, nisi cum animae interitu potest. Tanta PICCARTI nostri pietatis & doctrinae mihi innotuere monumenta. (n) Vitae exitum quod attinet, apoplexia correptus decessit d. III. Iulii Anno clolocxx, cum nondum XLVII annum aetatis attigisset, & per XXI. annos officiis praefuisset. Magna postmodum cum pompa, ut & promeruerat, terrae matri nostrorum omnium dabatur. Testabatur dolorem ILLVSTRIS RESPVBL. NORICA, qui uirum perilluſtrem Ge. CHR. VOLCKAMER, eiusdem Reipubl. Senatorem & Academiae Curatorem grauissimum, ut legatum huc miserat, & Professorum frequentia, ut & ciuium Academicorum

(m) Vt testatur concio funebris GE. KOENIGII, cuius uitam descriptam uide in uitis Theol. p. 113.

(n) Ex Memoria M. Piccarti ab obliuione uindicata a FRIED. ROCHSIO, *Prutenо* Alt, 1620, in 4.

Digitized by Google

eorum concurſus ſummam oſtendebat triſtitiam. Symbolum beati fuit: *Spartam, quam nactus es, orna.* Epitaphium in ſepulchreto noſtro ita ſe habet:

MICHAELIS PICCARTI FRANCI PROFESSORIS NORICI ANNAE MATRIS BARBARAE VXORIS ET LIBERORVM AC POSTERORVM SEPVLCHRVM FAMILIARE.

CORPORIS EXSVVIAS GENS HIC PICCARTA REPONIT
REMIGIO VT COELVM LIBERIORE PETAT.
ANNO CIↃIↃCXIV.

Ex nomine MICHAEL PICCARTVS ueniunt ſeq. Anagrammata. (a)

Hic carus, mi placet. Cur tam mihi places?
Cur amicis placet? Capit lucem ſacri.
Cur ſic capiat mel? Sum placet acciri.

uel ex hoc titulo

Michael Piccartus Organicus Ariſtotelicus Profeſſor

SAVBERTVS hoc fecit anagramma.

Oro, sILe: hIC ſoMnVs fragILes res oCCVpat: artVs PICCartI.

uel

Magiſter Michael Piccartus

Hem culpa, ſcire Stagiritam?
Scire Stagiritam hem culpa eſt? o tempora mores
Siccine ſcire artes; culpa eſt, ſemperque fluentis
Materiae cauſas: quid ſit natura, quid orbis:
Et quae membra ſuis uirtus diuiſa domandis
Obiectet uitiis, & cauſas ſcire perennes?
Quis melior noſtro hoc Doctor, ſi talia ſpectes?

(o) Quorum tamen nonnulla ad debitas leges non ſunt compoſita, adducenda tamen ideo a nobis uidebantur, ut quantus in aliorum oculis noſter fuerit, inde colligere liceat.

Digitized by Google

Quem iure ex tollo, cuius mihi nomen honosque
Semper erit ſanctus, dum nomen honosque ſcholarum.

SCRIPTA M. PICCARTI.

In Philoſophia Altorphina ſequentes ab eo ſcriptae & uentilatae diſputationes comparent.

1. Theſes logicae de quatuor organis p. 79.
2. De Endoxis p. 89.
3. Qu. Logica: an cauſae rerum notae ſint Dialectico? p. 94.
4. Quaeſtio de cauſis, dialectice theſibus pertractata, p. 101.
5. De ſede demonſtrationum p. 108.
6. De Paedia p. 115.
7. De Philoſophia p. 121.
8. De petitione eius quod eſt in principio. p. 126.
9. De notis propoſitionum neceſſariarum p. 132.
10. De officiis dialectici interrogantis. p. 138.
11. De principiis ſcientiarum. p. 145.
12. De iudicio & acumine p. 152.
13. De definitione p. 158.
14. De ueritate p. 164.
15. De cauſis corruptae Philoſophiae p. 173.
16. De nominibus eorumque impoſitione & uſu p. 181.
17. De Demonſtratione p. 189.
18. De doctrina elementari ueterum p. 195.
19. De officiis dialectici reſpondentis p. 205.
20. De praedicamento ſubſtantiae p. 215.
21. De oppoſitis p. 222.
22. De problemate & propoſitione dialectica in genere p. 233.
23. De ſophiſticis elenchis male exterminatis p. 243.
24. De inductione p. 252.
25. De diſcrimine problematum dialecticorum & analiticorum p. 263.
26. Decas quaeſtionum logicarum p. 272.

27. Quae-

Digitized by Google

27. Quaestiones logicae miscell. p. 278.
28. De quinque uniuersalibus p. 288.
29. De usu diuisionum p. 295.
30. De Republ. & eius formis p. 303.
31. De dissimilitudine ac similitudine scientiae & artis p. 313.
32. Quaest. politicae miscell. p. 319. (p)
33. De notioribus natura & nobis. p. 342.
34. Quaestiones metaphysicae p. 351.
35. —— miscellanae p. 361.
36. De duplici res tractandi modo λογικῶς aut φυσικῶς p. 366.
37. Quaestiones philosophicae p. 376.
38. An formae educantur de potestate materiae p. 382.
39. Qu. miscell. philos. p. 389.
40. De scientiae natura p 395.
41. De natura actuum secundorum p. 402.
42. De iure uictoriae bellicae p. 413.
43. De modis inuestigandae definit. p. 426.
44. De ordine doctrinae in tradendis disciplinis p. 433.
45. Quaest. logicae controuersae p. 448.
46. Decas quaest. insigniorum ex utraque Philos. 453.
47. De criteriis scientiarum. p. 462.
48. De accidente p. 481.
49. Censura dialecticae nouorum Philosophorum in theses conjecta p. 488.
50. De Iure belli p. 494.
51. De origine & diuisionibus Reipubl. p. 507.

ORATIONES IN PHILOSOPHIA ALTDORPHINA COLLECTAE.

1. De ortu primo & migratione ueterum Germanorum p. 565. (q)
2. Ex-

(p) Omissa est in hac collectione Excerptorum Politicorum disert. I. in qua XV. quaestiones expenduntur.

(q) Qua ostendere conatur, *Germanos esse Persarum fratres*, quam uero coniecturam RVPERTVS in quadam ad *Richterum* Epistola minatur se refutaturum, quem tamen *Richterus* Piccarto consentiens, in aliam sententiam adducere laborat.

Digitized by Google

2. Expediatne principi ſubtrahere ſe oculis ſubditorum p. 576.
3. De magnanimitate Romana p. 587. (r)
4. De Theologia Ariſtotelis & Platonis p. 599. (s)
5. Funebris in obitum Scipionis Gentilis p. 613.
6. De miſeria hominis p. 627. habita 1615.
7. Reuocatoria coetus Acad. poſt peſtem Anni 1612. p. 693.
8. De indiciis & ſubſidiis bonae indolis in puero p. 647. habita 1616.

SEQVVNTVR ORATIONES ACADEMICAE, cum Auctario Diſſertationum Philoſophicarum, in quibus & quaedam adoptiuae Lipſ. 1614. in 8. Sunt autem argumenta orationum huius tenoris:

1. De optima ratione interpretandi p. 1.
2. De infelici illo diſſidio in Philoſophia & eiusdem Medicina p. 18.
3. De praeſtantia cognitionis p. 34. habita 1613.
4. De luſibus magnae rerum matris naturae p. 51. (t)
5. De luſibus diaboli p. 70. (t)
6. De uſu politico dicti Hippocratei: μηδεν αγαν μηδεν υπερορᾶν p. 93. (t)
7. De uirtutibus togatis boni & laudati principiis, p. 113. (u)
8. De Imperatoriis uirtutibus p. 132. (x)
9. De officio boni principis circa poenas & praemia p. 159. (y)
10. De natalitiis ueterum p. 181.
11. De commiſſionibus & coronatione ueterum poetarum p. 199.
12. De manumiſſionibus ueterum p. 216.
13. De initiis, progreſſu & inclinatione magiae p 233.
14. Oratio, qua Academiam, metu luis per contagium inuectae, dilabentem, cum Deo reuocauit p. 248.
15. De Romana Republ. uera Monarchica p. 265.

16. Dis-

(r) Extant priores tres orationes ſeparatim excuſae Alt. 1619. in 4.
(s) Separatim proſtat 1620. 4.
(t,t,t) Iunctim editae Norimb. 1610. 4.
(u) Impreſſa ſeorſim 1597. Norimb. in 8.
(x) Seorſim 1607. in 4.
(y) Seorſim 1610. in 4.

Digitized by Google

16. Dissertatio de conuersione demonstrationis in definitionem p. 280.
17. De tribus generibus definitionum, quam tangit Aristot. p. 289.
18. De medio potissimae demonstrationis p. 299.
19. Digressio in Cap. V. Libri I. Top. Arist. p. 309.
20. De acumine & iudicio p. 320.
21. De differentiis causarum efficientium generalium p. 328.
22. Explicatio loci ad Colosſ. II. 8. p. 339.
23. Accedunt his quaedam adoptiuae p. 349 — 376. (z)

HIS DENIQVE ORATIONIBVS ADDENDA

Oratio, qua excepit Altdorfii Electorem Moguntinum, cum auctuario eiusdem generis argumento, Norimb. 1613. in 4. Recusa extat in *Gloria Altdorphina Omeisii* p. 153.

SEQVVNTVR CARMINA ET TRACTATVS.

1. Propemticum ad Virum Cl. D. *Iob. Busereitium*, cum ex uoluntate *inclyti Senatus Norici*, Altdorphio Noribergam commigraret & ibidem in ordinem eiusdem Reipublicae Consiliariorum adscisceretur, scriptum 1592. in 4. Norimb.
2. Epistola consolatoria ad eundem in obitum coniugis 1600. Norimb. 4.
3. Oppiani Cilicis poetae de uenatione L. IV. lat. carmine redditi Amb. 1604. 8. (aa)
4. Isagoge in lectionem Aristotelis Alt. 1605. in 8. (bb)

(z) MORHOFIVS de orationibus *Piccarti* & *Virdungi* iudicat in Polyh. T. I. L. VI. c. 3. p. 976. §. 3. quod ob argumentum potius, quam ob dictionem commendandae sint, quanquam non usque adeo humi repant, purae quoque & latinae sint.

(aa) In dedicatione generali ad Senatum Ambergensem noster se excusat, quod eorum honestissimam uocationem ad Ecclesiam non potuerit accipere, propter multa beneficia ab ILLVSTRI SENATV NORIMB. ipsi exhibita. Librum primum dedicauit GEORGIO RAMO & CONR. RITTERSHVSIO, secundum IANO GRVTERO, tertium IOHANNI BVSEREITIO, qui orbam Piccarti adolescentiam rexit, quartum denique FRIED. TAVBMANNO.

(bb) Aucta uero & notis plurimis illustrata disp. XVI. a M. I. C. DVRRIO, Alt. 1660. in 4. & recusa 1665. in 8. Praemissa est H. CONRINGII epistola, continens iudicium de isto libello, eiusque iterata editione. Conf. Cel. STRVVIVS *in Bibliotheca*

Digitized by Google

5. Pſalmus VII. παραφραστὶς & ſtrenae felicisſimae loco oblatus ſub Exordium Anni Chriſti clɔIɔcv. Cl. Vir. *Conrado Rittershuſio*, & R. v. *Iacobo Iordano*, Collegis & Amicis honorandis a *Mich. Piccarto*, Profeſſore organico Altdorfino.

6. Promulſis carminum 1607. Norimb. in 4.

7. Pericula Critica cum auctario Elegiae ER. BAPT. MANTVANI, Carmelitae, contra Poetas impudice loquentes 1608. Alt in 8. denuo uero publicata a Sauberto, Helmſt. 1663. in 4. (cc)

8. Eryſipelas, ſiue morbus familiaris Piccarti, h. e. meditationes piae inter acutisſimos dolores, misſae ad D. IOH. HAVSMANNVM, Electori Palatino a ſecretioribus, Alt. 1611. in 4. (dd)

9. Armiluſtrium ad generoſum D. RVDOLPHVM a BVNAV IN TREBEN, Eq. Miſnic. & cl. virum D. TOBIAM ADAMIVM, ſtrenae loco miſsum Cal. Ian. 1522. Alt. in 4.

10. Epos geminum, *alterum* ad inclytam Rom. Imp. Vrbem Norimb. ſuper ingreſſu felicis. Seren. Principis MATTHIAE Auſtriae, Hungariae Bohemiaeque Regis; *alterum* ad eundem inuictisſimum Principem MATTHIAM, recens electum Imper. Rom. iterum Norimb. fauſtis auſpiciis ingredientem Norimb. 1612. in 4.

11. Organum Ariſtoteleum in quaeſt. & reſponſiones redactum, Lipſ. 1613. in 8.

12. Iſagoge ſiue Introductio ad Organicam doctrinam Ariſtotelis per quaeſtiones & reſponſiones Alt. 1625. pl. 4.

13. Inſignia gentilitia familiarum patriciarum inclytae urbis Norimb. 1614. in 3. Norimb. (ee)

14. Com-

Philoſ. quam largisſimis accessionibus inſtruxit Cl. I. G. LOTTERVS, Ienae 1727. in 8.

(cc) MORHOFIVS Polyh. T. II. p. 63. ſcribit: *pericula haec critica oſtendere, Piccartum fuiſſe non ſolum Philoſ. ſed & Philologiae peritiſſimum.* Vid. Hiſtoriae Biblioth. Fabric. P. V. p. 428.

(dd) Sunt uerſus lectu digniſſimi, qui uero raro hodie conſpiciuntur.

(ee) Confer Anonymi *des heil. Röm. Reichs freyen Statt Nurnberg Beſchreibung* p. 67. ubi CAROLI NVZELII & PICCARTI poeticae cogitationes de his inſignibus inter ſe collatae repetuntur.

14. Commentarius in libros Polit. Ariſtotelis Lipſ. 1615. in 8. poſtea Ienae 1659. in 8. recuſus. (ff)

15. Obſeruationum hiſtorico-politicarum decades ſex, cum Epiſodio decadis unius narrationum ridicularum. Amb. 1616. in 8. Norimb. 1621. & 1651. in 8.

16. Obſeru. hiſtorico-polit. Decades ſex poſteriores, Amb. 1616. in 8.

17. Obſeru. hiſtorico-polit. decades poſthumae. Norimb. 1621. in 8. (gg)

18. Epiſtola ad *Cornelium Martini* de fine logices praeſertim Ariſtotelicae, Helmſt. 1693. in 4. (hh)

19. De edendis nonnullis ugr. commentario in Tacitum & Val. Flaccum vid. M. ROD. MART. MEELFVHRERI *acceſſiones ad Almeloueenii Bibl. promiſſam & latentem* p. 82, 83. & 166. Scripſerat etiam *lectiones in Senecae Tragoedias*, uerum illae in manus rapaces inciderunt, atque ob id ipſum forſan ſuppreſſae, ut eo tutius plagio inſeruirent aliorum: prout hoc ex epiſtola NIC. RITTESHVSII ad RICHTERVM notat THOMASIVS *diſſert. de plagio* §. 288. Pertinet huc rariſſimum & magno ſtudio collectum MSStum *von allen Nürnbergiſchen einzelen Geſchlechtern*, cuius Poſſeſſor eſt celeb. D. IOH. PETR. LVDWIG, ut ipſe fatetur *in der Erleuterung der güldenen Bulle* P. II. p. 955.

(ff) Laudatur a STRVVIO *in bibl. Philoſ.* p. 138. & MORHOFIO in Polyh. T. II. L.I. c. VI. p. 63. & p. 493. dicit; *inter interpretes & commentatores recentiores Piccartus optimus habetur.*

(gg) De his operibus iudicat Cl. REIMMANNVS *in hiſtoria litteraria* P. III. p. 22–25.

(hh) Edidit hanc epiſtolam IOH. BARTHOLTVS NIEMEIERVS. Conf. MARQ. GVDII *Epiſtolae* Vltraj. 1697. editae, in quibus p. 254–260. ſeptem Epiſtolae *Piccarti* ad IOH. KIRCHMANNVM & IOHAN. MEVRSIVM datae inueniuntur, *Lexicon Criticum* noſtrum molitum eſſe aſſeritur, & alia plura lectu dignisſima de ERN. SONERO & MART. RVERO, quos inter Crypto-Socinianos non immerito noſter retulit, continentur.

ARNOLDVS CLAPMARVS.

QVod de multis eruditis iuſte queritur felicisſimus ille hiſtoriae litterariae indagator IAC. FRIED. REIMMANNVS (a) id certe cum noſtro quoque factum merito dolemus. Quantus enim dum uiueret Vir fuerit CLAPMARIVS, & quantae ſpei ac expectationis admodum adhuc Iuuenis, ante annos animum uirilem gerens, mea non opus habet prolixiori commentatione, ſiquidem ipſius ſcripta, quae in magno ad hunc usque diem habentur pretio, pro me loquuntur. Nihilominus tamen adeo leuia & meritis tanti Viri indigna hinc & inde leguntur, ut niſi partim ex fratris (b) recenſione (c) partim ex Actis Academicis, quaedam laudabiliter peractae uitae circumſtantiae, nobis innotuiſſent, citius ſcribendi finis quam initium ſeſe obtuliſſet. Natus eſt *Clapmarius* in primaria Ducatus Bremenſis Vrbe, *Bremae* A. cIↃIↃLXXIV. Parens fuit *Chriſtophorus Clapmarius*, Caeſarum Patronus Bremenſis peritisſimus. (d) Litterarum fundamenta poſuit in patria ſchola, & ineunte aetate ea ſemper egit, quae ad maiora nitenti apud omnes maiorem gratiam conciliarunt. Hinc ſufficienti doctrinae apparatu inſtructus, *Germaniam*, *Angliam*, *Belgium* aliasque regiones perluſtrauit, litterarum gloria eminentes uiros uiſitauit, & per morum amabilitatem doctrinaeque elegantiam facile ſe inſinuauit ubique locorum. Nec ſine fato contigiſſe arbitror, quod militiam honeſto titulo aliquandiu ſit ſecutus, ut miles ipſe, in quantum Mars cum Appolline conciliari poſſit, periculum faceret. (e) Ampliori autem uirtutis exercendae theatro cum dignus eſſet,

(a) In hiſt. litt. P. III. L. II. Sect. III. p. 463. ubi dicit: *Die Pferde die den Habern verdienen kriegen ihn nicht, und die ihn nicht verdienen die kriegen ihn: ſo auch diejenigen, die kein Andencken bey der Welt verdienen, die überkommen es, die es verdienen, läſt man im Staub liegen.* Exoptanda itaque eſſet *hiſtoria eruditorum ab eruditis hactenus praeteritorum.*

(b) Qui erat IOH. CLAPMARIVS, Medicinae Doctor Bremenſis felicisſimus.

(c) In praefatione ad b. fratris libros ſex de Arcanis Rerumpubl.

(d) Ita eum uocat D. CVNRADVS ZERNEMANN in litteris ad D. TAVRELLVM olim hoſpitem datis, cui precium conuictus filius debebat, illudque ſoluere pater poſt obitum filii pertinacisſime negabat.

(e) Plura exempla de eruditis militia aeque ac ſcriptis illuſtribus collegit IOH. AD. BERNHARD, *in der curieuſen hiſtorie der Gelehrten*, p. 235.

Digitized by Google

CLAPMARVS.

Ile queritur se icissimus ille huiusce
HRIED. REIMMANNVS (a) id non
n merito dolemus. Quantus erat
RIVS, & quantae spei ac expectationis
nos animum uirilem gerens, mente
ione, siquidem ipsius scripta, quae
ntur pretio, pro me loquuntur. Ve
neritis tanti Viri indigna hinc &
s (b) recensione (c) partim ex
peractae uitae circumstantiae, s
quam initium sese obtulisset. Na
s Bremensis Vrbe, *Bremae* A. clIↃ
s, Causarum Patronus Bremensis, pe
enta posuit in patria schola, & inter
iora nitenti apud omnes maiorem
ti doctrinae apparatu instructus, se
regiones perlustrauit, litterarum q
r morum amabilitatem doctrinaeq
que locorum. Nec sine fato cor
esto titulo aliquandiu sit secutus
Appolline conciliari possit, percuta
cutis exercendae theatro cum dig
esse

63. ubi auct: *Die Pferde die den Haberm*
nicht verdienen, die behalten wir, die es nicht
dienen, die schenken wir: so auch
landa itaque esset historia eruditorum ad e

cinae Doctor Bremensis felicissimus.
de Arcanis Rerumpubl.
RMANN in litteris ad D. TAVRELLI
nardus filius debebat, illudque soluere par
bat.
tue ac scriptis illustribus collegit 1685. M.
ber Gelehrten, p. 835.



Digitized by Google

Digitized by Google

esset, singulari Dei prouidentia & ad commentationem Landgrauii MAVRICII *Perillustres Dnn. Curatores* historiae in Academia Altdorf. docendae munus A. clɔIɔc ipsi obtulerunt, (f) cui spartae per quadriennium summa cum laude & industria praefuit, & eruditionem suam publicis ingenii monumentis ad inuidiam usque testatam fecit. Non penitus tamen silentio praetereundum existimaui, quod Clapmarius noster animum militarem suum adeo sustinuerit, ut in ipso docendi munere iam constitutus, ob singulare certamen, binis uicibus cum studiosis initum, iustas animaduersiones a Senatu Academico tulerit. Plura sine dubio dicenda essent, si noster plures uiuendo attigisset annos. In ipso enim aetatis flore, trigesimo dicam primo, A. clɔIɔcIV. Calendis Iunii Norimbergae funesta febri fuit extinctus. Altdorfium postea ductus ipso Trinitatis festo (g) honorifice fuit sepultus. Reliquit Bibliothecam, quae uix precium L. florenorum excedebat. Spartam demortui postea ornare debuit ELIAS PVTSCHIVS, sed noluit accipere. (h) Epitaphium libris de *Arcanis Rerumpublicarum* praefixum huius tenoris est:

EPITAPHIVM
D. M. S.
Autori uero consecratum.
Viator
Qui transis
Cedo hoc in loco, siste:
Tametsi non erit
Qui te doceat.

(f) Testatur hoc C. RITTERSHVSIVS in epistola ad IOH. KIRCHMANNVM quae accesit ad Gudianas p. 231. *Christophoro Colero*, ait, *succedet Bremanus, diligenter, ut nihil supra, commendatus Scholarchis & Academicae nostrae, a Landgravio Mauricio &c.*

(g) Vid. RICHTERI *Epistolae* p. 577.

(h) Patet hoc ex epistola GE. REMI ad PVTSCHIVM, in qua inter alia scribit: *Tui mentio quoque facta fuit honorifica.* Conf. uita EL. PVTSCHII Hamb. 1723. p. 94. Quaedam etiam de nostro habent MORHOF Polyh. T. III. 19. STRVVIVS Bibl. Philos. p. 156 REIMMANNVS H. L. vol. V, p. 105, 161, 189. qui Clapmarium uocat *das guldene* A B C, *der* Politicorum.

Digitized by Google

Erit opinor quod te memorem faciet
Omnium uirtutum & hum. conditionis.
Quod hoc ſub tumulo reſeruatur,
Sed parte minore ſui
ARNOLDVS CLAPMARIVS B. R.
Chriſtoph. Filius, Arnol. Nepos

Iuuenis magno ingenio triginta annorum, ſed inſigni ſupra aetatem doctrina a Patre honeſto natus, & a prima pueritia liberaliter educatus. A qua cum litteris ſupra omnium expectationem uacasſet, cum Germaniam, Angliam, Belgium aliasque regiones perluſtrasſet, cum res militares miles ipſe didicisſet, & iam maturos fructus ſuos oſtenderet, operam que ſuam primum magnis principibus, deinde florentisſimae Reipubl. Norimb. deuouisſet, cum eruditionem ſuam publicis ingenii monumentis ad inuidiam usque teſtatam fecisſet, cum denique in hac mundi fabula perſonam ſuam ageret; Morbo, pro dolor, correptus, quem Febrem uocant continuam & menſes aliquot aeger, idque ex decidentia uarioque morbi ſtatu, tandem uero uiribus paulatim collabentibus cum ingenti fortitudine & pia animi deuotione Cal. Iunii moritur & uero immaturo ſuo obitu omnibus eruditis dolorem, Parenti luctum, aequalibus aemulationem, ſibi in hoc mundo, quo omnia fine ſuo laborant, aerumnarum requiem, fratribus deſolatis aeternum deſiderium, conditionis humanae & omnium uirtutum illuſtre reliquit exemplum, poſteritatemque ad ſui ſpectaculum conuocauit.

Tantum fuit
Viator
Cuius ne neſcius eſſes
uoluerunt
Pater moeſtisſimus
&
Luctuoſisſimi fratres

Qui

Qui
Quod carisſ. filii & praeſtantisſimi fratris immaturum obitum ſenili
& uolentisſima ſua morte contra ius anteuertere nequiuerunt
Hunc lapidem
L. M. P. C.
Tanquam aeternum ſummi moeroris & pietatis
MONVMENTVM
ANNO
M D C I V.
P. C. B. (i)

SCRIPTA CLAPMARII SVNT SEQVENTIA.

Triennium nobilis adoleſcentis, quomodo ſtudioſus humaniorum litterarum triennio animum iuxta ac ſermonem feliciter excolere posſit, ad Nobiliſ. *Volck. Suingerum*, Gieſae Hasſ. 1622. in 8. (k)

De arcanis Rerumpublicarum Libri VI. Francof. & Roſtock 1624. in 4. (l)

ANEKΔOTA.

Tractatus de Iure ſacro.

Commentarius de publicis Iudiciis.

Libel-

(i) Nonnulla etiam de noſtro habent OMEIS. Glor. Acad. Alt. p. 100. MORHOF. Polyh. T. III. 19. STRVVIVS Bibl. Philoſ. p. 156 & alii.

(k) Editum etiam eſt Lugd. Batau. 1640. in 16. a CONR. BACHMANNO, & inſertum quoque tract. TH. CRENII de eruditione comparanda p. 347. adiectis uariis notis. Conf. REIMMANNVS l. c. T. III. p. 106.

(l) Procurauit hanc editionem frater ſupra nominatus. Poſtea recus. Ienae 1665. in 4. & 1673. cum annot. SAGITTARII. Deinde in lucem prodit editio noua cum ſcholiis marginalibus & praefixa epitome cum adnexo diſcurſu *Beſoldi* Lugd. Batau. 1641. in 12. a IOH. CORVINO. Habemus etiam Clapmarium de arcanis Imperii correctum, actum & caſtigatum per MART. SCHOOCKIVM, Francof. ad Oderam 1668. & 1672. in 8. IAC. THOMASIVS in diſſert. de plagio litt. inter plagiarios *Clapmarium* numerat §. 393. STRVVIVS in Bibl. Philos. p. 156. elegantem laborem Clapmarii uocat, multis exemplis illuſtratum, ſed generalem nimis. Schoockium tamen eodem longe inferiorem. Aliorum iudicia recenſet REIMMANNVS l. c. p. 106--109. NIC. RITTERSHVSIVM annotationes ad hos libros de arcanis confeciſſe, ſed ineditas, docet MEELFVHRER l. c. p. & 75. 484.

Digitized by Google

Libellus de uectigalibus.
Libri IV. de Iure publico.
Libri III. de foederibus.
Liber I. de Magiſtratibus.
Notae in Politicam Ariſtotelis.
Commentarius in Cornel. Tacitum. (m)

M. MATTHIAS GELLERVS.

NAtus is eſt Norimbergae d. 6. Id. Decembris Anno cIↃIↃLXXIII. parentibus ciuibus Noricis lanificio operantibus. Illorum exemplo alii telae initiari uoluit, telae inquam ſtudiorum, quam adeo feliciter pertexuit, ut Anno cIↃIↃXCV. primam in Philoſophia lauream & Anno cIↃIↃXCVII. ſummum in eadem gradum conſecutus fuerit. Et licet noſter ſumma egeſtate uixerit, fretus tamen diuino auxilio, magnos in ſtudiis fecit progreſſus. Ea propter commendatus ſuperioribus A. cIↃIↃCII. *tertiae claſſis* & A. cIↃIↃCVIII. *ſecundae* praeceptor fuit conſtitutus, excubiasque pro Iuuentute asſidue egit. Anno aetatis trigeſimo conſortem uitae & aerumnarum ſibi adiunxit, cum qua uixit optime. Grani tandem morbo detentus templum Domini ingredi non potuit. Hinc dicere ſolebat repetitis uicibus: *Oſi frequentare id liceret, ſpinas omnes tangerem quam diu uitae huius roſetum permittit.* Moribundus a ſtudioſo adſtante interrogatus: *quid Deo, corporis & animae diuortio facto, eſſet oblaturus*: regesſit magna animi confidentia & ſubmiſſa uoce: *cor concuſſum & contritum.* Et ita Deo ſe commendans Anno cIↃIↃCXX. d. 15. Nouembris ad tranquillum uitae aeternae portum peruenit. Edidit *tragoediam, qua uitam Cyri atque exitum eius miſerabilem ob oculos poſuit* Alt. 1613. in 8. & forſitan alia plura, a me uero nondum uiſa. (a)

IVLIVS

(m) Promiſerat equidem harum lucubrationum editionem laudatus frater, ſed nihil uidi, praeter diſſert. *de iure publico* A. 1602. Altdorf. habitam & dedicatam Illuſtriſſ. Principi MAVRICIO, Landgrauio Haſſiae, qua dedicatione fatetur, auctoritate atque conſilio tanti principis in hanc Academiam concesſiſſe.

(a) Tantum ex laudatione funebri IOACH. CNAPII.

Digitized by Google

is.
acitum. (m)

AS GELLERVS.

6. Id. Decembris Anno clɔlɔxxxi.
nificio operantibus. Illorum exem
iae inquam ſtudiorum, quam adeo
. primam in Philoſophia laurem
iem gradum conſecutus fuerit. Fi
fretus tamen diuino auxilio, magn
ropter commendatus ſuperioribus
m. ſecundae praeceptor fuit conſtitu
aſſidue egit. Anno aetatis trigeſim
ibi adiunxit, cum qua uixit opcat
mplum Domini ingredi non potuit
bus: *Oſi frequentare id liceret, ſpon*
ius roſetum permittit. Moribundus
d Deo, corporis & animae diuortio ſo
animi confidentia & ſubmiſſa uen
Deo ſe commendans Anno clɔlxxi
n uitae aeternae portum peruen
ri atque exitum eius miſerabilem d
ſitan alia plura, a me uero nondu

IVLIVS



IVLIVS CONRAD OTTO,
Viennenſis,

Nomen inter ſuos Naphtali Margolith ie. Margaritheae adeptus, quae illuſtris eſt inter Iudaeos familia. Deinde ad noſtra caſtra tranſiit, et ut vitae auxuparetur ſubſidium Asɔos publicum decendi munus in Academ. Altdorf. ſuſcepit et quadriennio obiit. Sed cum vix per quadriennium ſtipendia ibi meruiſſet, patronis inſalutatis, turpiter aufugit.

Natus Viennae Auſtr. anɔ. *Den.* *A. C. Fleiſchmann. ſcalp.*

num editionem laudatus frater, ſed nihil eſt
. Altdorf. habitam & dedicatam Illuſtriſ.
ae. qua dedicatione facetur, auctoritatem
am conceſſiſſe,
CNAPII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IVLIVS CONRADVS OTTO. (a)

NOn diffiteri fas eſt, ſuum peculiare infelix fatum expertam fuiſſe in amplisſimo Philoſophorum ordine, inclutis caeteroquin doctoribus exſplendeſcentem ſacrae Ebreae linguae Profeſſorum ſeriem, nequisſimorum ex Iudaeis inter Chriſtianos proſelytorum triga, OTTONIS nimirum, iam publici muneris facultatem adepti, & duorum aliorum (b) ipſi edecumata PROCERVM gratia deſtinatorum. Primus IVLIVS CONRAD OTTO in ſacro baptismatis actu nuncupatus eſt, quod ſeculi ſuperioris tertio anno ſuſcepit, & ut uitae aucuparetur ſubſidium, ſimul publicum docendi munus. Patrem habuit *Martinum Philippum*, matrem *Mariam Magdalenam* (c) de qua natus eſt Viennae Auſtriae CIↃIↃLXII. Nomen inter ſuos adeptus *Naphtali Margolith* i. e. *Margaritbae*, quae illuſtris eſt inter Iudaeos familia, & nonnullos habuit Chriſti ſacris uindicatos. (d) Munus delatum A. CIↃIↃCIII. obiit etiam quadantenus, quod ſcimus: nam ſuppoſititiis, quae proſtruſit, ſcholiis, ſub epigraphe *Gali Raſia* (e) tam parum Eccleſiae Chriſtianae utilitatis, quam ſibi nominis, utut tota quaſi ex indole gens iſta gloriabunda alias eſt, ſibi conciliauit. (f) Malam hominis huius fidem ex

(a) Imaginem Ottonis uide etiam in IV. & V. parte Iconum cl. Virorum, quas edidit FRIDER. ROTH-SCHOLZIVS A. 1728. in fol.

(b) Quorum primus IOSEPHVS BARZADOK, alter CHRISTIANVS DE POMIS eſt, de quibus uid. M. D. OMEISII gloria Altdorfina p. 12. ſeqq. qui etiam tertium adiecit ELCHANON antea dictum, nebulonum omnium peſſimum. *Chriſt. de Pomis* recitauit 1669. d. 3. Aprilis memoriter orationem Ebraicam, qua comparationem agni Paſchalis V. T. cum agno Paſchali N. T. qui eſt Chriſtus Saluator noſter, inſtituit. Eodem quoque anno orationem Ebraicam habuit, qua Trinitatem probatam ac uindicatam e V. T. & Rabbinorum commentariis dedit.

(c) Teſte ANDREA CALAGIO in *natalibus uirorum illuſtrium* p. 287.

(d) Vid COLOMESIVS in *cimeliis*, p. 176.

(e) De quo libro infra in recenſione ſcriptorum plura.

(f) De hominis huius nequitia & fraude uid. WAGENSEILIVS in *Sota* p. 704. ubi ita loquitur: *I. C. Otto, Pſeudo-Iudaeus, Pſeudo Rabbinus & Pſeudo Chriſtianus, atque ſic (cogit enim mutare conſuetam ſermonis modeſtiam animo & pectore erumpens indignatio) uerus fur, triſur, triſurcifer &c.* Conf. ADOLPH. BOYSEN in diſſert. *de Apoſtatis merito & falſo ſuſpectis Halae Sax. 1714.* §. 28. CASAVBONVS *epiſt. 436.* COLOMESIVS in *cimeliis* p. 175.

Digitized by Google

ipſis Ottonis MSS. quae apud Altdorfinos adhuc ſeruari memorantur, elucere teſtatur Celeb. THOMAS BANGIVS, (g) ſed nullum ego horum uidi, ſi excipiam Manuale, ex quo preces facere ſolebat, cui haec uerba manu propria inſcripta legi poſſunt: *Ich bin zvvar ein groſſer Sünder, habe ich es aber aus böſen Herzen gethan* (h) *ſo vveiche dat ganze himmliſche Heer von mir.* Praeterea etiam & illud mihi ex tabulis publicis innotuit, quod paulo ante abitum indignabundo animo uxorem (i) hac formula allocutus ſit: *proxime petam Monachium & Ingolſtadium, non enim poſſum diutius ferre malitiam & perfidiam horum hominum inter quos viuo.* Sed ipſe perfidus & in ſummo gradu malitioſus, relicto aere alieno ad ducentos & ſeptuaginta florenos, poſtquam uxori uerbis hiſce pietatis ſpeciem prae ſe ferentibus, glaucoma ob oculos obiecisſet, cum uix per quadriennium ſtipendia apud nos meruiſſet, peſſime ſibi conſcius, patronis & uxore inſalutatis A. clɔlɔcvii. menſe Decembri turpiter aufugit, & ne temere prolatum (k) per ſe eſſet illud caeteroquin uerporum proſelytorum teneris auriculis intolerabile uerbum atque conſilium incomparabilis Theandri LVTHERI, *Iudaeum ſi quicquam deinceps bene ſperandum de ipſo, poſt collatum ſacrum lauacrum de ponte eſſe deiiciendum ac ſubmergendum*, exemplo ſuo demonſtrauit. (l) In locum fugitiui poſtea uenit *Schvventerus*, de quo plura in ſequentibus.

Scriptorum recenſionem cum iudiciis aliorum hanc nobis dedit Celeb. IOH. CHRISTOPH. WOLFIVS, Ling. Orient. in Gymnaſio Hamburgenſi Prof. nunc Paſtor ad D. Catharinae & Scholarcha optime meritus. (m)

Noſter ille ſcripſit, inquit

1) *Grammaticam Hebraeam* methodice digeſtam Norimb. 1605. 8. cum uſu Linguae S. ex capite I. Geneſeos & Rabbin. Abbreuiat.

2) *Dictio-*

(g) In *coelo Orientis* p. 53.

(h) Quid uelit hiſce uerbis iudicent alii. Mihi uoluiſſe indicare dolorem, quem in pectore ob tranſitum ad noſtra caſtra habuit, firmiter perſuaſum eſt.

(i) Quae erat *Margaretha*, uidua IOACHIMI LOTTERI.

(k) in colloquiis cap. XIII. fol. 185.

(l) Haec ex OMPHALII *Gloria Al dorfinae Acad.* & citatis iam auctoribus.

(m) In *Bibliotheca Hebraea* P. I. p. 481. n. 826.

Digitized by Google

2) *Dictionarium radicale* idem edere coepit *Norimb.* fol. ſed non perfecit, cuius titulus ita habet: *Lexicon Radicale ſiue Theſaurus coronam S. ſcripturae complectens, in quo iuxta ordinem alphabetarium ponuntur nomina, uerba, ſeruiles & radicales literae & noces inde deriuatae, & radicales cognatae, quae cum in Hebraica Lingua, tum in Talmud & aliis Rabbinorum ſcriptis exſtant.* Specimen illius operis, typis expreſſum, exſtat apud Vener. VALENT. ERNESTVM LOESCHERVM, qui idem plenius deſcribit in Commentario *de Cauſis Linguae Hebr.* p. 169. ubi inter cetera haec legas: *In curſu operis pagina quaelibet in duo latera diuiditur, quorum prius uoces Biblicas, alterum Rabbinicas ſiſtit, per diligenter citatis ad marginem Rabbinorum locis. Quaeuis radix principio Rabbinica dialecto, debinc latine explicatur, diligenter diſcretis uariis ſignificationibus.*

3) גלא רזיא h, e. *reuelator arcanorum* ex *Dan.* II, 29. ſiue ut ipſe titulus habet, *occultorum detectio* h. e. *monſtratio dogmatum quae omnes Rabbini recte ſentientes ante & poſt* CHRISTI *natiuitatem de unitate eſſentiae diuinae, Trinitate perſonarum, & de Meſſia poſteritati reliquerunt &c. Addita eſt conſignatio nominum omnium Rabbinorum, qui ſcriptis claruerunt, cum annotatione temporum Talmud coepti, aucti, uariasque mutationes & uias fortunae paſſi, Stetini 1613.* 4. & antea *Norimb.* 1605. 4. Tota tractatio in quatuor abit libros, quorum I. uaria ueterum Rabbinorum loca de Meſſia & Euangelio, parabolisque Euangelicis ſimilibus affert. II. Loca ſcripturae de SS. Trinitate, ſpeciatimque de Meſſia agentia, III. falſas & impias doctrinas Talmudicas. IV. Rabbinos, qui ante & poſt C. N. uixerunt, commemorat. Quae quidem omnia Latino & Germanico ſermone, ex aduerſo illi oppoſito, deſcribuntur. In catalogo illo nihil ſingulare obſerues, qui potius, praeterquam quod mutilus eſt, paſſim incautum lectorem in errorem inducit, cuius rei exemplum apponemus ſub שמואל הקטן. In uniuerſum uero

hoc libro ſcriptor animi malitiam denudasſe uiſus eſt eruditis, eo quod & locis ueterum fictis, & argumentis minus idoneis uſus eſt, ut ridendos Iudaeis propinaret Chriſtianos. Huc ſpectant IOH. CHRISTOPH. WAGENSEILII uerba in notis ad Sotam p. 705. *Sic omnino*, inquit, *perſuaſus ſum, non habuit aliud conſilium bipedum nequiſſimus, cum Chriſtianam religionem ſimularet, & ſuorum ac deteſtabilem librum ſuum meditaretur, quam ut ſpecie iuuandi Chriſtianam fidem, illam Iudaeis redderet contemtiſſimam. Sperabat enim, fore, ut Chriſtiani argumentis ſuis ineptiſſimis, & per merum iocum ac ludibrium ſuppeditatis cupide aduerſus Iudaeos uterentur atque ſic illorum riſui ſe exponerent & ſibilis.* Conferatur idem p. 119. ad Tela ignea Satanae, IOH. WVLFERVS ad Theriacam Iudaicam p. 382. & IOH. FRISCHMVTHVS in diſp. de Proſopographia Meſſiae cap. II. §. 2. ubi locus ex MS. THEOD. HACKSPANII epiſtola affertur, quo is teſtatur hoc libro uaria afferri ex Talmude loca, quae in eo fruſtra quaeras. Nuper etiam V. C. IOH. MEYERVS, eximius harum literarum ſtator, in diſſert. de Myſterio SS. Trinit. ex V. T. probando p. 17. illuſtre fraudis Ottianae exemplum attulit. Videtur homo ſubdoli ingenii aduerſus has inculpationes iuſtiſſimas munire ſe in praefatione uoluiſſe, in cuius calce haec legas: *Tandem etiam beneuolum Lectorem monendum duxi, me omnia illa quae ſcripſi, non ex recentiore illa editione Talmud Baſileae excuſi, quem librum Iudaei ex ueteri Talmud congeſerunt, & Chriſtianis hodie obtrudunt, ſed ex ueteri uero & genuino, quem etiam librum, ut alia Rabbinorum praeclara & utiliſſima ſcripta non ſine magno labore & praeſentiſſimo uitae periculo in uſus meos comparaui.*

Ab hoc libro diſtinguendum eſſe alium ἐμώνυμον ex iis apparet quae ſuo loco ſub גלי רזיא inter anonymos dicentur. Tantum ex laudato *Wolfio*.

MI-

MICHAEL VIRDVNGVS
Kitzing-enſis Francus
Hiſtoriarum, Eloquentiae et Polit.
Profeſſor Publ. in Academia Altdorfina
ab A^o. 1605.

Nat. d. 5. Jun. A^o 1575 Donat. d. 29. Octobr A^o. 1633.
W. P. X. fc.

Digitized by Google



Digitized by Google

MICHAEL VIRDVNGVS.

QVemadmodum in plantis uerisimile est *diffundi qualitates latissime*: ita MICHAEL VIRDVNGVS, Vir lucide magnus, (a) cuius breuem uitae delineationem dare nobis est propositum (b) parente, auo & maioribus insignis, quicquid ab iis pium, quicquid egregium, quicquid sanctum & innocens prioribus seculis affulserat, hausit, exeruit, diffudit. Primus autem familiae magnam gloriam intulit IOHANNES VIRDVNGVS de *Hasfort*, (quem VIRDVNGVS quidam ab HARTVNG nostri proauus patruelem habuit) natus eodem, quo diuini ingenii comes IOH. PICVS MIRANDVLANVS, anno, & propter summam postea in Mathematicis scientiam & fidem a diuo CAROLO V. Imper. A. CIↃIↃXXI. iis insignibus, quibus antiqua & honorata illa domus etiamnum utitur, donatus. Ab hoc genitus MATTHAEVS VIRDVNGVS, Senator postea Kittingensis, felicissimus trium filiorum pater, *Wilhelmi*, Praetoris dicti loci, *Pauli*, Medici & Mathematici clarissimi (c) & *Michaelis* Kittingae Francorum Anno CIↃIↃLXXV. d. 5. Iunii in lucem editi. Laudabant Parentis amici a prima pueritia emicantem indolem VIRDVNGI nostri, gratulabantur familiae, suis quisque liberis exemplum inde expetebat. Et licet Pater omnem operam daret, ut in optimis artibus optimi filii docile ingenium adolescceret, nimis cito autem terris iste renunciauerat, cum filius, nondum in adolescentes transscriptus, annorum tamen curriculum uirtutis cursu praeuertens, sibi ipsi stimulos adiiceret. Crescente cum aetate iudicio & iactis in patria pietatis ac bonarum artium fundamentis, *Argentinam* cogitauit, nobilem & studio isto, quod per excellentiam Humanitatem appellamus, aliisque

(a) Hoc anagramma fecit IVNGERMANNVS; IOH. a BLANSDORF in Epist. RICHTERI p. 117. inuenit aliud: *Liricus ad Vnguem.* & G. THEOD. HOFM. *Vigil Deum euans.* SAXBERTVS l. c. & IOH. GE. STYRZELIVS l. c. p. 34. quoque conferendi sunt.

(b) Vitam Virdungi descripsit etiam CHRIST. AD. RVPERTVS in oratione panegyrica Alt. 1637. in 4. & ex hac FREHERVS & WITTENIVS in memor. Philos. p. 386.

(c) Vid. MERCKLINVS in Lindenio renouato p. 873.

Digitized by Google

optimis artibus & pulcerrima praeſtantium uirorum ſucceſſione, in hunc usque diem florentisſimam. Aliquot ab hinc annis egerat in eodem Muſarum domicilio frater natu maior, *Paulus*, qua Medicis, qua Mathematicis ſtudiis feliciter deditus. Noſter uero diuerſam ab eo uiam, ſed non minus glorioſam inſtituens Iuris ciuilis diſciplinae politiorem litteraturam, antiquitatis & recentioris Hiſtoriae theſaurum, eloquentiae potentiam, amoenitates poetarum ſumma iunxit felicitate.

Ita quem *Argentinae* fama primum circumfluxit, arctiore poſt complexu *Ienae* alligare uidebatur. Annus erat poſt orbem recuperatum cIↃIↃxcvII. a nato Virdungo uiceſimus, quum Vir Amplisſime dignitatis NICOL. REVSNERVS, noſtrum, uelut ingenii & eloquentiae palmam meritum, quamuis non ambientem, d. 21. Ianuarii more maiorum laurea coronauit. (d) Poſthaec in *Bohemiam* abiit, & candore ſummae eruditioni iuncto Illuſtrem & Generoſum DN. SIGISMVNDVM a SMIRZIZ ſibi maxime conciliauit, filio certe magnae indolis IAROS. LAO a SMIRZIZ rector datus, parentem uariis negotiis diſtrictum, a graui curarum mole abduxit. Frequenter noſtrum narraſſe conſtat ſuauisſima diſcipuli huius memoria non ſemel ſe recreatum, quem elegantia morum amabilem & in maiorum ueſtigia intentum exemplo quam ui, ratione quam imperio rexerit, Nec profecto, ſi Ephorus uirtute, diſcipulus obſequio certet; ſpecioſius in uniuerſa terra certamen exiſtimo, ſeu uictus alter fuerit, ſeu uicerit! Elapſo fere biennio, quum legitimam misſionem impetraſſet, Norimbergam uenit, inclutae Reipublicae ſtudia ſua rite obtulit, & cum ſuffragia duo haberet, *Eruditionem* ac *Probitatem* Anno cIↃIↃcv. menſe Ianuario *Eloquentiae & Hiſtoriarum Profeſſor* nuncupatus eſt. (e) Officio tam honeſte adepto, honeſte praefuit & Gloriam

(d) Voeat eapropter *Caſp. Scioppius* in Libris V. ſuſpectarum lectionum & peculiariad Virdungum epiſtola, eum *poetam optimum & in ueterum poetarum libris egregie uerſatum*. Offert ei nonnulla loca ex *Propertio* correcta, de quibus, quid exiſtimet, coram intelligere cupit.

(e) GOTHOFREDVS IVNGERMANNVS, cuius uitam nobis dedit b. I. C. ZELTNERVS in tr. de claris correctoribus p. 289. in epiſtolis ad G. M. LINGELSHEMIVM, quarum excerpta beneuole communicauit Cl. HEVMANNVS in T. I. Poeciles p. 550. ita de ſe ſcribit: *Altdorfinam conditionem cum nec reciperem prorſus, nec ualde re-*

Digitized by Google

Gloriam Vniuersitatis a *Donellis*, *Rittershusiis*, *Scipionibus*, aliisque magnis accensam nominibus, non solum non deformauit, sed admiratione doctrinae suae auxit, plures doctrina per Europam eminentes in amicitiam traxit atque ita iudicauit, non sibi dignitatem, sed se dignitati datum. Quam primum cathedram ascendit, animos potius quam aures atque oculos pascendos existimans, non ad stramineum BEROSVM, aut nullius nationis METASTHENEM, aut PSEVDO-PHILONEM, aut DICTYN CRETENSEM, a Cretensi aliquo effictum, aliasue huiusmodi noenias, quas febricitantes monachi somniarunt; nec ad pictores illos ab Andronico Palaeologo dilectos, qui ubi naeuus aliquis occurrit, artificiose dissimulant, & magnatum gratiam aucupantur; nec ad acutulos illos, qui sermocinari magis quam suadere possunt, & tempus saepe terunt milium, quod dicitur, terebrando; sed ad ipsos ueritatis sacerdotes & directa quadam iudicii norma praeditos, quique bellicas & togatas artes, uitae humanae uarias mutationes, Imperiorum natiuitates, incrementa & occasus, totam denique Rerumpublicarum moderatricem prudentiam ipso usu atque experientia didicerunt, auditores consilio semper profuturo ducebat. Iam in dicendo qui uigor? qui stimuli? quae maiestas grauitasque? Tam enim aperte, quae prima uirtus eloquentiae est, sensa mentis explicabat, tam distincte, tam apte cuncta eloquebatur, ut in eius facie faciem eloquentiae, uim in pectore, suauitatem in ore, totoque in corpore totam integramque eloquentiam habitare, omnibus audientibus fuerit uisum. Ita per nouendecim annos egregia cum laude ac publici commodo munere utroque functus, tandem Anno CIↃIↃCXXXV. iussu ILL. SENATVS NORICI in cathedram & uirtutes ARNOLDI CLAPMARII succesit, & Politicen ipsam, cuius arcana quam plurima iam ante in Historicis praelectionibus exhibuerat, seorsim proponendam suscepit. Et cum eodem tempore CORNELIVM TACITVM interpretaturus esset; Politicum quoque in statu populari uel optimatium e PLVTARCHI praeceptis, libello uere aureo, formandum

spuerem, in locum diu uacantem succesit optimus VIRDVNGVS. Et ego sane frigidus rhetor ad eam prouinciam aptus non fuissem.

Digitized by Google

dum cenſuit, parique diligentia in hac quoque functione ſtitit animo. Sed ut ad cetera VIRDVNGI ornamenta *Pietate* eius, tanquam omnium uirtutum regina, quaeda cras litteras ſolam ſuam putabat refectionem, & ab illis cum Deo colloquia miſcebat, nunquam ſe auelli patiebatu nuptiarum die A. cIↃIↃCI. d. 6. Iulii cum *Margaretha*, IC Conſiliarii Epiſcopi Herbipolenſis, filia (f) celebrato, ſub diu quaeſitum, tandem inter ardentisſimas preces & lect tentum paranymphus repererit. Sic etiam, cum bellu fames patrium ſolum ualidisſime affligerent, noſter un & per omnia aſpera iactatus, nunc in Muſeo, nunc in h ſublatis in coelum manibus, Dei auxilium expetiit, nec efficacem Deum ſenſit. Etenim praeter ILLVSTRES V dorf. CVRATORES, qui optimum ſenem & morbis u ut ſaepius, ita nouo ſtipendio ſubleuarunt (g) ueluti expertus eſt Magnificum Virum D. IOH. a BLANSDOF a Fortuna bonis uere dignus, exemplo AGESILAI, PLI quos ex antiquitate mirari ſolebat, facultatum partem rum eſſe uoluit, adeoque Virdungo L. florenos dono mendauit etiam noſter calamitoſisſimis iſtis temporibus ſitatis & oppidi duobus ſummis ducibus, binis ad HO ad TILLIVM datis litteris, qui etiam ſe in gratiam oppido parcere uelle beneuole illi reſcripſerunt. (i) I ipſius, *Candorem* & *Integritatem* in conuerſando, *Prude tatem* in diſciplina Academica, *Curam* & *Diligentiam* in

(f) Quod coniugium pie & tranquille celebratum ferax fuit quat rum filiarum, de quibus duo filii & altera filia impuberes a ualedixerunt. Alter filiorum natu maior, nomine *Iob. Caſpa* phalia, alter *Wilhelmus* Altdorfii obiit. Filia uero *Margaret* mum M. MELCHIORIS FERBERI, Scholae oppidanae Cantor TYDAEI P. P. A. 1657. d. XI. April. uitam cum morte comm

(g) Vid. RICHTERI *Epiſtolae* p. 310. & 330.

(h) Vid. RICHTERI *Epiſtolae* p. 344.

(i) Ibid. p. 325.

Digitized by Google

ſtica enarrare fuius ſuperſedeo. (k) Illud tamen in Virdungo maxime laudandum, quod ad poſtremam usque horam (l) inter exquiſitiſſimos dolores, a ſolitis ſtudiis nihil remiſerit, ſed excerpſerit, reſponderit, idque unice egerit, ut uitam citius, quam litteras dimiſiſſe uideretur. (m) Non poſſum hic ſilere auream & quae inſtruendae poſteritatis in aeui tabulis exponatur, dignisſimam uocem, quam cum paucis ante obitum ſeptimanis pertinaci ualetudine grauiter afflicto aſſediſſet collega coniunctiſſimus AD. RVPERTVS, inter alios emiſerat ſermones: *Ita ſentio*, dicebat, *& ſententiam meam pectori tuo ſemper inciſam uolo: Qui drachmam legitime impetrauit, talentum habet: & qui talentum improbe conſecutus eſt, ne drachmam quidem habet!* (n) Inſcripſerat etiam lecto incumbens ſtudioſi cuiusdam accedentis Philothecae ſequentia diſticha:

Qui miſerandam animam trahit inter uermia ſaeua
Haut uitam, mortem ſed magis ille trahit.
Nam mihi ſe ingentes rumpunt pulmone procellae,
Et quatior uaſtis aeger anhelitibus:
Tum qui uiſceribus penitis uapor aeſtuat eheu!
Suffundit multo triſte nigrore caput.
At Tu, dum fugiunt uires, ſomnusque quiesque
ESTO MEI, IESV, PECTORIS ESTO QVIES!

O aurea cantio & dignum inter tot naufragia ſuſpirium! Cogitauit, haec ſcribens, & recte cogitauit VIRDVNGVS: *Sibi impoſterum melius fore.* Sicque curis & continuo labore confectus, moleſtam huius uitae miſeriam cum aeterno coeleſtis conſuetudinis gaudio commutauit A. cIↃIↃcxxxvii, d. 28. Octobris.

SCRIPTA MICH. VIRDVNGI.

1. Tragoediae nouae duae *Saul* & *Brutus*, quarum prior ex hiſto-

P ria

(k) Ipſe RICHTERVS ut exemplum uirtutis eum depingit, p. 324. l. c.

(l) Grauibus enim frequenter morbis, & praecipue octo poſtremis annis aſthmate ad finem usque uitae noſter uexabatur.

(m) CONRADVM RITTERSHVSIVM ſimilem uocem emiſiſſe nouimus ſub ipſum tranſitum ad mortem: *Sibi in uotis etiamnum eſſe, ut poſſit librum, quem ab amico quodam acceperat, perlegere.*

(n) Vid. iam citata oratio funebris RVPERTI, ex qua mutatis mutandis potiora ſunt deſumta.

Digitized by Google

ria sacra, altera ex M. Bruti uita apud Plutarchum praecipuae desumta, Ienae typis *Tob. Steinmanni*, 1596. in 8. pl. 4.

2. Commentarius in Taciti Agricolam Argent. 1617. & Norimb. 1637.
3. Orationes uarii argumenti, accedit descriptio actus promulgationis Priuilegiorum Vniuers. Altdorf. ut & Programmata, Norimb. 1642. in 8. Sunt autem hae orationes huius argumenti:

1) An quomodo & quando sapienti ad Rempubl. sit accedendum? p. 1.
2) De concordia & discordia earundemque fructibus. p. 38.
3) De Idololatria nou-antiqua. (o) p. 64.
4) Oratio habita initio Magistratus Acad. cui adiuncta est oratio Ill. Dn. ACHATII iunioris Burggrauii & Baronis a DOHNA, Rectoris Magnifici p. 97.
5) Responsio Prorectoris, p. 108.
6) Oratio ad Dn. Scholarchas Rectorem & Senatum Acad. p. 132.
7) Gratiarum actio in inauguratione Vniuersitatis p. 137.
8) De caussis caritatis Annonae p. 154.
9) De remediis eius mali p. 184.
10) Laudatio funebris GEORGII FRIDERICI, March. Brandenb. p. 216.
11) Oratio funebris, GEORGII VOLCKAMERI, Duum uiri Norici, p. 255.
12) Magni GVSTAVI ADOLPHI, Suecorum Regis, cum ALEXANDRO M. comparatio. (p) p. 287.
13) Sequitur p. 329. descriptio actus priuilegiorum 1623. publicatorum & p. 350. hanc excipiunt programmata uaria, numero XLVI. amplissimi Senatus Acad. iussu scripta a Virdungo, & denique p. 503. tres epistolae commendatitiae siue testimonia studiosis data hanc collectionem finiunt. (q)

Scri-

(o) Auctior prodiit sub titulo: Speculum Idololatriae nou-antiquae 1612. in 8. Norimb.
(p) Laudatur ualde haec oratio in Epist. Richteri p. 316. & 318.
(q) MORHOFII iudicium de his orationibus iam supra allegatum est in uita Piccarti, conferatur tamen Polyh. T. I. L. VI. Cap. III. §. 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Scripſit etiam noſter ad uarios clariſſimos uiros ugr. GRONOVIVM (r) GRVTERVM, GEORG. RICHTERVM & alios multas epiſtolas, quarum non paucas poſſidet inſignis Polyhiſtor GOTTOFR. THOMASIVS. (s)

INEDITA.

Notae in Plutarchi πολιτικὰ παραγγέλματα.
Notae in Florum, Tacitum, Eutropium & alios.

M. DANIEL SCHWENTER.

QVod de M. ANTONIO MVRETO ſcribit ERYTHRAEVS (a) *fuit ingenio in iaciendis ridiculis & ſalſis, alacri promtoque, adeo ut ante facetum dictum emiſſum, quam excogitatum ab eo, fuiſſe uideretur* &c. id iure meritoque de SCHWENTERO noſtro, Viro ſane longe eruditiſſimo, ſed feſtiuo & foecundo admodum ingenio, dici poterit, quod ex ipſo uitae laudabiliter alias actae decurſu & ſcriptorum recenſione luculentiſſime opinor, patebit. Oriundus hic fuit, Norimberga: quae excepit natum die ultimo Ianuarii A. C. clɔIɔLXXXV. Patrem habuit *Ioannem* (b) numeroſiori, ut uocant ibi, Senatui adſcriptum; Matrem uero *Barbaram*, natam *Koebeleriam*. Cum igitur in prima ſtatim puericia egregia de ſe praeclarae indolis praeberet indicia, parentes optimi eum domi primis inſtituendum elementis tradiderunt paedagogis. Quae cum mira apprehenderet celeritate, publicae commiſſus eſt inſtitutioni, ibique

 in

(r) Cuius Virdungus erat praeceptor, cum in Academia Altdorf. ſtudiis incumberet, uid. RICHTERI epiſtolae p. 566. & uita IOH. FRIED. GRONOVII Hamb. 1723. in 8. p. 2. § 4.

(s) Quas meis uidi oculis. Videri etiam de his poteſt Epiſtola ad M. ROD. MART. MICHELFVHRERVM data, quae eſt inſerta *acceſſionibus ad Biblioth. latentem Almeloueenii* p. 131. qua indicem exhibet illuſtris auctor manuſcriptorum codicum & epiſtolarum, quibus inſtructiſſima ipſius Bibliotheca eſt referta. Addatur quoque collectio epiſtolarum ſelectarum RICHTERI citata p. 117.

(a) In Pinacotheca p. m. 13.

(b) Natum 1520. in caſtello olim munito *Kelheim*, ubi patrem coluit *Eraſmum*, coriarium & conſulem dicti loci, qui uero A. 1540. d. 21. Febr. una cum filio unico uenit Norimbergam & religioni uerae nomen dedit.

Digitized by Google

fundamentis litterarum feliciter iactis, subinde *Solisbaci* maiores, qua in latinis, qua in Graecis, in celebri illo bonarum litterarum emporio progressus fecit; sed & Hebraicae linguae modicum ibidem tunc gustum hausit. Exinde puer undecennis consecutus est uirum immensa multarum linguarum scientia praeclarissimum ELIAM HVTTERVM, a quo ipsius S. Spiritus idiomatis pleniorem accepit cognitionem. Postea Anno clɔlɔcii. in hanc Academiam ab ILLVSTRI SCHOLARCHARVM ORDINE, orbatus parentibus, missus, & in numerum Alumnorum receptus est. Vbi linguae sacrae Mathesin, ductu IOH. PRAETORII, aliasque adiungens liberaliores artes, tantam in illis diligentiam adhibuit, ut elapso breui temporis spatio, (c) supremis Philosophiae honoribus dignus ab omnibus haberetur, & a plurimis ad Philologiam & Mathesin natus crederetur. Sed ut omnia SCHWENTERI nostri praematura erant, ita de laborum hactenus exantlatorum leuamine anno aetatis suae uigesimo iam cogitare coepit, & A. clɔlɔcvi. d. 11. Martii bonis auspiciis matrimonium iniit cum lectissima uirgine, *Magdalena*, CASPARIS FISCHERI, Ciuis Norimb. filia quae ipsa spatio septendecim annorum sexque insuper mensium patrem fecit X. liberorum. (d) Ea deinde A. clɔlɔcxxiii. d. 27. Octobris defuncta, sequenti anno clɔlɔcxxiv. d. 5. Aprilis duxit honestissimam uirginem *Mariam* GEORGII GRVBERI, maio-

(c) Magisterii honos ipsi tribuebatur ab ERNESTO SONERO A. 1610. cum iam erat Professor linguae sanctae.

(d) Quorum series haec est: 1) *Sigismundus Andreas* nat. 1606. d. 29. Novembr. Erat primum artis statuariae peritus, postea uiriorum Principum & statuum Imperii militarium operum Architectus. Obiit Baruthi 1674. d. 6. September.

2) *Aegidius Christianus*, nat. 1607. d. 4. December, tonsor factus in Vngaria.

3) *Susanna*, nat. 1609. d. 20. Maii, obiit 1611. d. 9. Iul. delapsa ex feneſtra.

4) *Ioach. Ernestus*, nat. 1610. d. 15. Octobr. den. d. 2. Iulii 1611.

5) *Ioh. Daniel*, nat. 1612. d. 10. Maii, factus Pastor Ettenstattensis, & XIII. liberorum pater.

6) *Wolfgang Albrecht*, nat. 1613. d. 19. Octobr. Pharmacopoeus obiit 1633.

7) *Balthasar*, nat 1615. d. 9 Martii Sartor Altdorf. & Senatus Membrum.

8) *Georgius*, nat. 1616. d. 18. Octobr. den 1617. d. 26. April.

9) *Barbara Magdalena*, nat. 1619. d. 24. December. *Georgii Koetenbeccii*, Vxor, obiit 1 50.

10) *Visula*, nat. 1623. d. 27. Octobr.

Digitized by Google

maioris, ut uocant, Senatus, membri filiam, cum qua undecim uixit annos sine offensa & iurgio, procreatis ex ea quinque filiis & una filiola. (e) Atque ita ex utroque matrimonio pater XVI. liberorum factus, dimidiam eorum partem superstitem reliquit, caeteros ad beatas illas sedes praemisit. Et haec ad priuatam b. defuncti uitam spectare uidebantur, ad publica nunc deuenio.

Anno nempe cIↃIↃcVIII, in locum fugitiui *Ottonis*, ad publicam ab Incluto Senatu Norimb. sanctae linguae solenniter euocatus est professionem, quam summa non tantum reuerentia suscepit spartam, sed & tanta cura industriaque sustinuit & ornauit, ut elapsis aliquot annis, qui linguas quoque alias, easque Orientales praecipuas, profiteretur, & curam atque tutelam Bibliothecae, (f) cum collegii inspectione gereret, dignum eum idem Senatus Illustris aestimauerit. Neque uero hoc satis erat. Maiores tanta uirtus requirebat honores. Quanquam enim illa sibi ipsi sufficiens hoc minime exigat, iure tamen expectat & oblatos admittit. Collegii Philosophici *Decanatus* quartum ei delatus, & supremo Vniuersitatis honore, *Rectoratu*, eo ipso anno, quo potentissimi Imperatoris FERDINANDI II. clementia Academia *Vniuersitatis* titulo ac priuilegiis donata & insignita fuit, decoratus est. Post quadriennium cIↃIↃcVIII. eidem *Mathematum* quoque Professio publica iuncta fuit, quam etiam eo laetiori animo accepit, quo certius ipsi constabat, summum honorem esse, succedere uiris qui admiranda sua doctrina im-

(e) Primus erat *Michael*, n. 1625. d. 20. Febr. ob. 1634. d. 16. December.
2) *Vistula*, nat. 1626. d. 5. Octobr. ob. 1630. d. 8. Iunii.
3) *Iacobus*, nat. 1631. d. 21. Martii, cuius uitam recenset *I. C. Wezel* in Hymnopoeographia P. III p. 145. ob. 1674. d. 6. April. aet. 43.
4) A. 1634. d. 22. Iulii puerulum in ipso puerperio extinctum.
5) A. 1636. d. 19. Ian. geminos accepit, qui uero una cum matre uitam cum morte commutarunt, quos altero statim die ipse pater est secutus. Posteri nonnulli ad hunc usque diem uiuunt *Ratisbonae* & *Halae Saxonum*.

(f) De priuata Schwenteri Bibliotheca IOH. AD. BERNHARD *in der Historie der Gelehrten* p. 585 hoc obseruat: *In der* Bibliothec *des* P. Schwenters *ist kein schmutzig Buch angetroffen worden; Er hatte auf eine sonderliche Art einen Hering* praeparirt, *welchen er mit einem Pulver bestrichen, mitten in die Stube gehenckt, darauf alle Fliegen, welche darauf zugeflogen, ihren Tod gebolet.*

Digitized by Google

mortalitate donati, in omnium adhuc ore uiunt perpetu
moria. Verum ne ſic quidem multiplici ſcientiae eius
ſed qui *Hebraicam, Chaldaicam, Syriacam* publice docel
uo eoque publico donatus erat praemio. A laudat
SENATV NORICO laurea ipſi decreta, & Magnific
Procancellario I. C, OELHAFIO, (g) demandatum, u
rum *trium linguarum Poetam* rite proclamaret & renu
hic admiranda uenit Viri modeſtia. Satis enim ſe hc
tum putans, hunc de nouo ſibi delatum tamdiu mo
donec admonitus, ne Senatus incluti, quem iam benig
nimium detrectando excideret gratia, illum coactus q
miſerit. De IOSEPHO SCALIGERO, illa magna m
aequae magnus prodit HEINSIVS, illum, cum in u
uerſaretur tempore, quo notiſſima illa ac nefanda ſub
ret laniena, adeo Hebraeis intentum ſedisſe litteris, ut
mitum, nec mulierum lamentationes audiuerit: Idem
falſi affirmare licet crimine, qui hoſtibus circumquaq
igne & ferro ſine mora agros depopulantibus, (h) nu
fragore, nullo ciuium militumque tumultu, nullo uxc
cidatos deplorantium eiulatu a ſtudiis ſe auocari ſuſti
guis intentus, uel tanquam alter Archimedes, circin
maticam deſcribens, de officio inter armorum ſtrep
adminiſtrando aſſidue cogitauit. Qui conatus mi
famam enim non per patriam aut circumiacentes ſolu
longe lateque de ſe ſparſit, & non inferioris ſolum
hominum peruenit notitiam, ſed & Viris Principibus
nibus ita ſe probauit, ut a quibusdam in familiarit.
fuerit admiſſus. Illuſtriſſimus ac Generoſus WOLF
GIVS, *Comes Caſtellenſis*, Geometriam cum arte mun
que loca Norimbergae ab illo didicit & tanta eum g

(g) Cuius uitam uide in uitis Procancellariorum Acad. Alt.
(h) Vide hac de re epiſtolam VIRDVNGI ad RICHTERVM p

ſecutus eſt, ut *Patris* cognomine ſalutare, nec raro menſae adhibere conſueuerit. Nobilem iuxta ac ſtrenuum Virum CHRISTIANVM a BELLYN, Serenisſimi olim Electoris Brandenburgici a legationibus, curru illum Altorphio Norimbergam transuehi curasſe, ut maiorem ab ipſo diſciplinarum Mathematicarum hauriret ſcientiam, e diariis Noſtri compertum habeo. Quo eodem tempore uicinae arcis, quae eſt in territorio Marchico, *Burkhanicae* tum Praefectum, CASP. GOTTOFR. SECKENDORFIVM, lecto affixum in rationibus computandis, agris dimetiendis, & aliis eiusdem doctrinae tanta inſtituit fidelitate, ut is non nudam ſolum harum rerum cognitionem perceperit, ſed etiam poſteaquam reualuiſſet, felicisſime exercuerit, ac *hoc ipſum* quod hodie in dictae arcis turri conſpicitur *ſolarium* propria manu confectum dederit. Iam uero, qui belli DVCES noſtrum non admirati ſolum, ſed & ſe ipſos acutisſimo eius ſubmittere ingenio minime dubitarunt? FVCHSIVS *Potentisſimi Regis Daniae legatus ſupremus*, cum librum iuris publici facturus eſſet, cenſurae prius iſtum Noſtro ſubiicere ac iudicium illius exquirere uoluit, optime ſane, ſi huius tulerit punctum, fore, ut ab aliis quoque probetur opus; ſin hoc, ſatis ſibi ab iſto uno probari iudicans. CLAVDIVS etiam HASTFER, ille *Regni Suecici* ingenio manuque Legatus fortisſimus, cum *Neagoram*, quae eſt in uicinia, defenderet, eamque uallis & propugnaculis munitum iret ualidioribus, nunquam non Noſtri utebatur opera, nec quicquam facile, niſi requiſito prius ſiue litteris ſiue uiua uoce coram illius conſilio, moliebatur. Illuſtrisſimi denique & eruditisſimi Principis, AVGVSTI, *Ducis Brunſuicenſis & Lüneburgenſis*, non licet ſilentio praeterire propenſisſimam uoluntatem, qua ita eum eſt amplexus, ut non ſecundis tantum eius per Legatum interesſe uoluerit nuptiis, ſed & haud exigui ponderis poculo aureo & torque cum appenſa, eiusdem materiae nummo inſculpta, ſua effigie, certisſimo beneuolentiae indice, donauerit. Poſtea uero litteris fauore & gratia plenis continue eum uiſitauit, ut quadraginta, ad annum ſaltem cIↃIↃcxxx, noſter acceperit. Ita neminem non inuitauit, imo rapuit in ſui amorem recta, ſimplici & ingenua uiuendi ratione. A. cIↃIↃcxxxiv

non

non ſolum ab Vniuerſitate *Wittebergenſi* ad capeſtendum Mathematum honeſto oblato ſalario fuit inuitatus ſtriſſimo & Celſiſſimo Principe ERNESTO, *Duce Vinar.* endam ſcholam Wirzburgenſem eodem tempore euoca que autem functionem, modeſte ſeſe excuſando, recuſ utut uirtus atque honos ad ſummam euehant felicitate tamen non poſſunt, nec quemquam aeternae illi, mund do dictae legi: *Moriendum cunctis*, eximere ualent. noſter hanc legem ſubire debuit, fruſtra eruditione tutes, fruſtra honores opponens. Cum athritide lactatus, ſed iam iam eam depugnaturus, maiori dol iuge, oppreſſus, unius ſaltem horulae interiecta interca tus eſt, ſicque d. 19. Ianuarii animam exhalauit, quae 18 diebus in anguſto corporis domicilio erat commor re annos 28. quibus noſter publice docendi munere fun candore, nil niſi ſapientiam atque prudentiam redolens, O uerum diuini & humani Iuris conſortium! O uera nec morte diſſoluendam uitae utriusque conſuetudine partus Gemellorum confecta doloribus, Maritus eam l *ſolui & cum Chriſto atque dulciſſima coniuge eſſe*, & uo ad tumulum eam comitatur. *Felices ergo ter & an Poeta* finio, *quos irrupta tenet copula: nec malis diuulſu prema citius ſoluet amor die.* Tu uero lector abi; Na φιλέντων,

EPITAPHIVM B. DEFVNCT
huius tenoris eſt,

D. M. S.

DANIEL SVVENTERVS HIC IACET. MI HVMANITVS ALIQVID EI CONTIGIT. TV E SVA IAM PERACTA; TVA MOX PERAGETVR F ES, FVIT. ERIS, QVOD EST. SED IMMORTAL DIDI! ANIMO ET DOCTRINA. ILLE COELO RE

Digitized by Google

ORBI SERVATA. QVOD TERRENVM FVIT, TERRA RECEPIT. VIXIT. VIVIT. QVOD HEIC SEPVLTVM, REDDITVM. GENTIVM IVS EST, QVOD ACCEPERIS REDDERE. ALIA OMNIA DE MORTE TRIVMPHANT. COELVM EXCOLVIT, NVNC INCOLIT. TERRAM DESCRIPSIT, AB EA NVNC CIRCVMSCRIBITVR DIVERSA LINGVARVM IDIOMATA PROTVLIT, DIVERSIS IN LINGVIS NVNC VIVIT ET PRAEDICATVR. ITA PLANE IN OMNIBVS IVSTVS, ITA BEATVS. QVOD DEDIT, RECIPIT. QVOD ACCEPIT, RESTITVIT. QVOD CONTEMPLATVS EST, CONSEQVITVR. TVVM NVNC EST VIATOR, MIRARI NON SORTEM SVVENTERI, SED MIRAM IN HIS OMNIBVS TALIONEM. ABI ET VIVE DVM LICET.

M. H. P.

IOHANN IACOBVS POEMERVS. (i)

SCRIPTA DANIELIS SCHWENTERI.

ORATIONES

Oratio de ſancto & magno nomine tetragrammato Iehouā, Anno 1608. habita & Norimb. impreſſa pl. 4ᵉ.

Oratio de opticae & perſpectiuae laudibus Alt. 161ſ. in renunciatione trium Magiſtrorum recitata pl. 4.

—— De Talmud Iudaeorum Anno 1623. Norimb 4 pl. 4.

—— Hebraica, quae extat in actu publicationis priuilegiorum Doctoralium Vniuerſ. Altdorf. A. 1624. in 4.

—— De pronunciatione litterae Thau Raphatae A. 1626. pl. 4. (k)

DISSERTATIONES.

Diſputationum Hebraicarum prima de uera & genuina conſonantium Hebraicorum pronunciatione. Alt. 1625. ℔. M. *Iob. Brardio.*

(i) Tantum ex concione funebri GE. KOENIGII ex adiecto programmate. u- & Oratione ultimi honoris ac obſeruantiae gratia habita Altorfi a IOH. IACOBO POEMERO, Norimbergenſi. Conferantur quoque *ſecundinae Mannichianae* ſiue M. IOH. MANNICHS, Senioris *im neuen Spital zum heil. Geiſt Nachklang, vvegen deß unverhofften, doch ſeel. Hintritts Herrn* M. Dan. Schventers, *gethan in Nürnberg den* 23. Jan 1636. 4. Anagrammata & elogia uaria uideantur apud SAVBERTVM & STYRZELIVM l. c.

(k) Annexa eſt huic orationi epiſtola graeca de prolatione Θ Graecorum.

Digitized by Google

Ventilatio Grammatica gemina: altera de pronunciatione uocalis Syriacae ﬠ; altera, an Syri diphthongos aghoſcant? cui accesſit genuina pronunciatio צֵ Kamez & Pathach Hebraeorum 1627. Alt. in 4.

OPVSCVLA ALIA.

1. Geometriae practicae nouae & auctae Libri V. Norimb. 1617. in 4. (l) uernaculo ſermone conſcripti.
2. Manipulus linguae ſanctae, ſiue lexicon Hebraeo-lat. ad formam Cubi Hutteriani adornatum Norimb 1628. in 16.
3. Tabulae ſinuum tangentium & ſecantium, additae Simonis Steuini *Bericht von* calculation *der* Tabularum Sinuum tangentium & ſecantium, cum praefatione, Norimb. 1628. in 12.
4. Deliciae Phyſico Mathematicae Norimb. 1636. in 4. 3. Alph. 4. plag. (m)
5. Tractatus IV. *darinnen* Camilli Rauertae *Erfindung aus einem Stand das Land zu meſſen verteutſcht iſt.* Norimb. 1641. in 4.

PSEVDONYMA ET ANONYMA.

1. Steganologia & Steganographia noua edita a *Reſene Gibʒonte Runeclus Hanedi*, Norimb. ſine anno & die in 8. (n)

Stega-

(l) Recuſi 1641. in 4. Norimb. & ibid. a GEORG ANDR BOECKLERO, qui auctiores edidit, Laudantur a Celeb. WOLFIO *in den Anfangs Gründen aller* Mathematiſcher *Wiſſenſchafften* Cap. II. p. 14. & hodiernum inter principes huius diſciplinae libros referuntur.

(m) Poſtea a generoſiſſimo PHILIPPO HARSDORFFERO duobus Tomis auctae. 10. Alph. pl. 8. Continentur in iisdem uaria ludicra, nonnulla utilia etiam ex *Arithmetica, Geometria, Stereometria, Muſica, Optica, Catoptrica, Aſtronomia, Aſtrologia, Gnomonica, & Thaumaropoetica, Statica, Mechanica, Pyrabolica, Pneumatica, Hydraulica, Arte ſcriptoria, Architectura & Chymia.* Ob iucundas utiliſſimasque uarii generis contemplationes & praxes in hoc opere comprehenſas librum hunc continuari publice intereſſe iudicauit illuſtris LEIBNITIVS in *arte combinatoria* A. 1690. edita p. 45. Maiorem ſelectum in ſimili ſcripto ſernat OZANAM, quod ſub titulo: *Recreations de Mathematique & de Phyſique, Paris 1696 in 8.* prodiit.

(n) i. e. per tranſpos. lit. *Daniel Schwenter Norimbergenſe.* Refutata eſt a M. LVD. HENR. HILLERO in myſterio artis Steganographicae nouiſſimo, Vlmae 1682. in 8. Alios plures huius artis ſcriptores adducit MORHOFIVS in Polyh. T. I. Cap. II. p. 723.

Digitized by Google

2. Steganologia & Steganographia aucta, per *Ianum Herculem de Sunde ſonſt* Reſene Gibronte Runeclus Hanedi *genannt, der* Magie naturalis *beſondrer Liebhaber*, Norimb. *in Verleguug Simon Halbmayers* in 8. pl. 20. (o)

3. Ludus ſcenicus *Petri Squentii* nomine notus (p)

INEDITA.

Congeſit colloquia Hebraica, de quibus, ut plenius conſtaret, M. RVD. MART. MEELFVHRER *in acceſſ. ad Bibliothecam latentem Almeeloueenii*, totam epiſtolam *Schvventeri* ſatis prolixam, ad Proauum *Ioh. Meelfvbrerum*, Abbatem Heilsbronnenſem ſcriptam p. 103. communicauit.

Tractatus de Epiſagmatis marginalibus, aliisque quae ad Textum Biblicum a Iudaeis ſunt addita. (q)

LEONHARDVS LEMMERMANN.

Hic Norimbergae, ſed neſcio, quo anno & die & quibus parentibus natus eſt. Anno cIↃIↃcVIII. menſe Ianuario tertiae claſſis praeceptor ius ſu SVPERIORVM factus, eodemque anno d. 14. Octobris *Margaretham*, CONRADI RICHTERI, ciuis Norimb. filiam, uxorem duxit. Anno uero cIↃIↃcXI, d. 22. Aprilis Scholae Xenodochianae

(o) Prolixe de hac aucta Steganographia diſſerit Celeb. WAGENSEILIVS in Exercit. ſuis uarii argumenti p. 59. non tamen p. 67. probat, quod etiam facit ERASMVS FRANCISCI *in der Ehre des Herzogthums Crayn* L. III. c. 28. Conf. PETRI DAHLMANNS *Schauplatz der* malquirten *und* demalquirten *Gelehrten* Lipſ. 1710. in 8. p. 117. & REIMMANNVS *in dem Verſuch einer Einleitung in die* H. L. P. III. L. II. Sect. III. p. 268.

(p) Canticorum, quos uocant, magiſtros perſtringit, eorumque inconditam poeſin. Et licet GRYPHII poematibus ſit annexus, non tamen GRYPHIVM, uti communis quondam erat eruditorum opinio, ſed SCHWENTERVM habet autorem. Poſſidet enim αὐτόγραφον uenerandus ſocer meus IOH. IAC. BAIERVS, Med. Prof. Alt. cui alia inedita adhuc comoedia addita eſt, *von* Seredin *und* Violandra non ſine riſu perlegenda. Eiusdem argumenti *Dramata Satyrica* ſub finem Libri adiecit CHRISTIAN WEIS *in ſeinen reiffen Gedancken*, Lipſ. 1682. in 8. conf. A. E. L. 1682. p. 366.

(q) Poſſeſſor huius MSSti eſt M. MICH. GOECHAEVS, Paſtor Endenbergenſis ditionis Noricae, bene meritus.

Digitized by Google

apud Norimbergenſes & Anno cIↃIↃcxvII. Sebaldinae Scholae Rector conſtitutus eſt, quo in officio A. 1637. peſte obiit, & una cum collega, Conrectore, uno die ſepultus eſt.

M. IOH. CASP. ODONTIVS.

MIOH. CASPAR ODONTIVS in lucem hanc editus A. cIↃIↃLxxx. Altdorfii. *Patrem* coluit M. CASPARVM ODONTIVM, matrem uero *Barbaram* natalibus *Staudneriam*, ut ex ſupra dictis iam clarum eſt. Quam primum uſus rationis exerere ſe cepit, parentes optimi pietatis ratione potiſſimum habita in bene educando erudiendoque filio hoc ſuo nulli perpercerunt ſedulitati & induſtriae, ſiquidem iis litteris imbuendus datus eſt, quibus formari ad humanitatem pueritia ſolet. Succeſſu autem temporis, cum non minori diligentia quam celeritate ad laudis metam contenderet & ſodalibus quaſi facem praeferret, e claſſibus ad publicum ordinem promotus eſt. Dici non poteſt quanta alacritate de nouo quaſi ſtudia ſit amplexus omnesque eo neruos intenderit, ut honeſta laborum praemia impetraret. Tandem adeptus quae optauit. Nam ab Amplisſimo Sapientium ordine Anno cIↃIↃc. non prima tantum laurea, quam Baccalaureatus gradum appellare conſueuerunt, ornabatur, (a) ſed A. cIↃIↃcIII. ſummi in Philoſophia honores aſſenſu aequiſſimorum diligentiae eenſorum ipſi tribuebantur. Sic nouus ipſi apertus eſt campus exercendae induſtriae, & cum incredibili arderet Matheſin addiſcendi deſiderio, (b) PRAETORII, incomparabilis Mathematici, ſpeciali manuductione uſus eſt, & Viri huius ductu tantos in hoc ſtudiorum genere fecit progreſſus, ut poſtea, fundamento hoc feliciter iacto, Pragae facillimam cum celeberrimis Mathematicis, praeſertim *Iob. Keplero*, trium Imperatorum RVDOLPHI II. MATTHIAE & FERDINANDI II. Mathematico inſigni, & poſt fata in elucubratis

(a) A NICOLAO TAVRELLO, una cum IOANNE BONIFACIO & SEBALDO ERNESTO, Norimbergenſi, prouti ex carmine gratulatorio innotuit.

(b) Theologiae uero etiam operam dedit & in ſuggeſtu ſacro non una uice pulchre ſtetit.

Digitized by Google

M. JOH. CASPAR ODONTIVS.
Norimbergensis
Primo Præceptor Classicus. deinde inferiorum
Mathematum Professor Publicus ab Aº 1612.
Nat. d. Aº 1580. Denat: d. 12 July Aº 1646.
W.P. Kilian del et sc.

Digitized by Google

Digitized by Google

cubratis ingenii sui monumentis superstite, (c) conuersandi licentiam nactus, ingentem structuram facili negotio imposuerit. Sic insigni eruditione locupletatus, A. cIↃIↃcxi. domum rediit, & primum praeceptor tertiae classis, Anno cIↃIↃcxxi. secundae, & A. cIↃIↃcxxiv. Mathematum inferiorum Professor legitime constitutus est. Indefesso hinc studio in id annisus est, ut Iuuentus Academica per omnes Matheseos partes ordine duceretur, unde fauorem omnium, tum propter egregios praeceptores, ex quorum scholis prodierat, tum suo merito, quoties prodibat docturus, in cathedram secum afferebat. Anno cIↃIↃcxix. bono omine duxerat *Barbaram Dorotheam*, M. PHILIPPI BERNBECKII, Archigrammatei Altdorfini filiam, deinde hac erepta *Rosinam*, MARTINI WOELCKERI, Pastoris Eschenbacensis, filiam sibi uitae torique sociam elegit, quae exoptatissimum ei fecit matrimonium, multaque prole utriusque sexus foecundum. (d) Plura de uita nostri addere opus non est, uixit enim semper, ut pium Christianum decet, quale nomen ad ultimum uitae halitum constantissime seruauit. Quo carior uero hoc nomine omnibus erat, eo acerbior fuit singulis inopinatus isque tristissimus de morte ipsius nuncius. Viderant collegae coniunctissimi Anno cIↃIↃcxxvi. d. 17. Iulii in nuptiis ancillae suae Odontium & domo sua

(c) In epistolis ad IOH. KEPPLERVM, Mathematicum Caesareum scriptis, insertis ad easdem responsionibus Kepplerianis, quas A. 1718. nitidissime in folio edidit Clariss. D. MICH. GOTTLIEB HANSCHIVS, (vid. A. E. L. Germ. P. XXV. p. 15.) nonnullae leguntur Epistolae Odontii ad Kepplerum & huius ad illum p. 293. usque 305. in quibus *Odontius* adhuc Pragae circa annum, cIↃIↃcv. uitam agens, Astronomica uaria proponit & de illis iudicium *Keppleri* sibi expetit, epistola uero clxxxiii. p. 303. animum offert beneficiorum memorem, quae in sum olim *Amanuensem* ubertim contulit *Kepplerus*. Hic uero in responsoriis humanissime semper tractat *Odontium*, de rebus altioris indaginis dubitantem informat, & quanta apud eum *Praetorii* sit autoritas, non uno exponit loco, praecipue epistola clxxxii. p. 299. haec habet uerba: *Et tua fidelitas & Domini Praetorii respectus extorserunt mihi responsum, quo in praesens rogo contenti sitis: quod tanto facilius a D. Praetorio impetrauero, si diligenter ipsum edocueris, quam sit Pragae nulla schola, σχολή, qualis Altdorfii, sed perpetua anxietas, & inquietudo.* Cur uero Kepplerus Epistola ccxvi. p. 362. ad SAMVELEM HAFENREFFERVM, Odontium uocauerit TRVNCVM NODOSVM, *quo ex concessu Norimbergensium usus sit, nunc Academiae suae Altdorfinae remiserit*, alii iudicent.

(d) Quorum tamen liberorum, nemo, quod sciam, paterni nominis famam propagauit.

Digitized by Google

ſanum & ſaluum in templum domumque nuptialem egreſſum; & audierunt paucas poſt horas in eandem ſuam domum illatum mortuum Scilicet haec eſt praerogatiua uitae humanae, *minime omnium tutum eſſe, ubi maxime oportebat.* In nuptiis & aliis conuiuiis honeſtis quis noſtrum de morte cogitat? At Deus in iisdem ſaepe nobis aurem uellit, ut moniti modeſtius agamus; & ſecundum Apoſtoli monitum 1. Cor. X. 31. πάντα εἰς δόξαν Θεῦ faciamus. Quid accidit noſtro? Dum occupatus eſt in eo, ut conuiuae nuptiales quam honeſtiſſime haberentur, antequam quidquam guſtaret, ſuperuenit illi catarrhus ſuffocatiuus, & intra ſex ſeptemue horas, anno aetatis 46. finem uiuendi illi facit. Abeant igitur in malam crucem & calumniare deſinant, qui ebrio hoc illi accideſſe affirmare non erubeſcunt. Teſtatus eſt tunc temporis totus conuiuantium ornatiſſimus conſeſſus, quin imo Medici adſtantes confirmarunt, ſymptomata omnia ſobrii potius & ieiuni fuiſſe, quam pranſi potiue. Quo magis repetere nos fas eſt illud, a Domino factum eſſe, quod factum eſſe memoriae traditum eſt. Nec defuere eius rei omnia, quae partim ipſe ὁ μακαρίτης uidit, partim a cognatis & amicis minime ſuperſtitioſis notata fuere. (e) Ceterum Epitaphium hocce beate defuncto ſcripſit Collega coniunctiſſimus *Georgius Noeslerus*:

Hac ait eſſe ſitus IAN-CASPAR
ODONTIVS urna,
Quod reliquum eſt, Hoſpes, publica
uerba cape.
VIR BONVS ET DOCTVS FVIT. O ex
ſimplici uero
Laudem! Et quae tandem gloria
maior erit?

SCRI-

(e) Ita enim loquitur b. GEORGIVS KOENIG in Oratione funebri: *Da er den Abend zuvor am Kränzbinden den Tanz zuſahe, ſchickte ihm GOtt gleichſam ein Vorbötlein, indem unter dem wuͤhrenden Reyhen, die Kerze von freyen Stücken ausgeloſchen, daraus er ſelbſt prognoſticiret, dieſes bedeute einen Tod. Ach leyder hat es ihm ſelbſt bedeutet! &c.*

Digitized by Google

SCRIPTA ODONTII SVNT SEQVENTIA.

1. *Schreib-Calender auf das Jahr 1617. geſtellt durch* I. C. Odontium, in Academia patria praeceptorem clasſicum & Aſtronomum.
2. κομητακειβογεαφία *d. i. Eigentl. Beſchreibung des im* Nou. & December *erſchienenen Cometen 1618. Jahr* I. C. *durch* M. I. C. Odontium. En CoMeta faX Irae DIVInae. *Nürnberg bey* Ioh. Lauer. A. 1619. 6. *Bogen.*
3. Epiſtolae uariae ad Kepplerum, de quibus ſupra nota (c) p. 125.

CHRISTIANVS SPECCIVS.

RENouo nunc memoriam Viri de Iuuentute ſcholaſtica praeclare meriti. Eſt hic CHRISTIANVS SPECCIVS cuius nomen ne tyronibus quidem ac rudibus in latinitate eſt ignotum. Annus natiuitatis, parentes & reliquae uitae circumſtantiae nos latent. Hoc tamen certum, obtinuiſe primum in Academia Altdorfina *depoſitoris* prouinciam, qua ſtatione A. clɔIɔcxi. d. 4. Aprilis M. CONRADI SCHRAMMII, Rectoris ſcholae Aegidianae apud Norimb. filiam in matrimonium duxit. Anno uero clɔIɔcxiii. Cal. Iulii quartae Claſis praeceptor factus, & mortuo GELLERO A. clɔIɔcxx. in ſecundam promotus, magna dexteritate ibi docuit. Tandem Anno clɔIɔcxxi. d. 27. Ian. in *Scholam Laurentianam* eſt uocatus, ibidemque exantlatis curis ſcholaſticis A. clɔIɔcxlii. placide in Domino obiit.

SCRIPTA SPECCII MVLTOTIES IMPRESSA SVNT SEQVENTIA.

M. CHRISTOPHORI SPECCII, Coll. Scholae Laurent. Praxis Declinationum conſiſtens in Exemplari illuſtratione Regularum Cardinalium Syntaxeos. *Oder gründlicher und deutlicher Unterricht wie man auf eine einfältige und gar leichte Manier die* Declinationes *und* Coniugationes *nach den Haupt-Reguln des* Syntax, *der Lehrbegierigen Iugend beybringen könne.* Norimb. 1633 in 8. pl. 5. Recentiſsime recus. 1716. *bey I. A. Endter.*

2) Altera

Digitized by Google

2) Altera Pars πραξεως Caluiſianae, cui annexus
citiorum Germanicorum, uſus Ianuae Latini
Das iſt neue Imitationes *oder teutſche* Argume
CALVISII Theſauro *und* Ianua Latinitatis g
gefügten Numeris *und* Titulis *vvie auch* Sente
ben, vvo ein iedes ſeinen Anfang und Ende neb
iede Phraſis Caluiſi, *vvelche im erſten Theil nicl*
den, abſonderlick zu finden iſt. Allen denen nüz
Latein ſchreiben üben vvollen. Durch M. Ch
cium Scholae Laurent. Colleg.

Vt prodeſt Praxis quam ſcripſi nupera uob
Sic prodeſt, Iuuenes, non minus iſte li
Gleichvvie mein erſt Praxis Nuz gab :
Alſo gebts hier auch nicht leer ab.

Nürnberg gedruckt bey Wolffgang Endter 1635.

3) Compendium Grammaticae, *oder kurzer Inl*
Grammatic, *aus des Herrn* PHILIPPI MELA
ſern Grammatica *zuſammen gezogen und in K*
Antvvort für die ſtudirende Iugend in Nürnbe
aber beſſers Verſtand und Nuzens vvillen in die
ſezet, durch M. CHRISTOPHORVM SPEC
rentianae Collegam.

An die Studirende Iugend.

Freut euch ihr Knaben, vveil ich begebr
Leicht zu machen, vvas s'vor vvar
Dis Buch lernt ihr iezt noch ſo g'ſchvvi
Weil ihrs in teutſcher Sprach auch fin

in 8vo Nürnberg bey und in Verlegung Wolffgang
Oratio de paupertatis incommodis. Norimb. 1

(g) Auctor in titulo ſtatim huius orationis ita de ſe loquitur:
Nobilis ut fiam poſt multa uorata pericla,
Paupertatis onus uendere triſte uolo.
Vendere ſi nequeo, ualeat mihi mille taler
Numulus in pera, ſic quoque diues ero.
Si neutrum fiet, peram tu fama replebis
Quae potior Gazis eſt, Arabumque bon

Digitized by Google



PETRVS SAXO,
Husumo Slesvicensis
Matheseos Professor Publicus in
Academia Altdorfina ab Aº 1617.
Nat: d. 16. Aug. Aº 1591. Denat: d. 16. Sept. 1625.

W. P. Kilian del. et sculpsit.

Digitized by Google

PETRVS SAXONIVS.

INter illos, qui ſtudia Mathematica excoluerunt non ſolum, ſumma fide atque induſtria in inclyta Academia Altdorfina doc non ultimum ſibi uindicat locum PETRVS SAXONIVS, ex p qua Holſata Dithmarſorum gente oriundus, & *Huſumi*, Gotto regiminis, quo loco Oſtreae magna copia capiuntur, A. cIↃIↃxcI Auguſti natus. Patrem habuit IACOBVM SAXONIVM, face & uerbi diuini miniſtrum de Eccleſia Huſumenſi praeclare meritum ſacri ſenatus aſſeſſorem ualde conſpicuum; matrem uero colu *ſtinam*, PETRI PAYNCKII, ciuis dicti loci filiam ornatiſſimam. eſt & auus, ipſiusque frater, quorum hic aliquam faciamus ment Prior enim PETRVS SAXONIVS, Senator fuit & praefectus Fle genſis; poſterior IOHANNES SAXO, (a) Doctor I. V. & collegi dralis Bremenſis Decanus, uirtute & eruditione ita inclaruit, ut Auguſtiſſ. Imperator Carolus V. iisdem commotus Anno cIↃIↃxLIV. tatis inſignibus illum ornare haud fuerit dedignatus. Sed ut ad *Petr* ſtrum redeamus a primis incunabulis ad ueram pietatem & optima c ſtudia fuit educatus,& parentes nihil in ſe deſiderari paſſi ſunt,quod lo modo ad excitandam & fouendam bonam indolem, quae in puerc bat, faceret.Hinc iactis fundamentis artium & linguarum idoneus fu tus,qui anno aetatis decimo octauo Lipſiam,omnis litteraturae elega ſedem, mitteretur, ut absque priuata manuductione ſtudia bene co plenam maturitatem redigeret. Et certe dici non poteſt, quant omnibus iis ſtudiis, quibus uera ſapientia continetur, profecerit. non ſolum ad eam Philoſophiae partem, quae eſt de moribus, q in diſserendi ſubtilitate & in naturae obſcuritate uerſatur, uerum quae in dimenſione corporum & acri rerum ſubtilium meditat demonſtratione conſiſtunt, incredibili animi motu ferebatur. Q pter ut maius hiſce ſtudiis accederet incrementum, anno cI

R

(a) Inueni etiam in ANDR. SENNERTI Athenis *Witteberg. p. 141.* IOH. SAX Holſatum, Philoſophiae Prof. qui floruit circa annum 1539. adeoque n idem uel ab hoc diſtinctus ſit cenſendus,

Digitized by Google

Altdorfium uenit (b) & inter ciues huius Academiae annos incomparabilem Mathematicum *Praetorium*, (cu dimus ampliorem uitae recenſionem,) publice priua ſumma aſſiduitate audiuit. Poſtea A. cIↃIↃcxIV ueni berrimi MICHAELIS MOESTLINI (c) amicitiam ita illius ac caeterorum collegarum ſuffragiis ipſi public thematicas tradendi diſciplinas poteſtas concederetu menſium ſpatio *Ingolſtadium* petiit, & poſt dimidii ar ſtra quoque Academia, permiſſu amplisſimi ordinis uatim docuit. Sed cum in Belgio florere potisſimun dia intellexisſet, neque impenſarum, neque itineris tionem habuit, & *Lugduni Batauorum* ut & *Groening* diorum incremento per quindecim menſes uixit. I quo fato, in aulam comitis Schvvarzburgici & Marcl uenit, eique a Secretis fuit. (d) Cum autem gen *Saxonium* eo neceſſitatis adigere conaretur, ut palam ſe adiungeret, ex conditione ſua abiit & *Altorphium* tempore, quo Academia haereſi, quae Photino primu hementer turbari coepit. (e) Hinc ſine dubio comi praeceptoris quondam ſui *Praetorii* factum eſt, ut geretur, mortuo autem A. cIↃIↃcxVII. d. 17. Septe Ornauit noſter primum inferiorum, poſtea ſuperi

(b) Prouti certior factus ſum ex libris ſtudioſorum.

(c) Cuius uitam uide in *uitis Prof. Tub.*

(d) Teſtatur hoc THEODORVS SIMON in dedic tione ad *falſis & Idololatria religionis Pontificiae, qua ſiu e Papatu* Lugd. Batau. 1631. in 8. Mentionem ibi facit cuiusdam quem *auunculum* uocat, nomen ipſum uero non exprim in Annalibus nullum inuenire potui hoc tempore ad exti uocatum. Quapropter cum omnes circumſtantiae a *Sim* ſuum atque populares *Saxonium* quadrare, intellexerim, bita di cauſa, quo minus hanc notabilem uitae circumſta ferrem.

(e) Et hae etiam rationes temporum cum hiſtoria Socinian uentaret, agitati & propagati, ut uerba habent Simonis,

Digitized by Google

er ciues huius Academiae receptus pe
hematicum *Praetorium*, (cuius supra m
ecenſionem,) publice priuatimque doc
. Poſtea A. cIↃIↃCXIV uenit Tubingam &
ESTLINI (c) amicitiam ita ſibi conciliau
parum ſuffragiis ipſi publice priuatimq
linas poteſtas concederetur. Elapſo
m petiit, & poſt dimidii anni decurſum
missu amplisſimi ordinis Philoſophici
n Belgio florere potisſimum Mathesin
penſarum, neque itineris ſatis longi
Batauorum ut & *Groeningae* cum inde
hindecim menſes uixit. Redux inde
s Schwarzburgici & Marckſchenfeldensis
it. (d) Cum autem generoſus hic C
ligere conaretur, ut palam Romanae
ne ſua abiit & *Altorphium* uenit, eo
ereſi, quae Photino primum debet ori
e) Hinc ſine dubio commendatione ſu
Praetorii factum eſt, ut ei decreto
. cIↃIↃCXVII. d. 17. Septembr. ſubli
feriorum, poſtea ſuperiorum Mathe

ſpartam (f) per annos octo ita, ut tam ordini ill ampl ſtimo, t
triae, cuius erat amantisſimus, ſplendori fuerit. Adeo enim in
ſparta ſe gesſit & litterarum cupidos in ſui admirationem traxit, u
ti adoleſcentes nobiles diſciplinae ad eum cauſa concurrerent, in
inſtituendis omnem locabat operam, non aliam laborum ſuor
laudis & gloriae, expetens mercedem. Inde fiebat, ut diſcentes p
ciae & Galliae oras ſingularem eius docendi peritiam diuulgarent,
que parta nominis fama ſine dubio ſplendidisſimum Galliae Le
WOLFFGANGVM HOFFMANNVM permouit, ut noſtrum, c
ſet in uicinia, ſpectabili comitatu uiſitauerit & per aliquot ſept
inter amoenisſima colloquia, hic loci permanere non recuſauerit.
ſilentio practereundum eſſe arbitror, Saxonium inter primos macu
ſolarium obſeruatores (g) fuiſſe, utpote qui macularum ſitum,
figuram, magnitudinem, ordinem, interitum, reuolutiones ac pe
poſteritati luculenter transmiſit. (h) Domeſticam quod attinet S
uitam, A. cIↃIↃCXXII. d. 16. Septembris tori ſociam elegit, *Sabinam*
bi Koechels, ciuis & numeroſioris Senatus Adiuncti Norimb. filian
qua transegit uitam pacificam, non tamen prole foecundam.
& ſanctimoniae uitae maxime ſtudebat, uiuebat frugaliter, absq
men ſordibus, & inter domeſticos ſuos parietes clauſus, memor
illius: *nulli Te facias nimis ſodalem, gaudebis minus, minusue dolebis*

(f) Fuit *σύγχρονος* ac collega M. I. C. ODONTII qui docuit Mathematica i
Saxonius ſuperiora.

(g) Fuit nonnemo, teſte STVRMIO in Phyſ. Elect. Tomo II, p. 846. & 861.
primo macularum ſolarium obſeruatore Saxonium uenditare ſuſtinuit. At
ro GALILAEVM iam anno 1610. Patauii & CHRIST. SCHEINERVM
Ingolſtadii maculas in ſole notasſe, noſtrum uero A. 1617. id feciſe. certo ce

(h) Sunt hae obſeruationes aeri inciſae ſub hoc titulo: *maculae ſolares ex ſe*
ſeruationibus PETRI SAXONII, *Holſati, Altdorfii in Academia Norica factis*
gnif. Senatum inclytae Reipubl. Norimb. Schematis huius exemplum, ab EI
ante hac conſeruatum, mihi inſpicere datum eſt, ab Excell. IOH. HENRICO
LERO, Mathem. & Phyſ. Profeſſore in Acad. Alt. celeberrimo. Caeterum
ria inuentionis dimicantes auctores recenſet GE. PASCHIVS in inuentis nou-
p. 531. §. V. Exhibentur autem in citato ſchemate duodecim obſeruatione
Febr. usque ad 17. Martii in quibus totidem ſucceſſiue maculae in ſole uiſa
uallo 12. & 13. dierum ab uno margine ad alterum promotae, repraeſenta

Digitized by Google

ſima coeli ſpatia emetiebatur. Ex quo licet arguere rem humanis rebus animum. Incredibili etiam ferti in corporis doloribus perferendis, cuius patientiae e tuberatione toleranda ſpecimen dedit, quae illi circa bilem magnitudinem excreuerat. Maraſmo tandem clɔlɔcxxv. d. 16. Septembris, eo ipſo menſe & die, q nuptias celebrauerat, non ſine uxoris & totius Academ extremum uitae ſpiritum edidit. Tumulus huius his

Anno 1625. d. 16. Septembr. *verſchied der Ehr lehrte Herr* Peter Sax *von Helſtein, Ley hieſig* per. Mathemat. Prof. Ordinarius. (k)

SCRIPTA

Quantum mihi conſtat, ſi ſupra memoratam *ta larium* excipias, nulla ſuperſunt. Decreuera Mathematicos tractatus graecos, ſuis com ſtratos edere, ſi diuturniorem ipſi lucis uſura

IOHANNES KOBIVS

NAtione fuit Hilperhuſanus. Ab ILLVSTRI RVM ORDINE receptus fuit in locum M clɔlɔcxx. die 16. Octobris. Cum uero An Profeſsor ſit denominatus, plura de hoc uideri pot conſultorum, quas proxime cum orbe erudito cc C. G. SCHWARZIVS, in Acad. Altdorf. Mor. O celeberrimus.

(i) Confirmant haec, quae ſcripſi, uerba CASP. HOFMANN KIRCHMANNVM, inſerta *Epiſt. Gudianis* p. 307. ita *Nos cras, ſi uolet Deus, terrae mandabimus uirum egreg* NEM, *Holſatum, Mathematicum noſtrum. Hei mihi, q Vero publico bono! auſim affirmare, Europam noſtram (N in hoc, inquam, ſtudiorum genere. Obiit autem ille maxim ſimo tempore (in feruoribus canicularibus) ranae ipſius car*

(k) Tantum ex concione funebri & adiecto uitae curriculo 1626, in 4to ut & ex OMEISII Gloria Altdorfinae Ac

…r. Ex quo licet arguere altum a…
…m. Incredibili etiam fertur fuisse pa…
…rendis, cuius patientiae eximium in…
…men dedit, quae illi circa genitalia a…
…reuerat. Marasmo tandem consumtus …
…is, eo ipso mense & die, quo ante …
…me uxoris & totius Academiae luctu…
…didit. Tumulus huius his signatus …
…ptembr. verschied der Ehrenfest auf …
… Sax von Hilßheim, J. C. dieſiger Vniuerſi…
…ol. Ordinarius. (k)

SCRIPTA

…t, ſi ſupra memoratam tabulam manu…
…lia ſuperſunt. Decreuerat tamen nos…
…clatus graecos, ſuis commentationib…
…iturmiorem ipſi lucis uſuram concedi…

…ANNES KOBIVS.

…ſianus. Ab ILLVSTRI DNN. CHR…
…ceptus fuit in locum MICH. PICCA…
…Octobris. Cum uero Anno clɔlɔxv …
…plura de hoc uideri poterunt in uit…
…me cum orbe erudito communicabit, …
…Acad. Altdorf. Mor. Orat. & Poeſeo…

…verba CASP. HOFMANNI, qui in Epitaph…
…. Cadaveris p. 307. ita affectum loca…
…ne familiarius aurum egregium D. PETRO…
…ui reſtitui. Hei mihi, quam lubricus …
…rum. Europam noſtram (NB) hic tenet …
…e. Quis autem ille maritus, cuius ſecu…
…matribus) ramum ipſius carnarii &c.
…S. auctio vitae curriculo GEORGII KOBII
…l Gloria Altdorfinae Academiae.



PHILIPPVS CAROLI
Neoburgico – Palatinus.
Eloquentiæ et Historiarum
Professor publicus in Academia Alt-
dorfina ab Aº 1626. discessit Aº 1629.
Nat. *Denat. Aº 1639. in Austria.*
Wolfg. Philipp Kilian sculpsit

Digitized by Google

Digitized by Google

M. IOHANNES SCHAEFERVS.

COluit parentem IOHANNEM SCHAEFERVM, ciuem Rotenburgenſem. Vir erat non tantum diſciplinis Philoſophicis, ſed & Iure egregie inſtructus, eximieque doctus. Quo factum, ut primum Alumnorum & Oeconomiae Inſpector fuerit denominatus, quo ipſo officio optimi Gubernatoris laudem obtinuit. Poſtea A. cIↃIↃcxxi. d. 27. Ian. tertiae claſis praeceptor conſtitutus eſt, & eodem adhuc anno GEORGII MAVRITII filiam *Catharinam* uxorem duxit. Decanatum ſuſcepit A. cIↃIↃcxxvi. d. 30. Iunii; ſed cum paulo poſt in patriam uocatus ad officium ſyndicatus & I. V. D. d. 6. Nouembris declaratus eſſet, antequam actus promotionis celebraretur, munus Decani in manus uenerandi ſoceri reſignauit. Obiit in patria d. 6. Nouembris. A. C. cIↃIↃcxxxii.

Scripſit Exercitationum Ethicarum ſpecimina XVI. iunctim edita in 4. 1620. 1. Alph. pl. 2.

PHILIPPVS CAROLVS.

QVod multi eruditorum cum religione, ut ita dicam, quaſi luſerint, & uel haec uel illa ſacra temere ſaepius asſumſerint, prout ſpes, uel maiora commoda, uel altiores dignitates conſequendi, eos impulerat (a) ſupra iam exemplo *Franckii* probatum dedi. Alterum nunc ſuppeditat PHILIPPVS CAROLVS, qui famam ingenii ſui praeſtantia partam (b) ſua tuta & malitioſa deſertione turpiter maculauit. Fuit nimirum, ut paucis multa dicam, *Franckio ſimilis & leuis*

(a) *Ambitionem* magnam uim in mutandis, aut perperam defendendis opinionibus habere poſſe exemplis multorum haereticorum docte probauit acutiſſimus Theologus Ienenſis b. BAIERVS in diſſert. *de ambitione haereſeos cauſa, Ienae 1692.*

(b) RICHTERVS in epiſtolis p. 186. Carolum uocat *uirum doctiſſimum & doctorem atque ductorem ſtudiorum egregium.* Sic etiam alibi *ob non contemnendas ingenii dotes & egregiam latinae & graecae linguae cognitionem* ualde laudatur.

Digitized by Google

transfuga. (c) Pater ipsi erat PAVLVS CAROLI, Secretarius Neoburgensis, Matrem ut uiduam grauiter ex paupertate & senecta laborantem, itemque patriam atque educationem his uerbis descripsit: (d) *Patria Neoburgum, quae multis in pueritia beneficiis uectigalem me sibi reddidit. Inde litterarum causa Lauingam perueni, emensus fere sexennium in illustri collegio*: Donec tales quales (ita Iesuitas uocatos memini) *reformationem plenis uelis in pomeria inuexerunt. Quanta tum fuga bonarum mentium? Augustam mibi mox animus festinabat, quae ob multa praestita commoda latum sibi apud me memoriae spatium constituit. Quadriennium nunc abiit, cum inde Altdorfium me recepi* (e) *ubi adhuc, Dei munere, modicus incolatus. Quae quidem hoc nomine recenseo, ut nubem demam calumniis, quae me Iesuiticae societatis discipulum arguerunt. Quodsi itaque Magnificis & Amplissimis Dn. Curatoribus gratiosis meis Mecaenatibus animus est, operam in hoc Collegio meam qualemcunque accensere, ecce offero me &c.* Sed longe aliam & ab hac plane diuersam uitae recensionem nobis reliquit in tractatu cui titulus est: *Antiquae fidei triumphus, Imp. Caes. Ferdinando II. Parenti publico, pio, perpetuo, Augusto, nuncupatus a* PHILIPPO CAROLO, *Exprofessore Altdorfino, quo scripto suum ab Augustana Confessione transitum ad SS. Romanam Ecclesiam uindicat, Linzii, cum facultate superiorum, excudebat Crispinus Voytlander, illustrium ordinum typographus, Anno salutis 1630. in 4. pl. 12.* (f) in quo statim ab initio haec leguntur uerba: *Natus*

(c) IOH. HENR. BOCRISIVS, Gymnasii Sueuophordiensis P. P. & Conrector olim meritissimus, duas *de doctis Apostatis* dissertationes A. 1700. euulgauit, in quarum prima p. 15. Carolum quoque inter Apostatas iure numerat.

(d) Conferantur GE. RICHTERI *Epistolae selectiores* p. 379. & 380.

(e) Et quidem ab initio studiorum gratia, ut patet ex ultimis uerbis Epistolae ad Richterum datae modo citatis, & reliquis ex *Antiquo fidei triumpho* allegatis.

(f) Ideam totius tractationis hanc praemisit auctor: Ingressus ad propositum ab ansis nostrae conuersionis, totumque negotium duobus Aphorismis comprehensum.

Aphorismo I. uerbum Dei sincere in sola Rom. Ecclesia sonare ostendimus, facta contentione uulgatae uersionis Bibliorum cum illa Lutheri, penitatis illustribus S. S. locis.

Coroll. I. Decretum S. S. Synodi Trid. de uulgata uersione commendatur.

Coroll. II. III. IV. laudatur eiusdem uersionis auctor & a criminationibus Nouatorum asseritur.

Digitized by Google

Natus igitur ego parentibus Lutheranis, Neoburgi ad Danubium inque ſcholis innutritus tyrocinio ſequi nihil, probare nihil uolui, quod M. Lutherum non oleret: quocunque ille veſtigia feciſſet, ibi uitam ibi ſalutem eſſe augurabar; nec mouit me, (fateor, & uelim non factum) illuſtre exemplum Sereniſſimi Principis mei ac Domini Domini WOLF. WILH. P. N. cuius tum Celſitudo ad eandem arcem ueritatis non modo prouinciis ſuis, ſed omni populo erranti, ſalutarem facem praeferebat, & uelut e ſpecula lumen, quod ſequerentur, oſtendebat. Et qui poteram aliter adoleſcens quem ueluti recentem adhuc teſtam unius odor Auguſtanae confeſſionis imbuerat? Romana Eccleſia tantis onerata contumeliis, tam atris coloribus depicta, ut in praeſentem Tartarum praecipitare crederetur, quisquis ei fidem & obedientiam ſuam addixiſſet. Quare Principum optimo dulciſſimaeque Patriae meae nihil cunctabandus ualedixi, paratus ire, quo me pedes ducerent. Commodaui tunc operam meam Patriciis Auguſtanis in paedagogico puluere: quo per Annum functus, Altdorfium me contuli in agro Norico, perſecuturus ſtudia, & cum ueteribus amicis, hoc eſt, libris & Auctoribus bonis in gratiam rediturus, a quorum ſignis interim temporis longiuſcule abfuiſſem. Ibi primum felici ſidere incidi in lectionem Controuerſiarum Roberti Bellarmini (uiri profecto incomparabilis, dignique, cui totus Theologorum ordo aurum quaſi coronarium conferat ad ſtatuam in Athenaeo locandum) cuius antea tenuem e fama guſtum hauſeram: ea lectione mirum quam fuerim recreatus! uere dicam, nix oculis meis credidi, cum omnia S. Romanae Eccleſiae dogmata uerbi diuini auctoritate, Sanctorum Patrum Conciliorumque teſtimoniis perpetuaque Eccleſiae praxi ex Hiſtoriis & regeſtis optimae fidei, & uetuſtiſſimae probitatis, roborata deprehendi. Coepi mox ire in alium habitum homi-

---

Coroll V. Nouarum translationum uanitas obiter notatur.

Aphoriſmo II. demonſtratur conſenſus orthodoxae antiquitatis cum doctrina Eccleſiae R. nudata Sectarum nouitate.

Coroll. I. depraedicamus Eccleſiae R. perpetuitatem,

Coroll. II. Rituum Catholicorum uetuſtas confirmatur,

Coroll. III Ponuntur in aperta luce fraudes Nouatorum in allegandis SS. Patrum teſtimoniis. Haec totius tractationis Sciagraphia eſt. *Ex ungue ergo Leonem.*

Digitized by Google

hominemque, & assiduis inter familiares (g) *concertationibus causam agere Catholicorum: quae res me in grauissimam inuidiam adduxit, ut me plerique studiosorum ceu malum aliquod auspicium uitarent, Senatus autem Academicus ad publicam recantationem serio adigeret.*(h) *Incesit plerosque suspicio, Iesuitam me illius Societatis esse, machinamentis* (ita loquebantur,) *gregi Lutherano tanquam clancularium seductorem immissum, quam inuidiam ne quidem in hanc diem amoliri fuit, cum in dies magis magisque hominum in me odia inflammarentur. Interim saepe mecum cogitabam, fieri potuisse, ut fallerer a Bellarmino acutissimo disputatore, aeui nondum satis nec satis iudicii ad tam grauem causam maturus: itaque aliquantisper ampliandum censui, deque necessariis praesidiis ad ueritatis inquisitionem duxi esse prospiciendum. Sic animum ad linguarum exactam cognitionem applicaui, ad quam tanquam Lydium lapidem, Biblicarum translationum omnes, ut ita dicam, monetas exigerem: addidi studium antiquitatis & Historiae Ecclesiasticae, quod mihi in ipsa Diuae illius angustissimae sacraria, fincere & fideliter praeluceret. Quo spectabant selectissimorum librorum illa scrinia, quae omnium mearum facultatum impendio ab aliquot annis conquisiui. Vnde studiorum nostrorum ea possidemus testimonia, quae apud cordatos uiros nonnullum spero beneuolentiae spatium inuenient, &c. &c.* Audiuimus hus usque L. B. Carolum de se ipso loquentem, tergiuersantem & in multis sibi contradicentem. Sed, ut ea explicem, quae exorsus sum, officii ratio postulat. Conciliauerat sibi per uarias blanditias *Carolus* fauorem & beneuolentiam GEORGII RICHTERI, (i) Procancellarii Magnifici, cuius auctoritate, qua polluit apud Senatum illustrem maxima, factum, ut A. cIↃIↃcxxii. Praeceptor & Director primae classis denominaretur, qua statione epistolas Ciceronis ad Atticum publice est interpretatus & de conscribendis epistolis institutionem desiderantibus dedit. Non multo post intercessione Collegarum

(g) Qui erant sacerdotes uicini, cum quibus quotidie in intimiore uiuebat conuersatione.

(h) Nec sine causa. Conscripserat enim tunc temporis tractatum *de religione*, quem hinc & inde diuulgauit, & inconstantiam animi satis prodidit. Purgauit equidem se pro uiribus coram senatu Academico, sed simulatam fuisse doctrinae professionem exitus docuit.

(i) Cuius uitam uide in uitis Procancellariorum p. 20.

Digitized by Google

rum quorundam Anno cIↃIↃCXXVIII. *Historiarum & Philologiae Professor extraordinarius*, sine omni tamen emolumento, factus est. Quam stationem ob praeclaram in Philologicis eruditionem atque doctrinam, ualde ornauit, suamque in Criticis & Antiquitatibus peritiam egregiis ingenii monumentis comprobatam dedit. Et licet minime hac sua laude sit defraudandus, in nemine tamen magis, quam in illo id esse uerum apparuit, quod dicitur de quibusdam, *nullam esse sapientiae uim tantam, in quam non aliquis stultitiae riuulus influat, cum eaque permisceatur.* Fuit enim homo mutabilis in horas & in quibusdam rebus propior stulto quam sapienti. Cuius rei licet plura dari possint argumenta, illud tantum numeratur inter prima, quod A. cIↃIↃCXXIX. insalutatis & Collegis & Patronis, quodque maximum, deserto hic uxore (k) ac liberis ad Pontificios miser concesserit, seroque cum Phrygibus fortasis sapiens, perfidiae, ut aiunt, uita duriter ducta miseriori eius exitu poenas dederit. Quae quidem hominis a fide nostra defectio & ad Pontificiam accesio mira tunc nemini ac inopinata accidit; cum crebrae ipsius ad P.P. Iesuitas excursiones, emansiones diutinae, uirulentae Doctorum nostrorum, maxime D. M. LVTHERI, reprehensiones, & acerrima Romanensium defensio, nihil portendere aliud uideretur. Aegrius ipsi nunquam fuit, quam cum cantionem in templo audiret: Serua Deus, uerbum tuum! *Erhalt uns Herr bey deinem Wort!* (l) Vocem cum psallentium choro nunquam copulauit; Sed uel *Senecam* suum, uel *Lipsium* uel *auctorem* euoluit *alium*, quem prurientes ipsius auriculae mallent audire. Solet haec esse multorum, qui eruditorum numero adscribuntur, consuetudo, ut peruersa plane ratione studiis humanis unice immersi, ad diuiniora aut nunquam, aut saltem superficiaria tantum ratione oculos flectant suos, unde non potest non diuini Numinis contemtus, uerbi Sacro San-

S cti

(k) Quam A. 1628. d. 8. Febr. duxerat, nomine *Susannam*, I. A. REMPOLTS M. D. & Phys. Norimb. uiduam, alii tamen uolunt fuisse natam *Stirniam*, ciuis Norici filiam.

(l) Ob hanc causam a D. *Goezio* in comment. *de odio Pontif. in hymnos eccles. Luth.* p. 8. inter Pontificios numeratur subtiliores, *qui Papatum aut Atheismum in corde fouent, ac Lutheranismum exterius simulant.* De controuersia circa cantionem hancce orta, uide I. C. WEZEL in *Hymnopoeographiae* P. II. p. 132 — 142.

cti uilipendium, & denique cordium induratio ſequi. (m) quam proh dolor! ſuo damno eſt expertus *Carolus* noſter, de cuius fede, quam ſibi poſt diſceſſum ſuum elegerat, nihil certi poteſt determinari. (n) Reuertiſſe enim alii in *Patriam*, alii *Pragam* uenisſe dicunt, quod poſterius eo credibilius mihi uidetur, quo certius conſtat, eum ad uitae dies a Ieſuitis, quos arctiſſima familiaritate ſibi habuit coniunctos, fuisſe ſuſtentatum. Obitus eius, qui menſe Nouembri A. cIↃIↃcxxxix *Viennae* intra medias animi anguſtias contigisſe fertur, nonniſi iis luctuoſus imprimis fuit, qui ob factam Apoſtaſiam una cum uita & fama animam etiam amiſiſſe querebantur. (o)

SCRIPTA CAROLI.

1) Triga Soloeciſmorum Politicorum in uicem declamatiunculae animi gratia concinnata 1622. 4. recus. 1640 & 51. pl. 3. (p)

2) Notae Philologicae ad trigam Soloecis. Pol. in laxamentum feriantis caniculae ſcriptae 1622. in 4. pl. 9.

3) Sceptrum Iudae ſeu diſſert. de Republ. Hebraeorum A. 1627. in 4. p. 6.

4) Criticus deſcriptus A. 1628. in 4. pl. 3. recuſ. 1640. Alt. cum abſolutis ad Atticum epiſtolis, A. Gelli Noctium Atticarum Scriptoris, Profeſſionem publicam aggrederetur.

5) Guſtus Philologiae ſacrae, quo paſſionis hiſtoria ex ritibus antiquitatis illuſtratur. Alt. 1628. & 1640. pl. 7. in 4. (q)

6) Nouarum lectionum prodromus Alt. 1629. in 4. pl. 2. rec. 1643.

7) Vari-

(m) Palchre de hac re diſſerit IEAN d'ESPAGNE error. popul. P. I. c. VI. & B. D. KORTHOLT, Hiſt. Eccleſ. p. 867.

(n) Ex ſupra citatis uerbis tamen patet *Linzium* Apoſtatae primam fuisſe ſedem.

(o) Caroli mentionem faciunt DIETERICVS P. I. Ant. Bibl. p. 184. CASP. SAGITTARIVS in Iuſtin. prooem. p. 9. DILHERRVS T. I. diſp. III. p. 37. OMEISIVS l. c. WENDLERVS in diſſ. de doctis Naturaliſtis, BVDDEVS in Lexico Vniuerſ.

(p) Accedunt in hac ultima editione copioſae notae in trigam ſoloecismorum & index. Conf. REIMMANNVS in H. L. Vol. V. p. 404.

(q) Iudicarunt ſtatim Collegae de hoc ſcripto 1) multa ab aliis inuenta ſibi attribuiſſe, 2) in unius alteriusue textus theologici explicatione a recepta & orthodoxa Theologorum opinione receſsiſſe, 3) multa ridicula immiſcuiſſe.

Digitized by Google

7) Variarum lectionum libri duo. Alt 1628. in 4. pl. 11. rec. 1643.
8) Antiquitates Romanae, Eccleſiaſticae, ciuiles, militares & Oeconomicae Francof. in 12. 1643. & Altenb. 1663. in 8.
9) Animaduerſiones hiſtoricae, Politicae, Philologicae in Q. Curtii Rufi de rebus geſtis Alexandri M. Libros X. queis diſſert. noua praemittitur de Curtio & rebus ad Curtium attinentibus, Norimb. 1661. in 12. pl. 9. (r)
10) Epiſtolae ad Richtherum, inſertae ſelectioribus epiſtolis Richteri, p. 379--385.

IN MANVSCRIPTO IACENT

1) Electa Attica. (s)
2) Bibliotheca Romana ſiue inſignium ſcriptorum clasſicorum & criticorum, quos habuit Latium, breuis recenſio, 1. Alph. pl. 2. in 4. (t)

(r) Recuſae ſunt ſub hoc titulo: PHILIPPI CAROLI Animaduerſiones Hiſtoricae, Philologicae & Criticae, in Noctes Atticas A. Gellii & Q. Curtii Hiſtoriam. Eiusdem Diſſertatio de Criticis praecedit, ac ſequitur index largiſſimus, 8. Norimbergae ſumtibus *Michaelis & Iob. Fried. Endterorum* 1663. 2. Alphabet. Conf. MOLLERI diſſert. *de Q. Curtio R. Alt. 1683.* & OMEISII *de Q. Curtii R. aetate* ibid 1683. Quod Curtius pueris ad imitandum non ſit proponendus oſtendit *Cl. M.* IAC. BRVCKERVS in *Miſcell. Lipſ. Tomo IX. p. 12.*

(s) Vid. M. RODOLPH. MEELFVRER in *acceſſionibus ad Almeloueenii Bibliothecam promiſſam & latentem p. 75.*

(t) Poſſedisſe olim Manuſcriptum hocce b. Omeiſium citatus MEELFVHRERVS ſcribit, nunc in multorum manibus eſt, & miris laudibus praedicatur a Cl. REIMMANNO, *in Introd. ad H. L. Part. III.* qui ſpeciminis loco Epilogum huius MSSti typis exſcriptum nobis dedit. Mihi nitidisſime deſcriptum oſtendebat Excell. IOH. DAV. KOELERVS. Elegantem utique ſeruat auctor ordinem & capite I generalia quaedam tradit de Plauto, Ildo de Plauti eiusque ſecura lectione agit, IIIio ſales inſigniores Plauti adducit, & denique cenſuram Plautinam addit. Eadem methodo *Ennium, Terentium, Lucretium, Catullum, Catonem, Varronem, Salluſtium, Ciceronem* & reliquos perluſtrat. Qui de praeſtantia huius Bibliothecae iudicium ferre uolet, euoluat, quaeſo, HENR. IVL. SCHEVRLII *Statuam Mercurii*, Helmſt. 1636. emiſſam & aliquoties recuſam. Quae enim *Scheurlius* habet integra partis alterius ſectione ſecunda, ea omnia iisdem non raro uerbis *Carolus* in ſua bibliotheca tradidit. Vt quae dixi exemplo corroborem, Plautina loca ex *Aulular. A. 1. Sc. 1. Bacchid. A. 2. Sc. 1. Moſtellar. A. 2. Sc. 1. & 12.* & reliqua, uterque iisdem rationum momentis ponderat. Ita Lucretium contra Quintiliani & Tullii cenſuras pari ratione defendit

Digitized by Google

Ab erudita manu indicem lucubrationum Philippi Caroli ita consignatam inueni.

THEOLOGVMENA.

Triumphus antiquae fidei.
Exercitationes in Psalmos.
Philologia sacra.
M. Lutherus testis ueritatis.

HISTORICA.

Historia Augusta rerum Ferdinandi II. Imper. una cum commentariis.

POLITICA.

Dissertationes in Politicam Lipsianam.
De principatu ad Serenisſ. Austr. Arch.
Obseruationes Historico-Politicae.

IVRIDICA.

Commentarius in titul. digestorum de iustitia & iure.
Instituta Iuris Iustinianei.
Paratitla in codicem Iustinianeum.

PHILOLOGVMENA.

Variarum lectionum libri uarii.

Obser-

uterque. Agellii quoque testimonio adducto, quod *Carolus* tanquam a se animaduersum affert, *Scheurlius* uero à praeceptoribus sibi monstratum fatetur. Denique ea omnia ac singula. quae de Philosophia Lucretii proposuit *ille*, *hic* pariter commentatus est. Dubium itaque nullum est, ex una eademque officina utramque Bibliothecam exiisse? at dictu tamen non est adeo facile, *quis falcem in alterius messem immiserit?* Ego ex collatione temporis ita iudicio. In recensione nimirum uitae *Scheurlii*, quae cum concione funebri Helmst. 1652. est expresla, celeberrimus hic uir perhibetur, Lipsiae edidisse *Statuam Mercurii*, cum ibi magistri legentis, quem uocant, titulo, commilitonibus collegia panderet, antequam ad spartam Professoris in alma Iulia ornandam inde fuerit euocatus, quod A. 1628. contigit. Non equidem recordor editionem *Statuae* mihi uisam uetustiorem illa, quam anno seculi septimi decimo sexto & trigesimo esse uulgatam dixi. Atque neque in illius dedicatione neque in praefatione ulla anterioris editionis uestigia deprehendere licuit, *Carolus* uero Altdorfii uixit A. 1624. ibidemque perstitit usque ad A. 1629. quo temporis spatio, praeter iam citata, hanc quoque Bibliothecam condidit. Petat ergo B. L. ex his circumstantiis quaestionis allatae resolutionem.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Obſeruationes latinae linguae.
De luctu publico commentarius in luctu D. Ferdinandi II.
Strigilis Grammatica. (u)
Obſeruationum Phyſicarum libri tres. (x)

M. IACOBVS BRVNO.

MIACOBVS BRVNO, Vir plurimis in noſtram Academiam meritis inſignis, quorum praeſtantiam non dicam exaequare dicendo, ſed aſſequi cogitando difficile eſt. Natus eſt d. 28. Iulii A. C. 1594. in oppido Roebel *ducatus Megaloburgici*, parentibus honeſtis, patre IOACHIMO *BRAVN*, (uel *BRVHN*) Matre ANNA. A. clɔIɔcVIII. miſſus eſt *Grabouium* ad materteram, uxorem IOACHIMI WACHATII ad iacienda pietatis atque litterarum fundamenta in ſchola illius oppidi triuiali, & triennio poſt *Parchimium*, eodemque anno *Suerinum*, tandemquem clɔIɔcxIII *Wiſmariam* eodem conſilio. Inde poſt triennium fauore DN. ERHARDI ELMHOFII & aliorum Patronorum *Roſtochium* miſſus, famulitiis uitam ſuſtentauit. Sed quia conditio uidebatur ſtudiis minus commoda, *Argentinam* uerſus iter inſtituens, *Coburgum* usque deductus, cum populares quosdam offendiſſet, biennium ibi commoratus, plurimum Reuerendo DN. CASP. TINCKIO Paedagogi operam in liberis erudiendis, ut fidelem, ita gratiſſimam praeſtitit: cuius & aliorum bonorum commendatione *Altdorfium* uenit clɔIɔcxIx d. xxIx Sept. ſimilique opera & ſimul beneficio menſae communis impetrato, ſtudiorum ſuorum curſum eo perduxit, ut clɔIɔcxxI Gradum Magiſterii, Decano M. GE. QVECCIO, antecesſore ipſius in hac ſparta, qua poſtea functus eſt, facile impetraret, tanta certe cum exiſtimatione, ut anno non integro poſt *inſpectio Alumnorum*, proximoque clɔIɔcxxIII *Vicariatus* in claſſe ipſi

(u) Methodo Scioppiana forſitan conſignata.
(x) Multa in hoc indice ſcriptorum ſunt, quorum uidendi copia mihi non eſt data. Quapropter affirmare non audeo, an ſint omnia in lucem publicam emiſſa, an quaedam inter illa ἀνεκδοτα? Nolui tamen reticere & hanc notitiam, qua certe opportunius nihil mihi potuiſſet accidere.

Digitized by Google

conncrederetur. A. cIↃIↃcxxIv inuitatus deſiderio mati obitum uidere geſtientis, in patriam iter ſuſcepit, & cun & amicos auiam centum prope annorum uegetam ad Altdorfium ad ſuam functionem rediit integram adhuc ſimo Magiſtratu & conſultisſimo t. t. Procancellario *Ren* Quam anno quarto poſt excepit Profeſſio publica *Et linguae* in locum ſupra nominati Queccii, pie tunc defu credita, & laudatisſime ad finem usque uitae miniſtrata. ro & extremum uitae periculum ipſi intentantem aduer re illo rediens offendit, febrim malignam, ſed euentu reſtitutae, quam adeptus, A. cIↃIↃcxxIv coniugium inii honeſtisſima *Barbara*, filia IOH. KNORRII, Typograph ſis, & *Barbarae* e familia VISCHERORVM, quae ipſi duorum filiorum, totidemque filiarum. (a) Filii erar loſophiae Magiſter & Paſtor in pago Norimb. Viſchbacl ſiae in *Regelsbach* & Vicarius in *Guſtenfelden* (b) & *Iac. Pan* Medicinae Doctor poſteaque Med.Prof. & Reip. Norimb. adſcriptus.(c) Curſus uitae quam laborioſus fuerit ad conit ctenus uidimus; imo nemo ſatis uidet,niſi fortunam ſimil nec in coniugio is multo fuit expeditior, quippe quod inci toti patriae calamitoſa,difficilima certe iis,quibus ſola uirtu Quibus inſuper accesſit malum quoddam non cum omnibu dum A. cIↃIↃcxxxII cum D. GE. NOLSLERO Medicin lega aliisque honeſtis utriusque ſexus a Croatis prop captus, & Neagoram non ſine mortis comminatione ab grandi λύτρῳ iterum ab ipſis liberatus fuit. A captiuita non minus quam ante, Profeſſoris officium fecit diligen mam usque ſolicitudinem induſtrii atque accurati. Hur legas & omnes, cum quibus conuerſandi occaſio offereb

(a) Obiit 1661. d. 25. Iunii.
(b) Nat. 1625. denatus 1692.
(c) De quo plura in Vitis Medicorum.

Digitized by Google

nomine dignus, qui filium Medicum haberet, quod ut pilulas (quemadmodum ille aiebat) ita ſimultates imo iniurias deglutiendas potius, quam maſticandas putauerit, pacem & concordiam quaeſiuerit, & ſtudioſiſſime ſectatus fuerit. Rectoratum Academiae ſemel, Decanatum facultatis ſuae quinquies cum laude adminiſtrauit. Quemadmodum uero per totum uitae ſpatium nihil praetermiſerat, quod ad excutienda Philoſophorum tum ueterum tum recentiorum placita facere poſſet; ita curae cordique noſtro id imprimis fuit, ne laborioſis & nihil profuturis doctrinis, quas nugas uulgo ſcholaſticas ſolemus appellare, addiſcendis, tempus, ut credebat, cum pudore conſumeret. Quapropter etiam diſcipulum asſiduum poſtea in officio ſucceſſorem, IOH. CONR. DVRRIVM, qui in SCOTI quoque σκοτεινα ſeſe abderet nugamenta, ſubtilesque has naenias plus iuſto exquireret, in uiam reuocauit, quae tempeſtiua obiurgatio, quam bene ceciderit, ipſe Durrius agnoſcit & epiſtolam a Brunone exarátam cum L. B. communicat. (d) Haec dum ſcribo non reticendum eſſe putaui, *Brunonem* noſtrum unius anni ſpatio XX. diſputationibus Centurias duas Aphorismorum Phyſicorum eruditorum uentilationi expoſuiſſe. Cum enim e re nonnullorum eſſe uidiſſet, ut praeter morum decus & pietatis exercitia doctrina naturalis, qua, Cicerone teſte, nihil dignius, nihil utilius, cognoſci poteſt, ipſis proponeretur, conſenſu Amplisſimi Collegii Philoſophici ἀκρόασιν ἐπιστημονικὴν ſecundum ſeriem & methodum Peripateticam inſtituere non dubitauit, tum ut petitis auditorum ſatisfaceret, tum, ut ſuam ſuperioribus peritiam re ipſa demonſtraret. Nihil de caetero magis eum male unquam habuit, quam ſi e numero ſtudioſorum quosdam uidit, qui fruges tantum conſumere nati, quique nec ſuo, nec alieno ingenio excitari poterant. *Mitto bos*, dicebat, *nec mearum uirium eſt, hoc Augiae ſtabulum purgare.* Et quis ager tam purgatus? quis hortus tam cultus? quae Respublica tam bene conſtituta? quae ſchola tam ſalutari doctrina referta? quae non ſuos habeat φαρμάκος καὶ καθάρματα? Natura hic ſuum retinet ingenium: Et Terra

(d) In Oratione de *Recond. Vet. Sap.* ſub auſpiciis Prof. Moral. 1654. recit. Conf. uitae Theol. p. 350. & 351. in uita *Durrii.*

Digitized by Google

Terra ſalutiferas herbas, eademque nocentes,
Nutrit, & urticae proxima ſaepe roſa eſt.

Sed ſatis hic de uita praeclare geſta; ad exitum il
Paucis nempe diebus, poſtquam filius *Iac. Pancratius*,
creatus eſſet, febri quadam ſcorbutica tentatus, cum ir
lore & uirium iactura, ita, ut ad bimeſtre officio publ
ſet, induſtria tamen & ſolertia filii & Medici collegae,
eſt, ſed breui poſt calculi renum dolore ſubito obrutu
tus ſuſtinuit. Cum uero & hic impetus ſedatus puta
poſt ex uehementiſſima diſtillatione pituitae putreſce
cta, primo ſingultu moleſtiſſimo, mox lethargo corre
habuit, donec tandem d. 17. Martii, poſteaquam die p
naxi uſus fuerat, & continuas preces atque ſuſpiria ad
ter quae ſaepius repetebat: *Chriſti paſſio & uulnera, anir*
hora III. A.C. clolocLIV. aet. LIX. placide obdormiret.
inclaruit, ordine chronologico collocata, haec ſunt:

ORATIONES IMPRESSAE.

1) Oratio de cauſis politiori litteraturae ruinam
bita 1622. Id. Octobris.
2) —— de Lenocinio Socratico habita 1628. qu
lis ad Profeſſionem Ethices & Graecae lingua
3) —— de Philoſophorum Gazis in renunciatic
rum 1633. habita, acceſſit Epiſtola D. *Georgii*
Koenigium, qui rogatus abſentis D. Procance
officium in ſe ſuſceperat.
4) Oratio de uita & obitu *Georgii Pauli Nützelii*

DISSERTATIONES A BRVNONE ALVMNC
CORVM INSPECTORE (e) HABI

De loco ſub praeſidio *Georgii Noesleri* habita 162

(e) In qua ſtatione ſub praeſidio *Georgii Koenigii*, diſputationem
ditorum examini ſubiecit.

Digitized by Google

Aphorismorum Physicorum Centuriae duae Disputationibus XX. A. 1623. absolutae & eodem anno iunctim editae in 4to. Sunt uero huius argumenti:

1. De natura Physices per definitionem, ℞. *Ge. Eberlein*, Norimbergensi.
2. De natura Physices per diuisionem, ℞. *Burckh. Baumgartner*, Neida-Franco.
3. De primis corporum nat. principiis, ℞. *Andr. Kesselio*, Bettensid. Norico.
4. De natura, ℞. *Iob. Gabr. Müllero*, Alfeldo-Norico.
5. De causis in genere, & in specie de causis per se, ℞. *Ge. Schirmero*, Norimbergensi.
6. De causis per accidens, ut sunt fortuna & casus, ℞. *Ioach. Mechonio*, Ascanien si-Saxone.
7. De motu in genere, ℞. *Iob. Nedtero*, Norimberg.
8. De infinito, ℞. *Iob. Alberto*, Kedvvicensi-Franco.
9. De loco & uacuo, ℞. *Iob. Reutero*, Norimbergensi.
10. De tempore, ℞. *Mart. Mannio*, Loburgensi Saxone.
11. De motu in specie & primo motore, ℞. *Iob. Andr. Hennickel*, Norimbergensi.
12. De mundo, ℞. *Alex. Doßt*, Norimbergensi.
13. De coelo, ℞. *Nic. Praetorio*, Hilperhusano-Franco.
14. De quatuor elementis, ℞. *Mich. Spaeth*, Fohrenbacensi-Norico.
15. De ortu & interitu rerum Physicarum, ℞. *Ge. Sigism. Dümblero*, Trubachensi-Franco.
16. De meteoris, ℞. *Iob. Luc. Ernesto*, Grundlacensi-Norico.
17. De mineralibus, ℞. *Materno Maiero*, Weisenburgo-Norico.
18. De communibus animalium differentiis, ℞. *Ioach. Rothkeppelio*, Palatino.
19. De anima in genere, & in specie de Intellectu hominis, ℞. *Marco Kraero*, Norimbergensi.
20. De affectionibus animalibus, ℞. *Iob. Leonh. Frischio*, Norimbergensi.

DISSERTATIONES SEPARATIM EDITAE.

Disputatio de Paedia Peripatetica, A. 1625. ℞.

Carolus paruus, siue tragico-comoedia noua 1626, in 8.

IN PROFESSIONE DEMANDATA EDIDIT.

Disput. de actionibus humanis, 1629. ℞. *Leonh. Eysser*, Norimbergensi.

De uirtutibus intellectualibus, 1629. ℞. *Wolf. Brunone*, Bohemo.

De amicitia, 1629. ℞. *Hier. Steyrer*, Norimbergensi.

De summo bono, 1629. ℞. *G. Segner*, Norimbergensi.

De origine & causa uirtutis moralis I. & II. 1631. ℞. *Petro Limburger*, Norimbergensi.

De liberalitate, 1631. ℞. *Ge. Rudorff*, Norimbergensi.

Trias problematum philosophicorum, 1632. ℞. *Iac. Petro Schechsio*, Norimbergensi.

Tetras probl. mor. de uirtutibus homileticis, 1632. ℞. *Fr. Welbamero*, Norimbergensi,

De fortitudine, 1632. ℞. *Ge. Hön*, Norimberg.

Πεντας quaestionum insignium, 1632. ℞. *Mich. Hornung*, Norimbergensi.

De amicitia decas prior & posterior quaest. 1633. *Leonh. Laemmermann*, Norimbergensi.

ΕΖΑΣ quaestionum Philosophicarum, 1633. ℞. *Iob. Heinr. Omeisio*, Norimbergensi.

Disp. nouem ad Lib. I. de officiis Ciceronis 1633. ℞.

De uirtute heroica, 1633. ℞. *Iob. Georg Alberti.*

De paedia peripatetica, 1634. ℞.

Quaestionum moralium ternio, 1637. ℞. *Iob. Fabricio*, Norimb.

Quaestionum miscell. quaternio, 1637. ℞. *Ad. Volckmanno*, Schoenbachio Bohemo.

De fortitudine & prudentia bellica, 1637. ℞.

De uirtute morali in genere, 1637. ℞. *Wolf. Iac. Müllero*, Norimbergensi.

De

De origine uirtutum moralium, 1640. ℞. *Iob. Iac. Widero*, Auſtrio.
Quaeſtionum circa amicitiam occurrentium nobiliorum pleias, 1641. ℞. *Petro Laur. Vrſino*, Viennens. Auſtrio.
De praecognitis doctrinae moralis 1643. ℞.
De ſummo hominis bono in uita ciuili 1643. ℞.
De uirtute in genere. ℞.
De actionibus moralibus. ℞.
De fortitudine & temperantia 1643. ℞
De liberalitate & magnificentia 1643. ℞.
De magnanimitate modeſtia & manſuetudine 1643. ℞.
De uirtutibus homileticis, 1643. ℞.
De iuſtitia & iure 1643. ℞.
De habitibus mentis 1643. ℞.
De uirtute heroica, continentia & tolerantia cum oppoſitis 1643. ℞.
De amicitia 1643. ℞.
De uoluptate & felicitate 1643. (f) ℞.
De uſu doctrinae ciuilis Ariſtotelicae I. & II. 1644. ℞. *Iob. Conr. Sachs* & *Chriſtoph. Ayrſchaettelio*, Norimbergenſibus.
De iuſtitia & iure, 1645. ℞. *Caſp. Deutero*, Linga-Rhoeto.
De conſcientia theſes, 1646. ℞. *Matth. Beckio*, Nordlingenſi.
De temperantia, 1647. ℞. *Iob. Georg. Kugelmanno*, Michelſtadia-Franco.
De homine, 1648. ℞. *Iob. Wilh. Geblero*, Gothano.
De affectibus in genere, 1649. ℞. *Chriſtoph Bonauentura Cotta*, Iſnacenſi.
De uirtute morali in genere; 1650. ℞. *Chriſtiano Schroetelio*, Norimbergenſi.
Triga quaeſtionum philoſ. 1651. ℞. *Henr. Adolph. Hoeffer*, Poſonio-Hungaro.
De ἀντακολουθησει uirtutum moral. 1652. ℞. *Iob. Ebe*, Norimbergenſi.

(f) Hae XIII. diſſert. iunctim ſunt editae eodem anno ſub tit. *Aphoriſmi morales Exercit. XIII. propoſiti.*

De Actionum humanarum principiis 1653. by. *Adolpho Iung*, Augusta-Vindelico.

A filio IAC. PANCRATIO e MSSto Parentis edita sunt sequentia scripta.

1) Speculum prudentiae moralis Aristotelicae, 1665. in 8. Alt.

2) Agapeti scheda regia praeceptorum de officio boni principis notis illustrata, 1669. in 8. pl. 16.

Epistolas ad *Richterum* dedit uarias, quas uide in Epist. selectioribus RICHTERI p. 356 --- 378.

IN MANVSCRIPTO IACENT

Institutiones morales A. 1649. in calamum dictatae.

Notae in Elegiam GREGORII NAZIANZENI 1650. conscriptae.

Comparatio Ethicae Christianae & Aristotelicae dictata annis 1644, 45, 46. (g)

Commentarius in Aristotelis Libros Nicomachicos cum dubiis nonnullis.

Comentarius in Libros Ciceronis tres de Officiis praelectus Anno 1633. (h)

Aphorismi 29. Historico-Politici priuatim dati a *M. Iacobo Brunone.* (i)

Lectiones Graecae in Agapeti admonitiones regias publicae dictatae pl. 12.

Lectiones Graecae in Homerum publice dictatae. pl. 16.

M. STEPHANVS BIERDVMPFEL.

NOn excludendus ex ordine praeceptorum classicorum M. STEPHANVS BIERDVMPFEL, Hylperhusanus. Patrem habuit *Nicolaum*, dicti loci ciuem. A. clIↃcxviii d. 31. Augusti Palaeco-

men

(g) Absoluitur hoc scriptum IV. libris: *primus* tractat de utriusque fine. *secundus* de conuenientia & differentia subiecti, hominis scilicet, ratione aptitudinis & ineptitudinis, *tertius* de comparatione uirtutum actionumque tum philosophicarum tum theologicarum, *quartus* denique de effectis, cognatis & oppositis utriusque felicitatis agit. Constat f. Alph. pl. 11.

(h) (i) Professor horum MSStorum erat praestantissimus ROTH-SCHOLZIVS, qui postea Bibliothecae publicae Alt. dono dedit.

Digitized by Google



JACOBVS TYDAEVS
Pyricenſis Pomeranus
Oratoriae et Poeſeos Profeſſor Publicus
in Academia Altdorfina ab Aº. 1633.
Nat d. 25. Iulii Aº. 1572 Denat. d. Aº. 1650.
Wolffg. Philipp Kilian ſc.

Digitized by Google

Digitized by Google

cem noſtram ingreſſum, & *Sigismundi Pauli* atque *Sigismundi Gabrielis* HOLZSCHVERI ſtudiorum Ephorum fuiſſe, ex tabulis publicis cognoui; atque hinc Norimbergae ſcholae alumnum antehac & forte ipſorum horum Patriciorum domeſticum praeceptorem extitiſſe coniicio. Anno cIↃIↃcxxIV die 2. Aug. quartae claſſis praeceptor fuit declaratus. Sequenti anno d. 25. Aprilis D. IAC. SCHOPPERI filiam, *Barbaram*, tori ſociam ſibi adiunxit. A. cIↃIↃcxxx creatus eſt *Paſtor Leimburgenſis*, ubi ſub initium A. cIↃIↃcxxxIII uitam cum morte commutauit. Plura non habeo recenſenda.

M. IACOBVS TYDAEVS.

MIACOBVS TYDAEVS, Vir litterarum Graecarum & Latinarum peritiſſimus, editus in lucem *Pyrizii Pomeraniae*, parentibus honeſtis *Patre* IOACHIMO TYDE, *Matre* VRSVLA *PENKVMERIN*, idque anno Chriſti cIↃIↃLxxII. d. 25. Iulii, Feſto S. Iacobi, cuius nomen cum S. S. Baptiſmo poſtridie natiuitatis conferendum ipſi adeoque IACOBVM uocari pii parentes uoluerunt. Aduerſariam ſtudiorum in ipſis incunabulis expertus, quae ſaepe laudatiſſimis magnorum ingeniorum conatibus obſtitit, paupertatem ſcilicet, uicit, adeoque ſuperior euaſit illo ALCIATI:

Ingenio poteram ſuperas euadere ad arces
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

Hunc uero, inquam, non depreſſit. Parentes enim quamuis pauperculi, mercenariis quippe operis uitam ſuſtentantes, *Scholae* ipſum admouerunt *patriae* primo, deinde *Stargardianae*, tribus a patria ipſius milliaribus ſitae: ubi in quartum usque annum moratus laudabiles in ſtudiis progreſſus fecit, quibus tanquam fundamentis fretus ad remotiora etiam loca uiſitanda animum appulit. Atque ut Poëta teſte *omne ſolum forti patria eſt*; ita ipſe expertus eſt, ne parentes quidem hoc eſt Patronos atque Mecaenates piis deeſſe, quamuis longe a parentibus abſint. Talium aliquot exempla tanquam non minora ſuae gratitudinis quam illorum beneficentiae monumenta noſter conſignauit. *Dreſdae* Patronum

Digitized by Google

inuenit *Dn.* M. TOBIAM SIMONIS, *Gothae*, *Dn.* WILKIVM, & hoſpitem GEORGIVM QVINTINVM Marchionatu Badenſi *Virum clariſſimum Dn.* CAROLVM RVM BAYERVM, *Gymnaſii ibidem Rectorem*, a quo etiam petrauit A. C. cIↃIↃxcI ut quoad ea quae talium ſcriptorum bent (probitatis in moribus, induſtriae & uberrimorum teris) ita hoc nomine honorificum, quod carmine eleg henſum & praeter auctorem *a uiro etiam pl. Reuere* VNGER, *Paſtore atque Superintendente Eccleſiae Phorcen* ſet. Plurimum autem debere ſeſe profeſſus eſt *Vniuerſita* tribus uicibus (ad alia interim loca cum diſcipulis ſibi tiatus) ſtudiorum cauſa uiſitauit, donec tandem Anno uno prius *Auguſtae* & altero *Linzii Auſtriae*, ut ipſe ret Vniuerſitatis Tubingenſis teſtimonium, *Grypsvvaldae* Rex puritiae (ut HORATIVS loquitur) ſimul profe qua parte conſumta; *Magiſterii* titulum quarto inter res loco obtinuit. *Linzium* inde reuerſus officio, qu concreditum ibi erat, in *informandis adoleſcentibus nob* xit, idque ad id usque tempus, quo exercitium pura abrogabatur, quod factum A. C. cIↃ IↃc. Breui autem *uinciali Hornenſi* infra Aniſum *Conrectoris* officium collatum eſt. Quo facto ad coniugalem etiam uita ducta in matrimonium *Virgine pudicisſima* CAECILIA SCHAVFFLERS, *ciuis & fabri cultrarii in Styria oppi* quidem apud ſponſae agnatos & cognatos, nuptiis ibi quoque cultum iuxta religionem noſtram, publ ſub iurisdictione *Perilluſtris & generoſisſimi Baronis* REINHARDI a *Starenberg*, celebrauit. Profectus mandatum ſibi munus perſecutus eſt a 1. die Iunii ad Calendas Oct. Anni cIↃIↃcIV, quibus uocationi o atque Senatorum Styrenſium obſecutus, *officium ſup* dem in ſchola ſuſcepit. Atque ut ipſius labores o.

Digitized by Google

erant; ita ipsi quoque tanquam optime contento sorte illa, mutatio functionis nulla in mentem uenerat. Sed, ut fieri amat, fama eruditionem & singularem eius in docenda iuuentute dexteritatem latere non est passa, quamuis uolentem: itaque effecit ut *prudentissimus Senatus oppidi Welsiani Styrensem* multum diuque sollicitaret, cederet ipsis hunc uirum qui scholam suam collapsam nouus *Rector* instauraret, oblatis ipsi quoque satis lautis pro hoc egregio labore conditionibus. Agnita itaque hic quoque diuina uocatione *Welsium* se contulit d. 14. Oct. A. C. cIↃIↃcxv atque ut cum laude non exigua officio illo functus est; ita honorifica & grata laborum ipsius redhostimenta omnem de mutanda hac conditione cogitationem uel per somnos excluserunt, donec huic proposito excutiendo non consilium sed necessitatem obiecit *edictum Caesareum* nouennio post Anno uidelicet cIↃIↃcxxiv in tota Austria tam inferiori quam superiori promulgatum, quo *omnibus Ecclesiarum & Scholarum orthodoxarum Doctoribus ac Magistris aqua & igni post diem inde octauum interdicebatur.* Dimittendus itaque erat, quod etiam factum, sed cum honorificentissimo Magistratus sui testimonio, quo accepto Danubii fluuio cum Coniuge sese committens, *Ratisbonam* uenit, & annuente supremo illius loci Magistratu, hiemem ibi egit, qua exacta d. 1. Maii Anni sequentis *huc Altdorfium*, & die sequente *Norimbergam* uenit, ubi *Prudentissimis Dominis Scholarchis* operam suam cum obtulisset, primo gratuitum Norimbergae habitandi locum, donec functio aliqua scholastica uacaret, & paulo post, die uidelicet xxii. Mensis Iunii promissionem de committenda ipsi *secundae classe* in Gymnasio, cum Vniuersitate nostra tunc coniuncto, accepit. De fixa itaque sede certus, cum uxore, quam interim Ratisbonae reliquerat d. xvi. Aug. inde profectus, die eiusdem xx. ad nos uenit, d. xxiii. eiusdem Sacramentum Senatui Academico dixit, atque ita *secundae classi* praefuit ad annum usque Seruatoris cIↃIↃcxxviii. ubi primae classi praefectus inde usque ad annum cIↃIↃcxxxiii, ubi ad Professionem Poetices & Oratoriae admotus est, quam non sine singulari industria, φιλοπονίᾳ & φιλανθρωπίᾳ ad finem usque uitae administrauit. Ad hunc autem antequam ueniamus,

mus, alia etiam, quae Viro huic, partim fecunda, partim aduerſa apud nos obtigerunt, commemoranda ſunt. Coniugem quo anno ad nos adduxit, eodem per mortem amiſit, die uidelicet XIV. Oct. Reſarciit tamen uulnus tranſitu ad uota ſecunda, cum *Virgine honeſtiſsima atque pudicisſima* VRSVLA, *filia* eius, cui poſtea in Profeſsione ſucceſsurus erat, uidelicet *Viri Clariſsimi atque Excellentiſsimi*, DN. GEORGII MAVRITII, *Poetices & Oratoriae Profeſsoris Publici*, nuptiis celebratis Die XVI. Ianuarii anni ſequentis & uiuente adhuc ſocero. Concredita interim huic eſt claſis prima; & anno inde ſeptimo, mortuo, cum Rectoratum gereret, ſocero, Profeſsio quam diximus publica. Huius anno ſecundo primum *Decani*, quarto *Rectoris*, quinto *itgrum Decani* officium non ſine laude geſsit. Tertius poſt hunc annus, qui erat ɔIↃIↃCXLIII, coniugi ipſius ſecundae fatalis fuit, d. XX. Maii extinctae. A cuius morte uiduam uitam egit (*tertii* Decanatus honore interim mactatus) ad annum usque ſalutis ɔIↃIↃCXLVII, cuius die XXV. Ian. nuptias celebrauit cum *matrona honeſtiſsima* MARGARITA SABINA, *Viri praeſtantiſsimi atque Doctiſsimi* DM. M. MELCHIORIS FERBERS, *Scholae oppidanae Cantoris* uidua, filia uero *Viri Clariſsimi atque Excellentiſsimi* DN. MICHAELIS VIRDVNGI, *Hiſtoriarum Politices & Eloquentiae* Profeſsoris publici, (a) ex qua filiolam ſuſcepit SVSANNAM SABINAM, A. C. ɔIↃIↃCXLIX. d. VII. Octobris. A. C. ɔIↃIↃCL *Decani officium quartum* & quarto inde, *quintum* idque ultimum ſuſcepit, quo clauſulam uitae piam & beatam impoſuit. Sed quid prolixi ſumus in uitae ipſius curſu permeando, cum nemo id melius uel multis uerbis poſsit quam ipſe paucisſimis fecit, eleganti epitaphio, (fuit enim ad decrepitam usque ſenectutem ad carmina ſcribenda adeo felix, ut ab ipſo non fingi, ſed ſponte quaſi fluere uiderentur) comprehenſis, quod ita habet:

Me POMERIS *genuit, docuit Charitina* TVBINGA
Et capiti impoſuit ſerta Magiſtra meo,
Auſtriacis pulſum terris ob dogma LVTHERI,
Suſcepit placido Pallas amica ſinu.

Atque

(k) Quae obiit A. 1657. d. 20. Martii.

Atque Profesſoris titulo decorauit honeſto
Clara PALAECOMES *qua iuga* NORIS *alit.*
Explicui interpres clarorum carmina uatum
Et linguae Auſtriacae ſcripta diſerta Patris
Porrexere meis aequas ſermonibus aures
Queis placuit Latii pura medulla ſalis.
Bis ſeptem *fractis poſt* luſtra *ago uiribus aeuum*
Bis ſexto *placide des mihi Chriſte mori.*

Hoc carmen fecit anno retro tertio ut & ipſe annotauit, & e uerſiculo ultimo ubi ad annum bis ſextilem, qualis tunc erat, uidetur alluſiſſe. Superſtes tamen fuit, ſatis, ad ultimum usque annum, colluctatus quaſi cum Aethnaeo illo ſenectutis onere, ut actus publicos tum Eccleſiaſticos, tum Academicos frequentare, & lectiones ſuae profeſſionis ſaltem domi, ſi foris non poſſet, obire, nonniſi ui morbi (laborauit autem interdum Podagra) adactus, deſineret. Dies diuini cultus publici ultimo ab ipſo peracti, erat Dominica, ut uocant, Iudica, qua ab aede ſacra domum reuerſus, tuſſi infeſtari coepit, ea tamen ſeſe impediri non paſſus, lectiones conſuetas domi pertexuit ad diem usque quintum, aIoue uulgo denominari ſolitum, qui lecto ipſum affixit; de nullo tamen dolore, ſed tantum de laſſitudine conqueſtum, uxorem moeſtam & ſolicitam interdum ſolatum, bono animo eſſet, nihil adhuc uideri a morte periculi. Mane etiam eius diei, quo obiit, filiolae preculas recitando praeiuit, & hymnum illum, *O Lamm GOttes unſchuldig* &c. cum ipſa cantillauit, ut ita mortem, ſi maxime paulatim immineret, adeo tamen propinquum eſſe nemo domeſticorum ſuſpicatus ſit. Sed ſi fidem unquam inuenit, hic ultro obuiam habuiſſe uidetur illud Euripidis: *σμικρὰ τὰ παλαιὰ σώματ' ἐνύζει βροτοῖς.* Eodem enim die, qui erat huius menſis decimus, ſub hora plenilunii (natus autem ipſe quoque eſt poſtridie plenilunii paucis gradibus a proxima Ecclipſi ſolis peracti) miſſa ab ipſo famula, quae ipſi miniſtrabat, (coniux enim, quamuis illius amantiſſima & ſtudioſiſſima, ob ualetudinem tamen quoque afflictam non aſſidue ipſi adeſſe poterat) in forum, allatum ſibi aliquid, cum reuerte-

retur, ἀποπλεξία aut simili casu subito interim extinctum inuenit. Tantum habuimus, quod de pie defuncto h. l. commemoraremus. (l)

SCRIPTA TYPIS IMPRESSA

Nulla plane a me uisa sunt. In MSSto tamen ad manus meas uenit *Commentarius in Artem Poëticam Horatii* A. 1645. absolutus pl. 10.

Commentarius in librum I & II. sermonum siue satyra Horatii, absolutus 1645. pl. 15.

Commentarius in septem Verrinas Ciceronis Orationes publice ad calamum dictatus A. 1644. pl. 16.

Cl. Viri AVG. BVCHNERI ratio eloquentiae priuatis sectionibus monstrata, 1645. pl. 20.

Regulae, quibus artificiosae pronunciationis & actionis ratio continetur, ex CICERONE & QVINCTILIANO collectae 1645. pl. 4. in 4.

Ein unmaßgebl. Aufsaz, wie die Redner-Kunst durch beständige Vbung beyzubringen pl. 3. in 4.

Lectiones Graecae publice dictatae 1646. in 4. pl. 12.

Characteres Morum Virgiliani ex Lib. Aeneid petiti, 1. Alph. 18. plag.

M. MICHAEL KORN.

ERat ANTONII KORN, ciuis Leutenbergensis in comitatu Schvvarzenburgico, filius. A. clɔlɔcxxix praeceptor tertiae classis fuit constitutus, quo anno etiam medio Augusti *Mariam, Nicol. Rudorffs*, ciuis Norici filiam uxorem duxit. A. clɔlɔcxxxiii promotus est ad officium diaconatus Ecclesiae Aegidianae apud Norimbergenses, & A. clɔlɔcxxxvi ad D. Sebaldi uerbum diuinum praedicauit. Obiit d. 31. Maii A. clɔlɔclvi, aet. 56.

M. CA-

(l) Ex programmate funebri a MAVRITIO HOFFMANNO 1655. euulgato, Conf. OMEISII Gloria Altdorf. p. 94. & 173.

Digitized by Google

M. MICHAEL KORN.

Leutenbergensis Thuringus.

Primum praeceptor tertiae Classis Scholae Altdorf. A. 1629. postea Ecclesiae Egid. Noribergae Diaconus A. 1633. et denique Diaconus Sebaldinus.

Natus d. *A. 1600.* *Denatus d. 31. Maji 1658.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ABDIAS TREW
Onoldinus
Mathematum ab A.o 1636. et Physices ab A.o 1650.
Professor Publicus in Academia Altdorfina
Nat. d. 29 Jul. 1592. *Donat. Fer. II. Paschal. A.o 1669.*
Wilh. Philipp Kilian Chalcographus.

Digitized by Google

M. CAROLVS GOEPNER.

FVit hic IOHANNIS GOEPNERI, ciuis & mercatoris Norimb. filius. Receptus est in numerum praeceptorum clasicorum A. clɔlɔcxxx d. 8. Nouembris. Vxorem duxit eodem adhuc anno d. 29. Nouembris *Magdalenam*, SCHVRERI, ciuis Norimb. filiam natu maximam. Obiit clɔlɔcxxxii mense Nouembris, Norimbergae, qui mensis eum fecit praeceptorem, maritum & coelestis tandem patriae ciuem.

M. ABDIAS (a) TREVV.

MIseram hanc uitam auspicatus est in urbe splendidissima & serenissimae Domus Brandenburgicae Onoldinae sede uetusta, *Onolsbacum* dicta A. C. clɔlɔcvii d. 29. Iulii. Patrem coluit MICHAELEM TREVVIVM, scholae latinae oppidanae cantorem, & matrem *Otiliam*, M. MAGNI GALLI, Diaconi Feuchtvvangensis, filiam. Secundo die post, cum duci salutis Christo initiandus offerretur, rem sacram faciebat M. ABDIAS WICKNERVS, Seren. Dn. GEORGII FRIEDERICI, Marchionis Brandenburgici concionator aulicus, consiliarius ecclesiae & consistorii assessor. Tenerrima adhuc aetate A. clɔlɔcı cum patre *Heilsbronnam*, ubi ad conrectoratum (b) est uocatus, profectus, scholam, uti ibi uocant, germanicam, moderatore aliquo ex senioribus alumnis, frequentare coepit. Domi uero LEONH. FRISIO usus est, a quo simul in rudimentis latinae linguae quotidie fuit exercitatus, donec A. clɔlɔcvii tempore uerni examinis in Cantoris classem, quae infima erat earum, quae ad Gymnasium proprie pertinent, collocatus est. A. clɔlɔcxiv beneficio Alumnorum in Gymnasio Heilsbronnensi frui coepit, fratri suo (c) *VVittebergam* profecto, succedens, quod pro singulari beneficio datum erat parenti, quia

(a) Trevvium mutasse nomen *Gottschalck* in Obadiam erudite coniicit REIMMANNVS in H. L. P. III. p. 176.

(b) Factus denique Pastor *Rostallensis*, quo in officio Apoplexia in ipsa cathedra sacra 1620. d. 17. Nouembr. tentatus obiit.

(c) *Francisco*, qui Parenti in officio pastorali collega datus est, & obiit 1619. mense Septembri.

Digitized by Google

per uiginti annos in schola desudauit, cum alias in fundatione Gymnasii constitutum esset, ne duo fratres eodem beneficio fruerentur. Anno A. clɔIɔcxviii cum illustri stipendio VVittebergam uenit & publicos egregiosque ibi doctores magna industria audiuit, & tantos in bonis litteris fecit progressus, ut A. clɔIɔcxxi in promotione uema gradum magisterii magna cum gloria fuerit adeptus. Hoc publico diligentiae testimonio ornatus, anno sequenti in patriam reuersus, primam concionem a superioribus demandatam Onolsbaci fer. 6. post Dom. 8. Trinitatis habuit, deinde ordinatus & Heidenheimensi Ecclesiae pro substituto Parochiae, propter senectutem pastoris, anno aetatis 24. designatus est. Non multo post uero ad Diaconatum *Marckerlbacensem* rite rectcque uocatus, Anno clɔIɔcxxiii d. 6. Maii nuptias celebrauit cum ornatissima uirgine *Barbara*, GEORGII WESELII, Pastoris Gundelheimensis filia perdilecta. Quo sanctius hanc arctissimo foedere iunctam amabat, eo maiori luctu mortem eius prosequebatur, qua coniugium ipsius, quo decem liberorum parens factus, (d) dulce & tranquillum duodecim annis feliciter transactis, soluebatur. A. clɔIɔcxxv ad Rectoratum Scholae Onoldinae peruenit, quam uitae conditionem, multis semper difficultatibus obnoxiam, perpessam in ea iacturam charissimae uxoris, lenire studebat amplexibus nouis. Quapropter A. clɔIɔcxxxv ad secunda uota transiit & sibi despondendam curauit *Mariam Vrsulam*, SEBASTIANI GEYERI, Quaestoris Onoldini filiam, ex qua undecim libros susccpit. (e) Cum autem propter continuas irruptiones hostiles & alia mala bellica, quibus Marchionatus Onoldinus obruebatur, salariorum solutio a tempore satis longo fuisset retardata, ita, ut illi tres integri deberentur, A. clɔIɔcxxxv resignauit officium Rectoratus Onoldini, & quia fama perceperat, in *Acade-*

(d) Plerique horum liberorum in prima aetate sunt mortui: *Iohannes Adamus* autem ciuis academicus & Bibliopegus Altdorfii obiit 1716.

(e) Nominatim *Iob. Sebastianum*, *Georgium Matthiam*, *Mariam Magdalenam*, *Christophorum*, Pharmacopaeum postea Lauffensem, *Sigismundum*, Med. & Mathes. callentem & patris legere uestigia in Academia Tubingensi paratum, *Apolloniam*, demort. 1684. *Paulum*, defunctum 1649. *Iohannem Carolum*, apud fratrem arti Pharmaceuticae operam dantem, *Georgium Exuestum*, mercatorem, & *Iob. Georgium*, qui obiit 1655.

Digitized by Google

Academia Altdorfina Professionis loca uacare, impetrata dimissione nomen suum *Norimbergae* pro Professione, in quacunque parte Philosophiae esset, detulit. Cum uero eo adhuc anno nihil officiorum publicorum, quibus uideretur idoneus, uacaret, protractum est negotium ad annum usque clɔlɔcxxxvi quo die 30. Ianuarii Mathematum Professor constitutus est. Anno clɔlɔcl demandata est illi Professio Physica, cum priori Mathematica coniungenda, quae hactenus post WOEF. WALDVNGVM, Physicarum Quaestionum ab Anno clɔlɔcii usque ad annum clɔlɔcxxi. Professorem eximium, NICOLAO TAVRELLO, ERNESTO SONERO, & GEORGIO NOESLERO, Medicinae Professoribus celeberrimis, excolenda relinquebatur; quam denique excepit officium inspectoris beneficiariorum Noricorum A. clɔlɔcliv delatum. In his functionibus quantam adhibuerit diligentiam & curam, partim ex iterata uocatione ad Rectoratum Onoldinum, partim ex scriptis, quae erudito orbi nota sunt, apparet. Speciatim autem Vraniae studium sub eo caput erigere coeperat, quando munificentia & auspicio ILLVSTRIVM HVIVS ACADEMIAE CVRATORVM nouum Obseruatorium A. clɔlɔclvii erectum fuit in ea muri oppidani turricula, quae septentrionem respicit & a nostro *Trevvianae* nomen uulgo tulit; quod uero nunc sapienti consilio, & ex auctoritate ILLVSTRIS REIPVBLICAE NORICAE, generosissimi & prudentissimi DNN. CVRATORES, magnis sumtibus nouum prorsus, idque patulum, & idoneae amplitudinis, in supremo Collegii fastigio, ea parte, qua Austrum respicit, extruendum decreuerunt. (f) Videbat etiam Vir iste beatus nobilissimum Astronomiae studium omni tempore superstitiosis Astrologorum nugamentis esse contaminatum, quae res plerumque in ipsius huius scientiae coelestis dedecus & contemtum uergere solet; non cessauit ergò uirhic industrius huic quoque abusui pro uirili obuiam ire, scriptaque nonnulla, postea nominanda, uernacula edidit *de emendatione Astrologiae*, quibus artis huius nugamenta nimis aperte, in cuiusuis oculos incurrentia,

(f) Plura de antiquo & nouo Obseruatorio uide in Collegii experimentalis appendice. Excell. IOH. HEINR. MVLLERI, P. P. p. 265, 285.

Digitized by Google

reſecuit ab iis, quae qualicunque ueritatis aut probabilitatis ſpecie ſe commendarent. Sed ut ad reliqua ueniam, *Rectoratu* Vniuerſitatis Altorf. bis eſt functus, *Decanatu* ſexies & ſeptimo immortuus. Vir uere Chriſtianus Symbolum habuit ex Geneſ. XXII. deſumtum: *Dominus prouidebit!* cuius ſenſum ſequentibus ipſe diſtichis expreſſit:

Per uarios caſus per tot diſcrimina rerum
Prouidet electis optima fata Deus.
Durch Trübſal, Angſt und manches Leid
Schafft GOtt den Seinen manche Freud.

Mirifice quoque delectatus eſt loco ex 1. Cor. IV. v. 1 & 2. quae uerba, a IOH. MEELFVRERO, tum Abbate Heilsbrunnenſi, iuueni ualedicenti & VVittebergam abiturienti commendata, memoriae eius ſemper haerebant infixa.

Vt uero de uitae exitu tanti uiri quaedam dicam, nono demum ante obitum menſe, paralyſin linguae paſſo, ſubſecuti ſunt crebiores catarrhi, usque dum catarrhus calidiſſimus omnes uires fregit, ut ille diem ſupremum, quem nunquam metuit, inter preces obiret, & in Domino obdormiret feria 2. Paſchatos A. C. clɔIɔcLXIX aetatis 72. (g)

DISSERTATIONES ET ORATIONES EDITAE.

De uero & falſo, ſub praeſidio M. *Tob. Hermanni*, VVitteb. 1620.
De immobilitate terrae, 1636. ℔. *Georg Matthia Koenig*, Alt.
De influentiis coeleſtibus, 1639. ℔. *Melch. Ferbero*, Norimbergenſi.
De ſcientiis mathematicis, 1644. ℔. *Cornelio Brunone*, Altdorfino.
Quaeſtiones Aſtrologicae, 1645. ℔.
De natura muſicae, 1645. ℔.
De natura ſoni & auditus, ℔. *Mart. Iohannis*, Franco, 1645.
De cauſis conſonantiae, & diſſonantiae, 1648. ℔. *Ioh. Vito Stoll.*
Oratio inauguralis de mutua Phyſicae & Matheſeos connexione, habita d. 10, Octobris A. 1640. cum Profeſſionem Phyſicam, deinceps cum Mathematicis coniungendam, aggrederetur, in 4. pl. 3.

De

(g) ex programmate funebri & FREHERI Theatro uirorum eruditorum,

De origine formarum, 1651. ℞. *Iob. Iacobo Ludouici*, Coburgo-Franco.

Decas quaeſt. de coelo, 1652. ℞. *Paulo Drezel*, Norimbergenſi.

De mixtione, 1652. ℞. *Chriſtoph Roesnero*, Norimbergenſi.

Decas quaeſtionum de anima, 1653. ℞. *Adolpho Iung*, Auguſtano.

Oratio funebris dicta *Chriſt. Fürero*, 1653.

De anima, 1654. ℞. *Theodor. Weinſpergero*, Norimbergenſi.

De meteoris, 1654. ℞. *Ioh. Georg Huttelio*, Ratisb.

De generatione & corruptione, 1658. ℞. *Paul. Mart. Alberti*, Norimbergenſi.

De Elementis, 1658. ℞. *Wolfg. Schmidt*, Norimbergenſi.

De temperamento, 1659. ℞. *Henrico Gettelio*, Brunſvviga-Saxone.

De numero elementorum non binario ſed quaternario, 1661. ℞. *Andrea Zeltnero*, Altdorfino.

De diuiſione Monochordi 1662. ℞. *Tob. Gabriele Mayr*, Norimbergenſi. (h)

TRACTATVS VARII.

Ianitor Lycaei Muſici, Rotenb. 1635.

Manuale Geometriae Practicae ſ. Geometriſches *Handbüchlein von* Geometriſchen *Abriß, Abtheilung, Vervvandlung, Vergröſſerung und Verringerung Geometriſcher* Figuren, *und vvie ſolches in der* Aſtronomia, Compaſſ *machen, Land und Feldmeſſen, Bau und Büchſenmeiſterey*, Muſica *und Orgelmachen, mahlen und* uiſiren *ohne koſtbarlichen* apparat *ſonderbahrer* Inſtrumenten *nützlich zu gebrauchen. Gedruckt und verlegt zu Nürnberg bey Wolffgang Endter A.* 1636.

Aſtronomiae pars ſphaerica, Norimb. 1637. in 8. (i) pl. 10.

Com-

(h) Quarta nimirum haec eſt diſſertatio, pertinens ad illas tres, quas 1645. 48. de Muſica habuit auctor. Plura autem hac de materia peti poſſunt ex Compendio Harmonicae in Directorio Mathematico comprehenſo.

(i) Promiſit auctor in praefatione, ſe uelle reliquas Matheſeos partes ſimili methodo percurrere & ita integrum totius Philoſophiae, tum quoad integrales eius partes, tum quoad inſtrumentales diſciplinas, ſyſtema abſolutum dare.

Digitized by Google

Compendium Fortificationis *oder kurzer* Mathematiſcher *Unterricht von der* Fortification, Norimb. 1640. in 12. pl. 7. & figuris aeri inciſis.

Ingenieur *Stab, vvelcher leichtlich zuzurichten und mit ſich zu tragen, aber mit ſonderbahrem Vortheil in allen Stücken der* Mathematique *zugebrauchen &c.* Altdorff 1640. in 12. pl. 3. (k).

Diſcurs *von Grund und Verbeſſerung der* Aſtrologie, Norimb. 1641. in 4. 1. Alph. (l)

Unvorgreiffl. Bedencken von Vergleich und Verbeſſerung der Calender. Norimb. 1648. in 4. pl. 5.

Nucleus Aſtrologiae correctae, *oder Bericht von* Natiuitaet *ſtellen.* Norimb. 1651. in 4. pl. 13.

Aufrichtiges Bedencken über das Prognoſticon *Andreae Argoli* (m) *von Untergang des Römiſchen Reichs, die Oberherrſchaft des Türcken über Teutſchland und des eigentl. Jahrs des jüngſten Tages zu behaupten,* Alt. 1653. in 4. pl. 2. *zum andernmal aufgelegt, verbeſſert und mit einem Anhang vvider des* prognoſtici auctorem *vvie auch von dem jüngſt erſchienenen* Cometen *vermehrt.*

Endlicher Beſcheid auf die Hübneriſche unvvarhaffte Apologiam *und andere ungründliche Aufſchneidungen von den Finſterniſſen benanntlich deren A. 1654. den 2.* (12) Auguſti *erſcheinenden, vvie groß dieſelbe bey nahe mitten in Teutſchland, nahmentlich zu Nürnberg nach der beſten* Aſtronomorum Tabulis *und Meynungen komme und vvas ſie bedeute. Item von rechten* Mathematiſchen *Gebrauch und*

(k) REIMMANNVS l. c' p. 177. ita de noſtro loquitur: *Sein Andencken vvird ſo vvol vvegen anderer vvichtigen Urſachen als auch desvvegen bey den Gelehrten insgemein und bey den Erdmeſſern inſonderheit vvol in ſteter Blüte bleiben, vveil er ihnen gevvieſen, vvie ſie einen achtſeitigen* Ingenieur-*Stab zubereiten und auf denſelben faſt alles das jenige, vvas zu den* Mathematiſchen *Verrichtungen vonöthen iſt, demonſtriren ſollen.* Conferantur Generoſiſſimi HARSDOERFFERI Mathematiſche *Erquickſtunden* T. III. p. 170. probl. 16.

(l) Vid. WITTE, *Memor. Philoſ. Decad. 9. p. 543.*

(m) Latebat ſub nomine celeberrimi huius Vniuerſitatis Patauinae quondam Aſtronomi ISRAEL HVBNER, Schnebergenſis, qui A. 1652. uanum hocce ſcriptum edidit, & in hoc ſcripto ſolide refutatus eſt.

Digitized by Google

und Grund der Natiuitaet figuren, *und deren Aufrichtung und vvie grob ſich* Hübner *in dieſen allen verſchnitten, zur Nachricht denen, die ſich vor Aberglauben vvollen vvarnen laſſen. Altdorff* 1653. in 4. plag. 4. (n)

Obſeruationes *des* A. 1652. *erſchienenen* Cometen *ſamt Muthmaſſungen von deſſen Wirckung und Bedeutung mit Kupffern.* Norimb. 1653. in 4. pl. 2. (o)

Denckvvürdige Obſeruationes *von groſſen* conjunctionibus *und* oppoſitionibus, item *von der* Apogaeorum, Nodorum, Centrorum eccentrici ſolis *und dergleichen Bevvegungen, ſo vvol auch von neuen Sternen und* Cometen *&c.* Norimb. 1653. in 4. pl. 15.

Ableinung und Widerlegung der Aſtrologiae iudiciariae *und Aberglaubiſchen Calendermacher &c.* Augſp. 1654. in 4. pl. 12.

Phyſica Ariſtotelica. Norimb. 1656. in 12. pl. 10.

Directorium Mathematicum, ad cuius ductum & informationem tota Matheſis & omnes eiusdem partes, nominatim Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Geographia, Optica, Harmonica, Mechanica, methodice doceri & facile diſci poſſunt, typis Georg Hagen A. 1657. Alt. in 4. cum figuris aeneis, 1. Alph. pl. 15. (p)

Compendium compendiorum Aſtronomiae & Aſtrologiae Alt. 1660. in 4.

Gründlicher Bericht von dem, in dem Ende vervvichenen Ianuarii *alten, und Anfang des* Februarii *neuen* Calenders *erſchienenen* Cometen

X

(n) Continet hoc ſcriptum reſponſionem ad duo ſcripta ab *Hübnero* contra *Trevvii aufrichtiges Bedencken &c.* edita, quo partim nominis famam tueri, partim alios meliora docere ſtudet, & plura impoſterum non reſpoſurum his verbis ſignificat: *ich vverde mich erinnern vvas* Salomon *ſagt: antvvorte dem Narren nicht nach ſeiner Narrheit, damit du nicht ihm gleich vverdeſt.*

(o) Scripſit etiam de hoc cometa CASPAR MARCH, Med. D. & Mathem. Prof. Gryphisvvald. ſub. tit. *Anmerckungen und natürliche Gedancken von dem* 1652. *erſchienenen neuen Stern. Straſſund* in 4. 1653. pl. 5.

(p) Auctor hoc Directorium in tres libellos diuidit, in quorum primo continetur Arithmetica, in ſecundo Geometria practica, in tertio Aſtronomia, Geographia, Optica, Harmonica, Mechanica. Praemiſſa eſt praefatio S. R. I. M. DILHERRI, in qua malde commendat opuſculum hocce.

Digitized by Google

meten benantlich, vvas deſſen Ort, Lauf, Bedeutung betrifft. Norimb. in 4. bey Iohann Taubern A. 1661. 2½ Bogen und ¼ Blat Kupfer.

Defenſio Phyſicae Ariſtotelicae contra *Mich. Watſonium*, Alt. 1661. in 4. pl 3½. (q)

Epiſtola Elenchtica ad *Mich. Watſonium*, ſuper Phyſ. ſua Ariſt. & eius defenſione, Alt. 1662. 4. (r) pl. 2.

Diſſertatio de Cometis & uia lactea ad auditores Alt. 1662. in 4. pl. 4. in qua inter alia ardua illa & diu fruſtra agitata Quaeſtio tractatur: an & quomodo prouidentia diuina, & inde fluens bonorum angelorum auxilium, & contra malos praeſidium, cum influentiis Aſtrorum non modo in pure naturalibus, ſed etiam in contingentibus concurrat?

Methodus Genethliaca h. e. *Orduung und Nuz des* Natiuitaet *Stellens* Alt. 1663. in 4.

B. Canzlers ſumma Geometriae Practicae annotationibus aucta 1663. in 8. rec. 1673. in 8. 33. plag. Tab. 55. & A. 1718. cum auctario Celeb. *Ioh. Gabr. Doppelmaieri*, in quo modernae Geometriae Praxis accurate depingitur, 1. Alph. pl. 10. (s)

Aſtrologia Medica, quatuor diſputationibus comprehenſa & iunctim edita. Alt. 1663. in 4. (t) 1. Alph.

Teutſcher Courier *oder Abfertigung des alſo* titulirten *Engliſch-Holländiſchen Poſt-Reuters von der vermeinten groſſen* coniunction *des* 1. A.

(q) Depinxerat enim WATSONIVS in *Synopſi Philoſophiae* p. 417. & ſeq. *Treuirium*, ut infidum Phyſicae Ariſtotelicae ſcriptorem, quem uero conceptum a ſe amoliri in hac defenſione ſtudet.

(r) Continet haec epiſtola reſponſionem ad *diſſertationem Elenchticam* MICH. WATSONI de aliquot doctrinis Philoſophicis 1661. 8.

(s) Laudatur a Celeb. CHRIST. WOLFFIO *in den Anfangs Gründen aller Mathem. Wiſſenſchafften* C. II. de ſcriptoribus Geometriae practicae, p. 15.

(t) Quarum *prima* de abſurditatibus Aſtrologiae uulgaris, & contra de ueris coeleſtium in haec inferiora operationibus; *ſecunda* de reſpectu corporum nat. ad ſidera in ſe agentia in genere; *tertia* de homine eiusque affectionibus & potiſſimum morbis, quatenus ſideribus ſubiiciuntur; *quarta* de applicatione Aſtrologiae ad ipſam Medicinam & ſingulas eius partes agit.

Digitized by Google

1. A. 11. N. Decemb. *vervvichenen Jahres ſamt gründl. Bericht, vvas von der vvarhafften in dieſem 1663 Jahr groſſen* coniunction *zu halten ſey*, Altdorf. 1663. 4. pl. 3.

Gründl. Bericht von dem im Jahr 1664. und zu Anfang 1665. erſchienenen Cometen, Norimb. 1664. pl. 8.

Continuatio poſtillae Harmoniae Theologo-Iuridico-Politico-Philologicae D. G. C. Waltheri.

*Unmaßgeblich vorgeſchlagener Reichs-*Calender *auf das Jahr* P. C. N. *1667. in vvelchen neben den beyden bishero üblichen alt- und neuen Calendern, zugleich ein allgemeiner Feſt-Calender, d. i. eine Anleitung beygefüget vvird, vvie alle Feſt- und Feyertag des ganzen Jahrs ohne Nachtheil beyder Calender, auch ohne Verletzung der Gevviſſen und Kirchen-Ordnung in dem ganzen Römiſchen Reich &c. zugleich könnten gehalten vverden*, Lüneburg in 4. 1666. pl. 7.

Gründl. Calender-Kunſt in 2. Theil verfaßt, deren erſter von Vergleich der Calender, der andere von Verbeſſerung der Calender handelt. Lüneburg 1666. in 4. pl. 7.

Examen Theologico-Philoſophicum Hyperſophiae antibiblicae, Norimb. 1667. in 4. pl. 9. (u)

THEODORICVS HACKSPAN.

FVit hic primum ab A. CIↃIↃCXXXVI Hebraicae linguae Profeſſor, poſtea uero Anno CIↃIↃCLIV Theologicam Profeſſionem, praeter uotum ſibi oblatam, ſuſcepit. Quapropter uitam eius deſcriptam uide a ſumme reuerendo G. G. ZELTNERO, in uitis Theologorum Altdorf. p. 304.

(u) Diluit hoc examen eorum ſententias 1) qui negant aquas ſupra coeleſtes Moſaicas, 2) qui diluuium uniuerſale particulare faciunt; 3) qui motum ſolis & reliquorum ſiderum terrae tribuunt, cui addita eſt meditatio: *de genuina interpretatione vocis Hebraicae Rakia*, qua Moſes creationem & naturam coeli deſcripſit.

Digitized by Google

CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS. (a)

SPlendidum hocce Noricorum Parnasſi quondam ſidus (b) hac luce eſt politum in inclyta Altdorfina, copioſa artium diuinarum & humanarum ſede, A. C. cIↃIↃCXII d. 29 Decembris. Parentes & Maiores habuit genere & meritis commendabiles, Patrem WOLFGANGVM HENRICVM RVPERTVM, Perilluſtr. & generoſ. Dnn. A LEONSTEIN ET WERTHEIM Conſiliarium dexterrimum: Auum GEORGIVM RVPERTVM I. V. D. & Reipublicae Sueuofurtenſis Aduocatum: Matrem *Suſannam*, celeberrimi IOH. BVSENREVTII (c) filiam. Per hos religioſos Parentes, non corpus tantum, ſed & animum ſimilem noſter adeptus eſt, qui de recens nato maxime ſoliciti eum ſaluatori ſuo oblatum, ſacro ſancti baptismatis ablui undis curarunt, ſuſceptore illuſtri DN. CHRISTOPHORO ADAMO WENZELICH A SARAWITZ, Libero Barone in *Triſch*, ſtudiorum gratia hic locorum commorante. Cumque poſtea pater, ut nouis functionibus praeeſſet, Werthemium Francorum petiiſſet, ſecum adduxit filiolum & in ſcholam ibi miſit publicam, ubi annis undecim, moderatore Scholae huius ADAMO DRACONE, ſolida litterarum fundamenta poſuit, & progreſſus in ſtudiis fecit non contemnendos. Praematura interim morte extincto Parente, Muſae ipſius interitui proximae ad tumulum ſuum pleno gradu feſtinare uidebantur, quaſi iam eſſet conclamatum. Nihilominus tamen prouida mater Altdorfium repetiit d. 25. Aug. cIↃIↃCXXIV ut liberis de neceſſariis impenſis proſpiceret. Annuit benignior fortuna, & a uariis uictu & amictu libere ſunt excepti. In paterna itaque ſede conſtitutus, praeter ſtudia philoſophica,

(a) Diſtinguendus eſt a fratre TOBIA RVPERTO, qui fuit Eccleſiae Altdorfinae uicarius, & ſub praeſidio WEHMANNI de peccato in Spiritum Sanctum diſputauit 1637.

(b) Ita uocatur a M. IOH. DOPPERTO in Miſcell. Lipſ. T. III. p. 208. Contra a REINESIO *cunctator omnium maximus*, quia tam ſero reſpondebat amicis & nimium temporis impendebat laboribus ſuis, quod non obſeruauit M. IOH. CHRISTIANVS ERNESTI in ſuis diſſert. *de eruditorum cunctatione in componendis libris ad Fabii L. X. Cap. IV. Lipſ. 1717. 4.*

(c) De cuius uita & fatis uid. uitae Iurisconſultorum Altdorfinorum.

Digitized by Google

CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS
Altdorfinus
Historiarum et Oratoriae Professor Publicus
in Academia Altdorfina ab A.° 1698.

Nat. d. 29. Decembr. A.° 1612. *Denat. d. 27 Febr. 1667.*

W. P. Kilian Chalcographus

Digitized by Google

Digitized by Google

loſophica, quibus praeceptores habuit IAC. BRVNONEM & IAC. TYDAEVM, curae cordique illi erat unice ſtudium Hiſtoricum, ad quod eum IAC. GACKSTADIVS, Praeceptor priuatus fidelisſimus, cuius ſaepius honorificam mentionem fecit, incitauit. Anno cIↃIↃcxxvIII ſocietati Alumnorum, qui hodienum inſigni Incluti Senatus Norici munificentia aluntur, adſcriptus, inceptum ſtudium, feruentisſime proſecutus eſt, ad maiora conſilio Excell. DN. MICH. VIRDVNGI, Politices & Hiſtoriarum P. P. meritisſimi, grasſatus. Hic plane ſingulari amore diſcipulum amplexus, & ab haeſitante ſaepius per literas conſultus, lubens reſpondebat, errantemque in uiam reducebat. D. CASP. HOFMANNVS, quem Patrem ſemper fuit expertus, tanti eum fecit, ut mortuo ipſo, quem laudum praeconem deſiderauerat, ceu Darii mater, defuncto Alexandro, mori, quam uiuere maluerit. Ita enim deplorauit Rupertum ſuum:

Rupertus uoluit miſeram deſcribere uitam
HOFMANNI ſenis, ah! uita abit ipſe prior.

Sed ut ad ea, quae noſtrum commendant porro, redeam, non ſilentio praetereundum eſt, nominatum VIRDVNGVM ad DN. D. GEORG. RICHTERVM, huius Vniuerſitatis Procancellarium, qui ſemper Rupertum fouit & beneficiis cumulauit, litteras dediſſe, in quibus inter alia haec habentur uerba: *Si optio mihi daretur, neminem alium Succeſſorem nomino niſi Rupertum.* (d) Neque ſpes haec decollauit. Nam cum A. cIↃIↃcxxxvII humanis *Virdungus* ualedixiſſet, & ipſe RVPERTVS, praeſente ac iubente Magnif. DNN. SCHOLARCHARVM ordine, Praeceptori ſuo elegantisſima Oratione parentaſſet, non ſolum pro dedicatione munera accepit, ſed & Profeſſoria dignitas ad ipſum deuoluta eſt. Adſpirante igitur Deo poſt nouos honores Academicos ſolenniter collatos, impoſitum onus ſuſcepit & ſpartam ſuam ſine uitae ſocia aggreſſus eſt. Hoc ſtudium, hoc deliciſum unicum erat, ut eruditione ſua ſtudioſam Iuuentutem adiuare poſſet, quae ſemper eum & publice

(d) Vid. RICHTERI *epiſtolas ſelectiores*, p. 327. & 331.

Digitized by Google

& priuatim docentem, ut alterum parentem & incorruptum antiquitatis uindicem ſuſpexit. Nemo fere eſt principum hiſtoricorum, cui non aliquam lucem noſter ſit foeneratus. Placuit ipſi ante omnia hiſtoria uniuerſalis, qua ad finem cum magno auditorum emolumento perducta, hiſtoricos particulares eximiis notis illuſtrauit, & unus omnium, qui uixerunt, accuratiſſime expoſuit IVSTINVM, FLORVM, VELLEIVM, VALERIVM MAXIMVM &c. imo in omnibus ſcriptis, quorum infra dabitur deſignatio, nihil humile, nihil plebeium, nihil triuiale occurrit, ſed quae ad augendam eruditionem, ad amplificandam prudentiam, & ad honeſtius conformandos mores faciunt. In dicendo ad CICERONIS & DEMOSTHENIS opulentiam accesſit. In amoeniſſimo ſtudio Critico & Philologico lumina Reipubl. literariae, SCALIGEROS, HEINSIVM, LIPSIVM, BAVDIVM, MVRETVM & FREHERVM: in Graecis & Atticis leporibus HOMERVM, SOPHOCLEM & ISOCRATEM aemulatus eſt. Carmina, quae quotidianis diſcurſibus immiſcebat, tantam uenuſtatem, tantam ſententiarum grauitatem & dicendi maieſtatem ſpirabant, ut tonare & fulminare uiderentur. Hac admiranda ingenii dexteritate tantam eruditiſſimorum uirorum familiaritatem ſibi conciliauit, ut fama e Germanis limitibus, in *Italiam*, *Galliam* & *Belgium* auolarit. Summi ſcientiarum dictatores & Philologorum anteſignani TH. REINESIVS, MARC. AVR. SEVERINVS, CLAVD. SALMASIVS, IOH. RHODIVS, PETRVS SERVIVS, IOH. BAPT. DONIVS, CASP. FACIVS, IOH. FREINSHEMIVS & alii eum non ſolum amiciſſimum, ſed & ſecretorum capaciſſimum poſſederunt. Nihil ita celabant, cuius non conſcius eſſet RVPERTVS, nihil RVPERTVS celabat, quod tantos uiros lateret. Quo altior uero ſic ſol honorum ipſius ſtabat, eo minorem umbram proiiciebat. Non inflabat animum potentia, non efferebat honos, non aeſtuoſus faſtus abſorbebat. Omnis ambitio, omnis ſuſpicio, omnis ueſtium luxuria aberat, & deuotione nulli Theologorum ſecundus, quo nomine etiam omnibus gratus & perdilectus erat. Haec nonoſtri ad tumulum uia erat, quam rite calcauit. Tolerauit ab initio exquiſitos capitis dolores & acerba tormenta, & tantum aberat, ut lenimentum

Digitized by Google

mentum perſentiſceret, ut potius febris maligna petechialis cum lienteria, incredibili ἀνορεξίᾳ, inſueta infirmitate & infeſtantibus plusquam ſexcentis ſymptomatibus in dies uires ſumeret. (e) Equidem omnem lapidem mouit Aſclepiadarum familia, ſed in caſum laborauit, ſiquidem uitam morte commutauit, anno completo 55. climacterico, menſibus duobus, in Profeſſione IX. in Senatu Academico VIII. Dies ipſi ultimus erat 27. Febr. cIↃIↃCXLVII hora 11. Talis itaque exitus & cataſtrophe noſtri τῦ μακαρίτυ. A ſemimortuo ſaepius petitum, ut chriſtianum hoc epitaphium ſepulchro inſcriberetur:

HIC. IACET. C. A. RVPERTVS. HISTORIARVM. PROF. PVBLICVS. MVLTIS. MORBIS. EXAGITATVS. SED. ANIMA. SANCTISSIMA. IN. OMNIVM. SANCTISSIMARVM. RECEPTACVLVM. COELVM. RECEPTA. EST. OBIIT. ANNO. MDCXLVII. DIE. XXVII. FEBRVARII. NATVS. ANNOS. XXXV. MENSEM ET DIES XXVIII.

Ruperti uitam breuiſſimis, ſed notatu dignisſimis uerbis deſcripſit CEL. RICHTERVS in Decade Orationum p. 86. quae ad maiorem fidem noſtris conciliandam apponere placet. Sunt autem huius tenoris:

Quis neſcit, quale uulnus acceperit Academia noſtra, cum amiſit Athenaei noſtri *Hiſtoricum*, *Oratorem* & *Poëtam* longe Excellentisſimum; aetatis quidem uix uirilis, ſed ſi uirtutem & doctrinam ſpectes, cum quouis ſene comparandum, RVPERTVM, inquam, noſtrum, heu! non amplius noſtrum, cuius inualitudinem cum moerore, mortem mox ſubſecutam cum flectu & ſingultu audiui, quem in bonum & ornamentum Academiae noſtrae natum, tam cito denatum, non niſi cum dolore recrudeſcente meminisſe mihi licet. Etenim

Quis deſiderio ſit pudor aut modus
Tam chari capitis? ———
——— cui pudor & iuſtitia ſoror

Incor-

(e) CASP. HOFMANNVS in epiſtola ad TH. REINESIVM. quae in collectione p. 662. extat, ita ſcribit: *Mortis occaſio fuit ille, qui pro agar. troch. 3ſ3 neſcio quod furioſum purgans dedit, quod fecit cum aſſellare decies, & prolixiſsime. Huic inſano ſupereuenit altero die medicus iuuenis qui infirmiſsimo aenam ſecuit:*

Digitized by Google

Incorrupta fides, nudaque ueritas,
Quando ullum inuenient parem?
Multis ille bonis flebilis occidit
Nulli flebilior quam mihi: ——

dignissimus omnino, qui non nisi tali eloquentia publice celebretur pro rostris, qualem ipse ad salutem & gloriam multorum conuertit, & alios quoque docuit. Deberem hoc uirtuti ipsius insigni, eruditioni admirandae, & amori in me summo, si facultas uoluntati meae responderet, sique tempus & negotium, quod nunc conficiendum nobis restat, permitteret. Cognitas enim habeo uirtutes eius penitus, candorem, inquam, probitatem, uerecundiam, modestiam, integritatem, fidem & pietatem non fucatam, quas in eo amaui merito, eiusque familiaritate suauissima saepe animum recreaui; O utinam saepius & diutius! Ille gloriam, laudem, existimationem & uoluptatem omnem, post pietatis cultum, quem qui non discit, omnia ignorat, ex studiis Historiarum & Eloquentiae potissimum petiit, probe gnarus, *Historiam* ueritatis esse matrem, uitae ducem, consiliorum regulam, prudentiae metropolim, certissimam diuinae erga homines benignitatis obsidem: cuius usus non minor in diuinis quam humanis est: Sine qua Theologi caecutiunt, ICti uani sunt & inanes, Medici hallucinantur. Philosophi ineptiunt, Oratores frigent, omnes contemnuntur & habentur pro nullis. Cum hac scientiarum Magistra, quam spartam quam pulcherrime ornauit, magna dexteritate coniunxit *Oratoriam*, quam eo uehementius retinendam & studiosius adaugendam censuit, quo magis a plerisque desertam obsoleuisse uidit, eoque diligentius illis resistendum putauit, quo indignius artem nobilissimam imperitorum audacia, cum Reipublicae detrimento, uiolatam deprehendit, recte cum QVINCTILIANO iudicans, non aliud in ciuitate uel ad utilitatem fructuosius, uel ad dignitatem amplius, uel ad urbis famam pulchrius, uel ad totius Imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari posse. *Poesin* omnis elegantiae reginam, addidit felicissime, in qua omnem literaturam politiorem, Musarum decus & splendorem, uel stare uel cadere, pro ingenii sui acumine intellexit.

Digitized by Google

lexit. *Melancholicus* fuit quadantenus, sed ex illorum numero, quos ingenioſos ait Philoſophorum Princeps ARISTOTELES. iudicio accurato pollentes, & quos Theologi optimos pietatis Chriſtianae Candidatos dicunt. *Coniugium* periculoſae plenum opus aleae ſemper exiſtimauit, quae ſi ſemel male ceciderit, corrigi amplius non poſſit; ideoque timidior abſtinuit, nihil triſtius, nihil calamitoſius ducens infelici thalamo, ubi uiui ſuos patiantur manes, & damnati miſeriarum ad aeternos cruciatus praeludunt. *Honeſtam piamque pauperiem*, bonae mentis ſororem, ita ferre didicit, ut uirtute ſua ſe inuoluens, de mediis ad uitae ſuſtentationem neceſſariis, nunquam non optime ſperarit: neque id fruſtra, quod librorum ipſius ſupellex non ſpernenda arguit. Artes aulicas, ſimulationes & diſſimulationes, tanquam inferorum portas, cum Achille Homerico abhorruit, illum animum pulchrum praedicans, qui ſine larua, qualis eſſet, ut Sol extra nubem, omnibus conſpiciendum ſe praeberet. Factum hinc tandem ut uitam eius pie atque innocenter actam, praeter quam nihil nobiscum ferre poſſumus, mors etiam placida ac beata exceperit, dum ſe peccatorum reum agnoſcens, & aeternam beatitudinem non niſi Filii DEI, Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, gratia & merito per fidem animoſe ſperans, animam ſuam, paullo ante unico piarum mentium ſolatio ac delicio, Corpore & ſanguine Domini munitam, DEO reddidit, cito in hac mortalitate profectus, aeuo nunc ſempiterno cum pace inter mentes beatorum fruens. (f)

SCRIPTA B. VIRI SVNT SEQVENTIA.

ORATIONES.

1) Oratiuncula de ruina nobilitatis Romanae Alt. 1637. menſe Maio.
2) Oratio in obitum VIRDVNGI, qua de eius genere uita & obitu agit, Altd. 1637. habita d. xv. Decembris.
3) Oratio in obitum SOPHIAE *Marchioniſſae Brandenburgicae*, habita d. 21. Maii 1639. Altd.

(f) Epicedium memorabile, quod REINESIVS fecit RVPERTO legi poterit in *Epiſtolis Reineſianis* p. 665.

Digitized by Google

SVB EIVSDEM MODERAMINE VERO SEQQ. ORAT. HABITAE SVNT:

1) De fructu & utilitate peregrinationis prudenter peractae, 1637. ab *Ottone Friederico L. Barone ab Herberſtein.*
2) De non proferendis imperii terminis, A. 1639. a *Ge. Chr. Poemero,*
3) De quaeſt. Cur Brutus Lucius potuerit, Marcus non potuerit libertatem recuperare, 1639. a *I. G. Richtero.* Norimb.
4) De ſcopulis, quibus alliſa nauis Ariſtocratiae Romanae, 1641. a *Carolo Kötzler,* Norimbergenſi.
5) De Imperiorum Romani ac Turcici ſimilitudine, 1642. a *Car. Eras. Tetzel,* Norimbergenſi.
6) De non ſperanda Monarchia, 1652. a *Paullo Hönn,* Norimbergenſi.
7) De ueteris Eccleſiae ſanctitate & ſimplicitate moribus hodiernis oppoſita, 1643. a *I. C. Dürſch,* Norimbergenſi.
8) De imitationis genuinae ui, neceſſitate, ac parandae remediis, 1643. a *Chr. Lud. Dietherr,* Norimbergenſi.
9) De comparatione Reipubl. Noricae cum Veneta, 1643. ab eodem.
10) De Romanae Monarchiae ruina eiusque cauſis, 1644. a *Wolf. Aib. Poemero,* Norimb.
11) De Triumuiratu M. Aemilii, M. F. Q. N. Lepidi, M. Antonii M. F. M. Nep. C. Iulii C. F. C. N. Caeſaris Octauiani, ad nummum V. aureum Octauii Stradae 1644. a *Iob. Chriſt. Kreſſ,* Norimb.
12) De malo principe, Nerua Traiano, cum interpretatione Nummi 79. aeri Oct. Stradae 1645. a *Chriſt. Ioach. Kleevvein.* Acceſſerunt Ruperti excerpta una cum animaduerſionibus e faſtis ſuis; ubi omnia conſulum paria, quae Traiani Imp. temporibus fuerunt, exhibentur.
13) De Monarchiae praeſtantia, e nummo Cleopatrae III. ap. Oct. Stradam, 1645. a *I. Sculteto,* Norimbergenſi.
14) De Arminio Cheruſcorum principe, 1645. a *Martino Iohanni,* Norimbergenſi.
15) De

Digitized by Google

15) De uarietate & insolentia e nummo M. Antonii XV. ap. Oct. Stradam 1645. a *Iob. Iac. Imhof*, Norimb.

16) De studiis, illustri persona dignis, 1645. a *Ge. Hannibal, L. B. ab Egg.*

17) De non spernendo principe Tt. Iulio Caesare, Octauiani Augusti Successore, & filio adoptiuo, 1646. ab *Erh. Fabro*, Norimb.

18) De Quaest. meliusne sit subito an uero tarde inclarescere a *Corn. Brunone*, 1645. Altdorfino.

19) De Constantino M. Christiano Imp. primo contra obtrectatores eiusdem, 1646. a *Chr. Arnoldo*, Norimb.

20) De Carolo Magno, a *I. C. Durrio*, 1647. Norimb.

21) De Belgii cum Graecia comparatione laudabili, ab *Alb. Richtero*, 1636. (g) Norimb.

Obseruationes ad Historiae Vniuersalis Synopsin Besoldianam minorem, (h)

Obseruationes politicae ad An- Florum, Norimb. 1659. 8. (i)

Obseruationes in Tacitum. (k)

Methodus suscipiendi ac tractandi studii Philologico-Historico-Politici aliarumque meliorum litterarum. (l)

Mercurius Epistolaris, siue institutio Epistolica. Praemittitur de styli epistolici uirtutibus ac uitiis dialogismus, Norimb. 1659. in 12. emendatior 1661. in 12. & 1682. in 12.

(g) Hae Orationes iunctim editae sunt sub titulo: C. A. RVPERTI *Orator Historicus XXIV. Orationibus maxime politicis, Historia, numis, & antiquitate Romana refertissimis, expressus. Norimb. 1663. in 12.* Accesit his Orationibus declamatiuncula duplex: altera RVPERTI, in Besium. quae in eiusd. obseru. ad historiae uniu. Besoldianam p. 167. altera uero IOH. STEPH DECKERI, super obitu Dn. IOH. SAVBERTI, patris sui spiritualis.

(h) Quas CHRISTOPH. ARNOLDVS recensuit & scripsit supplementum. His accesserunt tabulae Chronologicae, una cum indice Norimb. 1659. in 8. postea Franeq. 1661. in 12. & tandem ibid. 1698. in 8. cum eruditis notis Bibliothecarii TOBIAE GVTBERLETHI.

(i) De his iudicat TH. CRENIVS de comparanda eruditione p. 414. Conf. etiam MOLLERI dissert. *de Floro* 1684. in 4.

(k) Vid. MOLLERI dissertatio de Tacito p. 34.

(l) Addita GE. ANDR. IMHOFII Politico Graeco. Norimb. 1658. in 12.

Digitized by Google

Obſeruationes in Enchiridion Pomponii de origine Iuris. Ienae 1661. 8. (m)

Diſſert. & Obſeruationes ad *Valerium Max.* & *C. Velleium Paterculum*, Norimb. 1663. in 8.

Particula Faſtorum, Norimb. 1645. in 8. (n)

Criſpi Salluſtii opera cum notis, Norimb. 1639. & 1671. in 8. (o)

Variae Epiſtolae inſertae Richterianis a pagina 405. ad 463. Extant quoque TH. REINESII epiſtolae ad CASP. HOFMANNVM & RVPERTVM Lipſ. 1660. in 4. in quibus etiam multae RVPERTI ad REINESIVM legi poſſunt, plenae eruditionis, adeo ut multi haud falſe iudicauerint, Reineſium ſine opera & ſtudio Ruperti ſplendidiſſimum illud inſcriptionum opus uix ad eam potuiſſe redigere perfectionem

Celeberrimus B. G. STRVVIVS in Actis litterariis ex Manuſcriptis erutis Faſcic. VII. p. 75. Ruperti *de plagiariis ſcriptum* ἀνέκδοτον allegauit. Ego in MSSto uidi

Annotationes ad Cornelium Nepotem.

Obſeruationes in Iuſtinum A. 1638. conſcriptas.

Obſeruationes in Florum A. 1640. poſteriores.

Caeterum ſcribit Cel. CASP. HOFMANNVS ad REINESIVM *in ultima defuncti uoluntate eſſe, ut quaedam Manuſcripta ipſius, nim. Faſti Conſulares Rom. adfecti potius quam perfecti, in tribus tomis ad eum mittantur.* Hic uero reſpondet: *Velim autem imprimis epiſtolas, quas plurimas ad ipſum dedi de diuerſis capitibus, ad me redire, ne, quod ipſe faſtiurum ſe eſſe minabatur, ex alia manu, me inuito, in publicum forte exeant.* Conf. Epiſtolae TH. REINESII &c. p. 663, 664.

M. IO-

(m) Auditoribus praelectae 1640, ut teſtatur Manuſcriptum.

(n) Allegauit hoc ſcriptum ipſe auctor in Obſeruationibus ad *Beſoldi Synopſin* H. V. p. 305. & conferatur *Orator Hiſtoricus* p. 754.

(o) Continent adiectae notae obſeruationes ciuiles, morales, Philologicas & Grammaticas, quas iam A. 1639. auditoribus in calamum dictauit. Conf. MOLLERI diſſert. de *C. Salluſtio*.

Digitized by Google

JO. PAVLVS FELWINGERVS.
Norimbergensis
In Academia Altdorfina Inspector
Alumnorum et Oeconomia ab A.o 1663.
Professor Publicus Logices et Metaphisices
et Politices ab A.o 1650.
Nat. d. 16. Apr. 1606. Denat. d. 25. Oct. 1691.
W.P. Kilian sculpsit.

Digitized by Google

M. IOHANNES PAVLVS FELVVINGERVS. (a)

M. IOHANNES PAVLVS FELVVINGERVS in hanc lucem editus eſt A. cIↃIↃcvI d. 16. Aprilis Norimbergae piis ac chriſtianis parentibus, patre IOHANNE FELBINGERO, ex ſuperiori Marchionatu oriundo, ciue & tabernario; matre *Catharina*, domo *Schvvarzia*. Hi nominati parentes, quibus neceſsitas conſeruandae uitae incumbebat, filium a primordio aetatis honeſtisſimis doctrinarum ſtudiis deditum, conſilio cognatorum, praecipue PAVLI SCHWARZII, Reipublicae id temporis ſecundicerii, auunculi ſui, quem noſter, dum uixit, ut patrem eſt ueneratus, in ſcholas publicas dederunt, fidelique informationi M. IOH. SCHIRMERI, tertiae claſis Sebaldinae Praeceptoris, deinde Rectoris Laurentiani, commiſerunt. Schirmero autem denato, ſucceſsit M. GEORGIVS SCHROETERVS, qui diligentiam pueri magis magisque excitauit, illumque morum ac litte arum praeceptis, pro eo ac conſueuerat, diligenter inſtituit. Atqui probe tinctus hac ratione Graecae & latinae linguae elegantiis, parentum & cognatorum iudicio A. cIↃIↃcxxIII. die 1. Maii adhuc ante priuilegiorum Vniuerſitatis publicationem, *Altdorfium* ſe contulit, ubi ſtatim in ſecundam claſsem, cui M. CHRISTOPHORVS SPECCIVS praefuit, eſt translatus. Hic tam pulchros progreſsus fecit, ut A. cIↃIↃcxxvIII ad publicas lectiones extraordinarie admitteretur; quo ipſo anno poſt feſtum Petro. Paulinum *Argentoratum*, ſtudia bene coepta continuaturus, abiit; uerum cum ſanitatis decremento, pſora, febrique maligna correptus, acſumtibus exhauſtus a Parentibus & Patronis domum diebus canicularibus, reuocatus, uenit, & priore ualetudine recuperata primum de Muſarum caſtris cogitauit, & cum ad ea denuo ſectanda nullus commodior Altdorfina locus appareret, haut ſecus electioni eius, ceu benignae antehac nutricis ſuae, pronus ipſe fuit, ac Patronorum monitis ſimiliter adiuua-

(a) Litteram b in vv de induſtria commutauit noſter ne cum ſociniano homine IEREMIA FELBINGERO, prorſus congrueret nomen ſuum, teſte S. R. ZELTNERO in uitis Theol. p. 165. n. (a)

Digitized by Google

batur. Excepit haec quoque antiquum hoſpitem ſummo gaudio, quemadmodum maximo cum ardore is telam ſuam retexuit; elapſo uero biennio alias uiſitare Academias in animum induxit, & immortalis gloria atque celebritas Vniuerſitatis *Ienenſis* ipſum adeo ſtimulauit, ut interiora eius adyta intrare concupiuerit. Reſpondit deſiderio euentus A. cIↃIↃcxxvii quo deſtinatum iter ſuaſu omnium & applauſu illi licuit ſuſcipere. *Ienam* ueniens a DAN. STAHLIO in lares & conuictum eſt receptus & non ſolum huius ſed & HIER. PRAETORII, PAVLI SCHLEEVOGTI, IOHANNIS MAIORIS, IOH. GERHARDI, IOH. HIMMELII aliorumque uirorum celeberrimorum informatione & familiaritate cum fructu per triennium uſus eſt. Et certe nondum diuelli potuiſſet a latere tantorum uirorum, niſi belli tempora pedem reflectere monuiſſent. In patriam reuerſus *Altdorfium* tertia uice peruenit, conuictu Celeb. ICti VNGEPAVERI uſus. Cum A. cIↃIↃcxxxii una cum 13 Candidatis circa tempus Pentecoſtes ſupremum in Philoſophia gradum prenſaret, quem etiam in ſolenni panegyri Petro-Paulina legitime obtinuiſſet, niſi Bellona noſtros lares integramque Vniuerſitatem diſſipauiſſet; eam ob cauſam illa ſolennitas usque ad 25. Ian. inſequentis anni cIↃIↃcxxxiii dilata eſt, ubi primum obtinuit locum. Atque decoratus titulo Magiſtri Felvvingerus totus poſtea in eo fuit, ut dignitatem factis aequipararet. Ea propter ad altiora enixurus ſe iuuare imprimis cenſuit, ſi ingenium uel explicaret uel excoleret in *Helmſtadienſi* Vniuerſitate, quam ſub iſtud tempus perfundebant clariſſima luce celeberrimi Theologi, GEORG. CALIXTVS, CONR. HORNEIVS & PAVLVS MVLLERVS, a quibus & aliis ingeniorum & animarum ſideribus, tantum luminis auditor mutauit, quo de non uni lucem deinde accendit ipſe. Ex utriusque igitur doctrinae genere ad litterati orbis decus contendens, magnos illos praeceptores ſuos in altiſima ſpecula pari animi ardore ad culturam & amorem ſui reddidit intentos, ut, cum e patria, Caeſareo exercitu circumfuſa, ſolitis adiuuari ſubſidiis nequiret, triſtem eius fortunam conſiliis & opera promiſcue temperauerint, nec prius a cura ſua deſtiterint, quam eum commendaſſent Viro nobiliſſimo & perſtrenuo Dn. IVLIO

AVG.

AVG. DE STREITHORST, a quo Rottdorfii liberis ſuis praefectus eſt bonis artibus imbuendis, atque primum peritiae ſuae cum aliis communicandae proſpero ſucceſſu periculum fecit. Abdicauit uero ſe paulo poſt ea conditione & *Halae-Saxonum* iuxta cum affectibus Dn. SAMRITTERI, Prouinciae Magdeburgenſis Syndici & Scabinatus Aſſeſſoris, duos quoque nobiliſſimos adoleſcentes GVOLFFGANGVM A BRANDENSTEIN & CAROLVM A DISKAV, in fidem ac informationem ſuam conferri paſſus eſt, quos, ut bonis moribus, ſic & elegantiorum literarum interiore cognitione inſtituit. Impeditus ſaltem metu belli fuit, quo minus & hac ſede diu ſe reficeret. Cum enim non unus exercitus, *Caeſarianus*, *Suecicus*, & *Saxonicus* caſtris inſiderent oras illas, & multa Halenſi inprimis ciuitati adiacentia loca non ſinerent eſſe ſecura, indeſe tempeſtiue proripere, tutioremque domum uiam per Helmſtadium inire iam in animo habuit. Sed ecce! haec ſecum meditanti ὁ Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανὴς ipſum per Magiſtratum ſuum domum uocat, & Alumnorum inſpectorem conſtituit. Ante functionem Inſpectionis quam obiit, permiſſu *Magnifici et Perilluſtris Dn. Vlrici Grundherr*, id temporis Proto-Scholarchae ac Septemuiri, ſecundum Deum Promotoris magni, Helmſtadio Hamburgum eſt profectus. Itinere abſoluto, Altdorfium ſeſe recipiens, Anno clɔlɔcxxxvi. officio ſuo per triennium eſt functus. Interea temporis officium Superintendentis ab Illuſtriſſimis & generoſiſſimis Dnn. BARONIBVS, hodie COMITIBVS DE WOLFFSTEIN *in obern Sulzbürg* offerebatur, quod principio conſenſu PERILLVSTRIS SENATVS NORIMB. accipiebat, poſtea uero cum de hoc negotio conuenire non poſſent, iuſta de cauſa ſpartam illam deprecatus. Inſpectione Alumnorum porro eſt functus, donec Deus de meliori conditione ipſi proſpiceret, quod in ſequente anno clɔlɔcxxxviii accidit, dum Clariſſ. M. IOH. KOB, Log. & Metaphys. P. P. D. Iuris creatus, Inſtitutionumque Iuris Profeſſor conſtitutus, ſuas migraret profeſſiones ac Metaphys. renunciaret, illam gratia diuina beneuolentiaque Dnn. SCHOLARCHARVM ipſe loco *Clariſſ. Dn.* KOBII A. clɔlɔcxxxviii adeptus publice, utut Ordinarius Profeſſor, una cum alumnorum Inſpectione ad annum usque clɔlɔcxxxix ornauit, Inſpectione liberatus cum

Digitized by Google

cum uirgine Nobilisſ. ac lectisſima ANNA CATHARINA, *Viri Nobiliſſ, ac Conſultisſimi*, DN. CHRISTOPHORI HELD, *ICti & Reipubl. Norimberg. Conſiliarii Primarii* relicta filia matrimonium iniit, (b) & Anno cIↃIↃcxxxix, 21. Octobr. nuptiarum ſolemnia hic Altdorffii celebrauit, matremque ſuam uiduam ſtatim in aedes ſuas usque ad finem uitae recepit. Anno cIↃIↃcxli auctus eſt Profeſſione Log. & tandem Anno cIↃIↃcxlviiii Profeſſione Polit. quas tres omnes ſumma diligentia exornauit, donec A. cIↃIↃclxx filio ſuo dilectisſimo *Iohanni Iodoko*, (c) I. V. Doctorando, conſenſu ac uoluntate Dnn. Scholarcharum Profeſſionem Politicam ceſſerit, ut parentes ipſius etiamnum in uiuis ordinariam & & legitimam promotionem tanquam humanae felicitatis partem uiderent; at *πάντα ῥεῦδα ὄιχεται*! eum intra profeſſionis ſuae primum annum ſaeua morte praeripiente, & parentum gaudio in ſummam triſtitiam commutato. Anno cIↃIↃclxxxi conſenſu ſuperiorum ceſſit Profeſſionem Log. Clariſsimo DN. M. GEORGIO PAVLO ROETENBECCIO, (d) Alumnorum & Oeconomiae Inſpectori, ut publicorum laborum parte ſe leuaret. In coniugio octo procreauit liberos, *Claram Catharinam* (a) *Annam Mariam* (f) *Iob. Iodocum*, *Carolum Erasmum* (g) *Iob. Iacobum*, (h) *Mariam Magdalenam*, (i) *Annam Reginam*, (k) & *Catharinam Sibyllam*. (l) Inter calamitates domeſticas, quas Deus immiſit, fuit acerbisſima, nimis *ἄωρος* obitus, beatus licet, *Iob. Iodoci*, quem pii crediderunt

(b) Obiit 1679. d. 7. Decembris.
(c) Cuius uitam in ſequentibus delineabimus.
(d) De quo plura infra
(e) Quae reuerendo ac doctisſimo IOH. GEORG. *HIRSCHBACH*, Paſtori *in Dürren-Mungenau* nupſit, ex qua uidit duas neptes, *Viſulam Catharinam*, nubentem Ioh. *Prochnau*, pannifici, & ex ea pronepotem *Annam Mariam*, & nepotem *Georg. Paulum*, ſed iam A. 1672. inter mortuos relatam, defleuit filiam natu maximam.
(f) Quae in matrimonium data eſt Reuer & Clariſ IOH. WILH. REINSPERGERO, paſtori in *Happurg*, poſtea *Leimburg*, ex qua uidit *Ioh. Wilhelmum*, *Chriſtophorum Wilhelmum*, *Georg. Hieronymum*, *Annam Reginam*, *Catharinam Sibyllam*.
(g) Qui anno aetatis 30. minus 3. menſ. A. C. 1675. ut indefeſſus luris cultor obiit.
(h) Quem A. 1647. uix uiuum, iterum morte abreptum uidit.
(i) quae 1649. mortalitatem hanc cum uita aeterna commutauit.
(k) Natura per mortem ſatisfecit 1659.
(l) Roetenbeccio deſponſatam, ut patebit ex uitae curriculo.

Digitized by Google

runt parentes, iam ſpes ſuas futurae coniugi, iam uenturis honoribus donare.

Quod ad reliquum uitae eius curriculum attinet, ſtatim a puero cum uariis morborum generibus ipſi fuit conflictandum, quos omnes ope & gratia diuina fregit. A rapaci manu militis de uia publica bonis ſuis exutus non murmurauit, ſed cum Iobo dixit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Vitam Chriſtiano dignam egit, publicas conciones diligentisſime frequentauit, confeſſione priuata, ut & ſacra ſynaxi cum ſuis domeſticis iuſto tempore, cum debita reuerentia in remiſſionem peccatorum, (erat enim & iſtis, ut omnes mortales, collutulatus) & in fidei confirmationem uitaeque emendationem pro naturae imbecillitate uſus eſt. Intra priuatos parietes ſuis domeſticis, ut ſubinde Bibliorum, & aliorum ſacrorum librorum lectioni incumberent, ſerio iniunxit, additâ regula: *Wie man liſt in GOttes Wort, alſo gebt die Nahrung fort, und, vvie man liſt in der Bibel, ſo gevvinnt das Haus ein Giebel.* Cum omnibus ſuis Collegis, neceſſariis, uicinis & aliis id genus hominibus, quantum in eo erat, pacem coluit, pauperculos & mendicabula bonis ſuis diuinitus partis ac conſeruatis pro uirili adiutum iuit. Officio ſuo, & Profeſſionibus ſibi demandatis ſumma cum laude ac applauſu, tum Magiſtratus ſui, tum Auditorum, qua publice qua priuatim, fecit ſatis; ut eius labores tam Philoſophici quam Theologici, praeſertim contra *Monarchianos* quorum infenſiſimus erat hoſtis, teſtes ſunt, utque in ſyllabo ſcriptorum eius uidere eſt. Cum tori conſorte concors ac amabile matrimonium uixit, ut aliis merito exemplo eſſe poſſit; fuit enim in duobus corporibus unus animus, unum uelle, unum nolle, citra diſſenſionem. *Faſces Academicos* ſine motibus bis, *Decanatum* uero Philoſophicum nonum, tantum non Candidatorum corona ſtipatus, geſſit. Abhinc aliquam multis annis, ingruente ſenectute, quae ipſa morbus eſt, nunc catarrho ualido, linguae uſum ſufflaminante, nunc recidiuo, ſenſu, motu, rationis adhaec uſu priuante, nunc iterum iterumque ſphacelo, mortem intentante, nunc per integrum trimeſtre eryſipelate ſpurio correptus lecto affixus fuit. Verum ſingulari Dei gratia praeter multorum homi-

Digitized by Google

num opinionem uim morborum ac ἀφέξεως καὶ ἀτλη exantlauit, eluctatus, ſac aliquo modo ſibi redditus, ad bores ſeſe accinxit, donec 14. Octobr. A. clɔlɔcLxxxi quae ita eius uires proſtrauit ac deiecit, ut ſe collige correptus 23. Octobr. media tertia pomeridiana in pra liarum, neptis & nonnullorum ſtudioſorum inter ar dormiuerit. Haec eſt uita huius Viri epiſtemonis, na hebdomadas, uiuentis in coniugio 40. annos, 6. hebd in uiduatu annum & 46. ſeptimanas, in officio 43. ann rum multiiugam Viri eruditionem & incredibilem di blicum emisſa ſcripta demonſtrant. (n)

DISPVTATIONES SVB ALIORVM PRAESID

A. 1627. ſub praeſidio M. IOH. CONR. DANN gine animae diſputauit, quae diſputatio ſexta chologici A. 1627. Alt. in 4. editi.

A. 1628. ſub praeſidio M. IOH. KOBII, Logices diſputationem de demonſtratione habuit.

PROGRAMMATA.

Ad Orationem *Pauli Roſenhartd*, dicto *Glockengi* potius quam armis fulcienda ſit Respublica, 1

ORATIONES.

Oratio, in obitum IOH. IODOCI SCMIDMA rimb. in 4to plag. 10. (p)

Oratio, in obitum D. VLRICI GRVNDHERRI, I Alt. 1654. in 4. pl. 6. (q)

(m) Tantum ex programmate funebri & ex Oratione Panegyr SCHWANGERI, quae annexa b. OMEISII Gloriae Altdorfi

(n) Quorum quidem indicem in citata oratione auctor dedit, ſed tatum eſſe, ipſa comparatio edocebit.

(o) Forſan plura alia ſcripſit Programmata a me tamen nondum

(p) Continet totam Genealogiam & uitae hiſtoriam defuncti.

(q) Agit de fama beati, laudatiſſimis actionibus acquiſita.

Digitized by Google

Oratio, de scientiarum exorbitantia (r)

DISSERTATIONES DE PHILOSOPHICIS QVAESTIONIBVS VARIIS.

1) Disert. de quaestionibus nonnullis Philos. 1636. ℞. *B. Seyffert*, Norimbergensi.
2) Ζητηματα Philosophica, 1637. ℞. *Iob. Frischmuth*, Werthemia-Franco.
3) Quaestiones Philosophicae, 1641. ℞. *Herm. Kauffmanno*, Wertheimensi.
4) Septem Quaestiunculae Philosophicae, 1649. ℞. *Chr. Arnold*, Kirchensittenbaco Norico.
5) Decas quaestionum Philosophicarum, 1649. ℞. *Iob. Heldio*, Auerbaco-Palatino.
6) Ζητηματα Philosophica, 1650. ℞. *Iob. Sigm. Eser*, Norimberg.
7) Quadriga Quaestionum Philos. 1651. ℞. *Gotth. Freuer*, Bescouia-Lusitano.
8) Quaestiones Philosophicae, 1652. ℞. *Conr. Gasnero*, Norimb.

DISSERTATIONES LOGICAE.

1) De natura substantiae, 1639. ℞.
2) Disertatio de conuersione, 1639. ℞. *Andr. Bürlein*, Norimb.
3) Quaestiones logicae, 1647. ℞. *Casp. Niptschio*, Vratislau.
4) De Habitibus in Communi, 1650. ℞. *Iob. Molitore*, Norimb.
5) De accidentis esse, 1660. ℞. *Wolfg. Casp. Prinz*, Palat.
6) De Demonstratione, 1665. ℞. *Iust. Gerb. Rinck*, Helmst.
7) De enunciationibus hypotheticis, 1678. ℞. *Henr. Augenstein*, Norimbergensi.

DISSERTATIONES METAPHYSICAE.

1. De potentia Dei absoluta siue omnipotentia, 1638. ℞. *Mich. Dürsch*, Herspr. Norico.

(r) Allegauit auctor hanc orationem in disput. de disputatione, quae methodo disputandi *Keslerí* est annexa, p. 246.

Digitized by Google

2. De formalitate mali, 1638. ℞. *Casp. Hammerschmidt*, Egrano.
3. De concursu Dei siue causae primae cum secundis, 1638. ℞. *Sebaldo Schnellio*, Norimb.
4. De aeternitate, 1647. ℞. *Samuel Spörl*, Norimbergensi.
5. De habitibus in genere, 1650. ℞. *Iob. Molitore*, Norimbergensi.
6. De existentia Dei natura cognoscibili, 1651. ℞. *Iac. Schwentero*, Altdorfino.
7. De essentia ac existentia, 1653. ℞. *Sim. Bornmeister*, Norimb.
8. De necessario & contingenti, 1653. ℞. *Iob. Gresmanno*, Norimbergensi.
9. De principio indiuiduationis substantiae materialis, 1653. ℞. *Iob. Georg Müllero*, Norimbergensi.
10. De uero, 1654. ℞. *Christoph Paulo Spies*, Norimbergensi.
11. De simplici & composito, 1657. ℞. *Christoph Gottfr. Koenig*, Norimbergensi.
12. De causa morali, 1658. ℞. *Wolfg. Oertelio*, Norimbergensi.
13. De causa per emanationem, 1660. ℞. *Christoph Franck*, Norimbergensi.
14. De natura & essentia luminis naturae siue rectae rationis & lumine reuel. differentia, 1662. ℞. *Iob. Andrea Schubert*, Sempr. Hungaro.
15. De potentia & potestate Dei in homines, 1666. ℞. *Iob. Marxio*, L. N.
16. De malo, 1668. ℞. *Iob. Iac. Müllero*, Norimb.
17. De distinctione eiusque generibus, 1668. ℞. *Henr. Fuchsio*, Altdorf.
18. De causa sine qua non, 1670. ℞. *Georg. Wolfg. Grubero*, Norimbergensi.
19. De bono, 1674. ℞. *Ioh. Weinreich*, Culmb. Franco.
20. De falso, 1674. ℞. *Andr. Hellmath*, Rodachio-Franco.
21. De potentia Dei absoluta, 1674. ℞.
22. De potentia Dei ordinata 1675. ℞.

23. De

23. De causa per accidens, ℞.

Commentarius in sex libros Aristotelis Metaphysicos, Altdorfii 1641. in 4to (s) rec. 1648, in 4.

DISSERTATIONES PHYSICAE.

1) De principiorum corporum naturalium numero, 1633. ℞. *Mart. Maur. Heling*, Norimbergensi.
2) De materia prima, 1633. ℞. *Andrea Lauxio*, Norimb.
3) De forma 1633. ℞ *Sebaldo Cramero*, Norimbergensi.
4) De priuatione, 1633. (t) ℞. *Christoph. Crausseneccio*, Franco.
5) De temperamentis, 1639. ℞. *Luca Schroeckio*, Augustano.
6) De prioritate naturae, 1640. ℞.

DISSERTATIONES MORALES.

De Iustitia, 1639. ℞. *Iob. Ludou. Hagendorn*, Norimbergensi.

De actionibus humanis, 1637. Disputationes sex.

An licitum sit homini uesci sanguine & suffocato? 1635. 8vo.

DISSERTATIONES POLITICAE.

1. De Vrbe Partes quatuor.
2. De castris.
3. De ciue & ciuitate, ℞. *Wolf. Ern. Geyero*, Oldenb.
4. De diuersa diuersarum Rerumpublicarum Iustitia, ℞. *Siegfr. Christoph. von Bonn*, Oldenb.
5. De subditis, ℞. *Zach. Georg. Zeidlero*, Thuringo.
6. De modis attenuandae parentium potentiae, ℞. *Nicol. Ickra*, Silesio.
7. De aerario, ℞. *Henr. Gottofr. Gundelfingero, 1659.*
8. De Demagogis, ℞. *Iob. Conr. Gundelfingero*, Nördling. *1659.*

(s) Explicauit auctor in hoc commentario & uariis quaestionibus illustrauit *tres priores Metaphysicos libros Aristotelis. Quartum, Quintum & Sextum* librum eadem methodo disput. XXX. absoluit, quae iunctim editae sunt citato anno sub titulo *Collegii Metaphysici* duobus Tomis.

(t) Hae dissertationes iunctim sunt editae sub titulo: quadriga disputationum naturalium, de tribus rerum naturalium principiis, Alt, 1633. in 4.

Digitized by Google

9. De Patriciis, ℞. *Seb. Besserer*, Vlmensi.
10. De officio Magistratus ciuilis circa bona Ecclesiastica, ℞. *Fried. Lipsio*, 1660.
11. De Religione, ℞. *Val. Ern. a Guttenberg*, Eq. Franc.
12. De fide haereticis seruanda, ℞. *Luca Fried. Reinharto*, Norimb.
13. De Reipublicae definitione & fine, ℞. *Gratiano Tucher*, Norimb.
14. De inter-Regno, ℞. *Iob. Georgio Schmidt*, Norimb.
15. An subditi tempore pacis armis exercendi? ℞. *Gottfr. von Holz, zum Sternstein*, Nobili Austriaco.
16. An bellum intra an extra territorium proprium gerendum? ℞. *Iob. Georg. Stellvvagio*, Windsh.
17. De inducis, ℞. *Fried. Marschalk*, Eq. Bremensi 1659.
18. De officiis liberorum erga parentes, (u) ℞. *Wolfg. Achatio Saxenländer a Franzhausen*, Nobili Austriaco.
19. De Monarchia, ℞. *Iob. Christoph. Glock*, Svvinfurt. & *Christ. Mich. Förstero*, Onold.
20. De causis Monarchiam conseruantibus, ℞. *W. C. Bolle*, L. B.
21. De Regno, ℞. *Iob. Vlr. Dilherr*, Norimbergensi.
22. De Dominatu, ℞. *Iob. Iac. Keget*, Norimbergensi.
23. De tyrannide, ℞. *Steph. Iac. Silberradt*, Norimb.
24. De fide data a principe non fallenda, ℞. *I. Th. Löffelholz*, Norimbergensi.
25. De Aristocratia, ℞. *Carolo a Stein*, Equite Franc. 1646.
26. De causis Aristocratiam conseruantibus, ℞. *Ge. Andr. Reuter*, Norimbergensi.
27. De causis Aristocratiam corrumpentibus, ℞. *Petro Heyden*, Moeno-Francofurtano.
28. De Oligarchia, ℞. *Pancr. Vlr. Müllero*, Saxone.
29. De Politica, ℞. *Christ. Adolph. Balduino*, Döbelensi, 1652.
30. De Democratia, ℞. *Fried. Adolpho ab Haugvvitz*, Equit. Lusat.
31. De

(u) Hæc Disertationes XVIII. in forma 8va cum indice Rerum & verborum sunt impressa Norimb. 1661.

Digitized by Google

31. De Republica mixta, ℞. *Matth. Stolterfothio*, Lübec.
32. De Matrimonio, ℞. *Haubold Hannibal a Maltiz*, Equit. Miſn.
33. De Vectigalibus, ℞. eodem.
34. De ſtatua Danielis, ℞. *Vlr. Schvvarzkoffio*, Brunſvv.
35. De factionibus, ℞. *Ioh. Aug. Posfelt*, Zittau. Luſat.
36. De Peregrinatione, ℞. *Ioh. Dau. Vogel*, Norimberg.
37. De officialibus peregrinis, ℞. *Wolfg. Hier. Oelhafen*, Norimb.
38. De amicabili litterarum & militiae connubio, ℞. *Georg. Andr. Stängel a Waldenfels*, Eq. Auſtr. 1639.
39. De Iure publico in Academiis proponendo, ℞. eodem.
40. De uoto ciuitatum liberarum deciſiuo, ℞. eodem.
41. De confoederatorum ſeparatione, ℞. *Chriſt. Maur. Renſchel*, Variſco.
42. De auulſorum ab Imperio reparatione, ℞. eodem.
43. De Politico, ℞. *Ioh. Honorio Metzger*, V. A. 1660.
44. De Maieſtate, ℞. *Chriſtoph. Pellero*, Norimbergenſi.
45. De Amneſtia, ℞. *Ioh. Henr. Segniz*, Svvinfurto Fr.
46. De collegiis ſodalitiis, ℞. *Rud. Car. Geller*, Norimb.
47. De educatione liberorum (x) ℞. *Ioh. Iac. Phil. Schopper*, Solisb. Pal.
48. De bello, ℞. *Balth. Schmidt*, Norimbergenſi.
49. De Victoria, ℞. *Ioh. Bernh. Trappio*, Heilbr. 1668.
50. De pace, ℞. *Wolfg. Chriſt. Keil*, Gera-Variſco 1669.
51. De fortalitiis, ℞. *Aug. Drachſtedt*, Hal. Saxone 1673.
52. De foederibus, ℞. *Ioh. Ioach. Gvvandſchneider*, Norimb. 1671.
53. De Homagio, ℞. *Alberto Tvveſtreno*, Hamb. 1669.
54. De modis perueniendi ad imperium, ℞. *Ioh. Eſ. Rüble*, Wormatienſi.
55. De cauſis odii ſubditorum in principem, earumque remediis, ℞ *Iob. Dietr. Löffelholtz*, 1673.

56. De

(x) Hae diſſertationes a XIX ad XLVII. iunctim cum indice duplici ſunt editae Norimb. & Altdorfii 1666. in 8.

Digitized by Google

56. De amplificatione Rerumpublicarum, ℞. *Iac. Bib*
57. De Nobilitate, ℞. *Iob. Ottone*, Hamb. 1671.
58. De societate paterna eiusque iure, ℞. *H.* Helmst. 1666.
59 De officiis & officialibus in Republica, ℞. *Io* Norimbergensi.
60. De Legatis, ℞. *Herm. Fried. a Witzendorff*, Lüt
61. De supremis Status Ministris, (y) ℞. *S. L. Wu* bergensi, 1669.

SEORSIM EXTANT DISSERTATIONES PC

1. Ζητηματα Politica, ℞. *Christ. Maur. Renschel*, 16
2. Quaestionum Nomico-Politicarum decades dua *Christ. Guntzel*, Coburgensi.
3. Thesium ex universa Politices doctrina depron uiginti duae 1654. ℞. *Ioh. Ernst. Pezio*, Hungai
4. De legibus disert. III. A. 1660.
5. De origine, progressu & fatali Rerumpubl. p *Christiano Hubrigk*. Vratisl. Silesio, 1662.
6. De genuina Rerumpubl. origine, 1663. ℞. *Iob A*
7. De principiis ciuilis prudentiae, 1665. ℞. *Vlr. Ol*
8. De bello, ℞. *Georgio Proisseggero*, Sempr. Hung.
9. De supereminente Dominio, 1670. ℞ *P. I. Pöhn*
10. De spoliis belligerantium, 1675 ℞. *Ge. Alb. Ha*
11. De mediatoris officio, eiusque requisitis, 1676 *Heumanno*, Viennensi.
12. De praeda militari I & IIda, ℞. *Ioh. Lud. Vnzero*,
13. De definitione dominii supereminentis, 1677. *Richtero*, Norimb.
14. De armatura epistolari ex Tacito subministra *Car. Woelckero.*

(y) Hae dissertationes a XLVIII. ad LXI. in octaua forma sunt A. 1675.

Digitized by Google

15. De temeraria prouinciarum inuasione ex dominandi libidine, 1678. *p. Burck. Alb. Rieter*, a Kornburg.
16. De Dictatore Romano 1678. R. *F. S. L. F. a Lerchenthal & Gusterheim.*
17. De Seruo naturali, 1678. R. eodem.
18. De nouitatibus in Republica uitandis, R. *Ioh. Christ. Dietherr.* 1679.
19. De Quaestione: an in tractatione pacis, belli causae a conciliatoribus pacis sint examinandae? R.

LABORES THEOLOGICI IN QVARTO.

Expolitio Partis II. Speculi Veritatis a CHRISTIANO WILHELMO Marchione Brandenburgensi, &c. editi septem disput. pertractata. Alt. 1637. in 4. 1. Alph.

Disceptatio Theol. Anti-Photiniana, de ratione in Theol. contra FLOR. CRVSIVM & CRELLIVM, Helmst. 1671. in 4.

Aucupium pecuniae h. e. missarum solitariarum apud Pontificios abusus, contra IOH. THEOPH. KLIBNITZ, Iuris studiosum, demonstratus, Alt. 1672. pl. 3.

Concussio primae Normae Religionis Photinianorum Zvvickerianae de disparatis.

TRACTATVS THEOLOGICI IN OCTAVO.

Vindiciae incarnationis IEsu Christi pro ALB. GRAVVERO, contra VAL. SMALCIVM, Norimb. 1638. in 8. pl 18.

Examen Methodi Augustinianae contra WALENBVRGIOS, Alt. 1654. in 8. 1. Alph. (z)

Solida demonstratio uerae diuinitatis Christi, contra IEREM. FELBINGER, SMALCIVM aliosque diuinitatis Christi hostes instituta, Alt. 1663. 8. 1. Alph. pl. 6.

Dissertatio Theologico-Philosophica de Logica siue recta ratione, quam Photiniani fidei suae analogiam uocant, Alt. 1664. in 8. pl. 9.

(z) Editio secunda correctior & auctior appendice, ut & mantissa, de sanguine & suffocato prodiit 1657. Alt. 8.

Digitized by Google

IONAE SCHLICHTING A BVKOVVICK, Photiniani, centum argumentorum a NICOLAO CICHOVIO, pro uera & aeterna IEſu Chriſti Deitate ex S. bibliis conſtructorum excifio, in theatrum ueritatis adducta & impedita a *I. P. Felvvingero.* Alt. 1666. in 8. 2. Alph. pl. 10.

Collatio religionis Euangelicorum ſeu Lutheranorum cum religione Vnitariorum ſiue Photinianorum contra M. V. BAVMGARTNERVM, Alt. 1667. in 8.

Immodeſta modeſtia, qua immodeſtus Photinianus e Tranſyluania M. VAL. BAVMGARTNER, Coetus Claudiopolitani Miniſter & Gymnaſi ibidem Rector, *Iob. Paul. Felvvingerum*, Prof. Altdorf. excepit 1668. in 8.

Incarnatio IEſu Chriſti contra VAL. BAVMGARTNER, 1669. 8.

TRACTATVS LOGICI.

1. Exercitationum Logicarum de natura Praedicamentorum Decas, Alt. 1642. in 4. 1. Alph. pl. 6.
2. Palaeſtrae Rationis Pars I. hoc eſt doctrina enunciationum & ſyllogismorum modalium ſex diſputationibus explicata, Alt. 1649. in 4. pl. 20. (aa)
3. Palaeſtrae Rationis Pars II. h. e. doctrina exponibilium, VIII diſputationibus explicata, Alt. 1652. in 4. 1. Alph. pl. 5.
4. Palaeſtrae Rationis Pars III. h. e. doctrina ſuppoſitionis, ampliationis & ſtatus, ſex diſput. expoſita, Alt. 1662. 4. pl. 19.
5. Methodus diſputandi ANDR. KESLERI, exemplis Theologicis illuſtrata, adiecta eſt p. 233. diſputatio de diſputatione, Alt. 1668. in 8. 1. Alph. 3. plag. Prima editio 1659. prodiit.
6. Collegium logicum de ſophiſticis Elenchis contra FAVSTVM SOCINVM, diſput. IX. abſolutum, Alt. 1672. 4. 1. Alph. pl. 10.
7. Palaeſtra rationis maximam partem circa Syllogiſmos imperfectos

(aa) Proſtat etiam in octaua forma 1654. Alt. quatuor diſputationibus abſoluta, & hinc & inde aucta.

ctos aliquot disputationibus instituta, Alt. 1675. in 8. ex editione secunda. Continentur autem in hac Palaestra seq. disertationes

1) De definitione Syllogismi in genere & inductione.
2) De Επαγωγῃ.
3) De Ενσασει.
4. De enthymemate.
5) De παραδειγματι.
6. De sorite.
7) De dilemmate.
8) De argumentatione Christi Matth. 22. v. 32.
9) De quibusdam Photinianorum Syllogismis in fundamenta Syllogistica impingentibus.
10) De Syllogismo expositorio.

TRACTATVS POLITICI.

1) De arte χρηματισικῃ disertationes sex iunctim editae, A. 1650. in 4. pl. 17. (bb)
2, Institutionum Politicarum Libri duo, adiectus est discursus: an de Iure publico in Academiis liceat disputare, Francof. ad Moenum A. 1652. in 12. pl. 9.
3. De Consiliariis Senatoribus & Legibus, 1656. in 8. Altdorf.
4. Tractatus de Iudice, Alt. 1658. (cc) in 8.
5. De Magistratu, 1668. in 8.
6. Disertationes XIV. in FRANCONIS BVGERSDICII Ideae Politicae expositionem, iunctim editae 1681. Altdorfii in 4. 2. Alph. pl. 12. (dd)

(bb) Quia Aristoteles 1. *Polit. 8 &9. de arte acquirendi divitias*, utpote sine quibus familia sustentari nequit, ex instituto egit, placuit nostro in his disertationibus uestigia Aristotelis legere atque rationes ipsius uberius expendere.

(cc) Verus titulus libelli est: Forum Protestationum a CONSTANT. ROGGERIO, MARTINO DE VE, IOHANNE DE AGVSELLIS & MARTINO NIGRINO adornatum: Accessit Iudex *M. I. P. Felvvinger*, 1658. in 8.

(dd) Continent hae disertationes obseruationes in Ideam Politicam FRANCONIS BVGERSDICII, qui erat Prof. Logices, Ethices & Physices Batauinus & obiit 1629. aetatis anno 39. Vid. WITTE in diario.

Digitized by Google

EDITA COLLEGARVM SCRIPTA.

Philosophia Altdorfina h. e. Celeberrimorum quorundam, in inclu-
ta Vniuersitate Altdorfina Professorum, nominatim PHILIPPI
SCHERBII, ERNESTI SONERI, & MICHAELIS PICCARTI
Disputationes Philosophicae, in unum fasciculum collectae, &
ab interitu uindicatae. Accesserunt aliquot SONERI & PIC-
CARTI orationes sparsim ante hac editae, & index rerum & ue-
borum locupletissimus, Norimb. 1644. in 4. 3. Alph. & pl. 22. (ee)

ERNESTI SONERI, περὶ ἑρμηνείας commentatio siue περίφρασις, edi-
ta a *Iob. Paul. Felgvvingero*, 1641. in 4. (ff)

ERNESTI SONERI in libros XII. Metaphysicos Aristotelis com-
mentarius, editus a *M. I. P. Felvvingero*, cum indice rerum &
uerborum, Ienae 1657. 4. 3. Alph. & pl. 7.

ΑΝΕΚΔΟΤΑ.

Commentarius in libros Topicos Aristotelis.

Commentarius in librum I, II, analyticorum priorum.

Commentarius in librum primum analyticorum posteriorum.

Commentarius in librum περὶ ἑρμηνείας. (gg)

Institutiones Methaphysicae Libri tres.

Institutiones Metaph. breuiores.

Tractatus de causis.

Democritus relegatus, i. e. refutatio libelli Papistici, cuius titulus:
*Lacht überlaut, die Acatholischen vvollen einmal Römisch Catho-
lisch vverden.*

GEORGIVS MATHIAS KOENIG.

GEORGIVS MATHIAS KOENIG, Vir antiqua fide & uirtute,
quemque DAVMIVS (a) non male *Noricorum Varronem* & OMEI-
SIVS (b) πεφηνατικὸν βιβλιοθήκην salutat, natus est Altdorfii A.
clɔIɔcxvi

(ee) Iudicium de hac Philos. Altdorf. uide in Historia Bibliothecae Fabricianae p. 509.
(ff) Vid. uitae Medicorum p. 34. num. *fff* 12.
(gg) Asseruantur in Bibliotheca Alumnorum Noricorum, quae est Altdorf.
(a) Epp. T. I. p. 16.
(b) In gloria Acad. Altdorf. p. 150.

Digitized by Google

GEORGIVS MATTHIAS KOENIG
Altdorfinus.
In patria Academia Græcæ Linguæ et Poeseos P.P.
et Bibliothecarius.
ab Aº 1647.
Nat: 1616. d. 15. Febr. Denat: Aº 1699. d. 29. Dec.
Wolfg. Philipp. Kilian. sculpsit:

Digitized by Google

Digitized by Google

cIↃIↃCXVI die XV. Februarii circa primam meridianam. Pater eius fuit GEORGIVS KOENIG, S. Theol. D. & in hac Vniuersitate Prof. Publ. Primarius, Ecclesiaeque antistes; (c) Mater *Helena*, M. GEORGII PVLMARI, Professoris classici, siue classium cum Academia eo tempore coniunctarum, secundae Praeceptoris (d) filia. Susceptoris partes obiit MATTH. GELLERVS, tunc quoque Classicus praeceptor. (e) Sunt in herbis bonae frugis, sunt in animalibus naturalis praestantiae, in hominibus eximiae indolis & genii indicia; qualia etiam in *Georgio* nostro *Matthia* elucebant, signa bonae mentis, & connati quasi in libros amoris; hos enim expetere illi cura, his frui delicium fuit. Hinc & sollicite ac diligenter educatus est in parentum sinu matureque pietatis & Artium liberalium tirociniis imbutus. Ac primo quidem scholam frequentauit oppidanam, inde in classes translatus publicas, quae ea tempestate florebant; priuatim uero usus est opera M. IAC. TYDAEI, (f) Oratoriae postea ac Poeseos Prof. P. cuius ut & reliquorum informatorum praecepta, qua singulari erat docilitate, tam cito arripuit, ut praeceptoribus admirationi, commilitonibus, exemplo esset. Ad Academicas deinde promotus praelectiones, frequentiori studio Oratorum, Historicorum, & Poetarum, tam graecorum quam latinorum, lectioni se applicuit, ac praeeuntibus IOH. KOBIO, (g) IAC. BRVNONE (h) ac DAN. SCHWENTERO, (i) studiosae iuuentutis Doctoribus & ductoribus fidelissimis in Philologia aeque ac Philosophia oppido laudabiles fecit progressus, & sublimiora pariter Theologiae studia auspicatus est ALTHOFERO (k) atque WEINMANNO, (l) uenerando uirorum pari, facem praeferente. Anno seculi octauo & trigesimo Athenas Alsaticas se contulit, ibidemque ita uersatus est, ut IOH. SCHMIDIO, DOR-

(c) De cuius uita uideantur uitae Theologorum Altdorfinorum p. 113.
(d) Cuius uitam dedimus supra p. 18.
(e) Vt patet ex supra dictis p. 104.
(f) De quo dixi supra p. 149.
(g) De quo uideantur uitae ICtorum Altdorf.
(h) Cuius uitam uide p. 141.
(i) De hoc egi p. 115.
(k) De hoc uideantur uitae Theologorum. p. 268.
(l) Conferantur uitae Theologorum, p. 246.

Digitized by Google

SCHEO & DANNHAVERO, Theologis ſummis mirum in modum ſe approbaret, ac ſpeciatim praeſide DANNHAVERO, bis diſputando, ſemel in *Collegio Decalogico* atque iterum *Chriſtologico*, ſtrenue ſe exerceret. Exacto ibi ſeſqui anno, iubente patre *Altdorfium* reuerſus eſt, atque intimiore hic conuerſatione ac informatione THEOD. HACKSPANII (m) uſus, linguarum orientalium & accuratiorem Theologiae notitiam feliciter hauſit, eique affini ac doctori ſuo plurimum ſe debere ſemper profeſſus eſt. In Theologicis quoque magno cum fructu uenerabilem Parentem ut ducem & Magiſtrum ſecutus eſt, quanquam ſeria haec inter ſtudia altero oculo ad literas politiores, antiquitates hiſtoriarum, eloquentiae potentiam & amoenitates poëtarum ſemper reſpiciens. Vnde hoc artium elegantiorum cultu ad eam uenit celebritatem, ut CHRISTOPH. ADAMO RVPERTO (n) anno cIↃIↃCXLVII e uiuis exemto, Hiſtoriarum profeſſio, Patriae & Academiae patribus, quos uirtute ſua mirifice ſibi obſtrinxerat, optime eidem committi poſſe uideretur. Quam etiam nactus ſpartam egregie ornauit, ſuorumque antecesſorum, FREIGII, COLERI, CLAPMARII, VIRDVNGI, RVPERTI gloriam minime deformauit, ſed auxit. Ac primo quidem hiſtoriam uniuerſalem tam ſacram quam ciuilem a mundi natalibus, usque ad Reformationem a Megalandro noſtro diuinitus ſuſceptam, auditorum calamis concredidit; deinde Romanam & graecam hiſtoriam ſpeciatim pertractauit, ac AELIANVM notis illuſtrauit; poſtea Hiſtoriam Pontificum Romanorum, & Syntagma de uiris litteratis, aliaque luci publicae quae committantur dignisſima, & infra a nobis commemoranda, tradidit, annosque primos ſeptem, ſuperiorum iuſſu, circulo oratorio curam debitam accomodauit. A. cIↃIↃCLIV poſt B. IAC. BRVNONIS obitum, graecae linguae Profeſſor deſignatus & anno ſeq. *Bibliothecae Academicae praefectus*, hocque in munere B. Parenti ſucceſſor datus eſt. Anno cIↃIↃCLXVII Profeſſionem hiſtoriarum, moderantibus ita *Generoſis Academiae curatoribus* B. WAGENSEILIO ceſſit, & Poëſeos Profeſſionem in ſe ſuſcepit eamque

(m) De hoc uideantur uitae Theologorum, p. 304.
(n) De hoc uideantur plura p. 164.

Digitized by Google

quae cum graecae linguae doctrina coniunxit. Quibus muneribus omnibus KOENIGIVS ita praefuit, ut non ſolum multum nominis & gloriae per uniuerſum litteratum orbem ſibi parauerit, ſed ipſi etiam Academiae ingens ornamentum ac decus conciliarit. Pauci quidem inter eruditos haberi uolunt, qui non graecarum litterarum peritiam aliquam ſibi tribuant: atqui cuiusuis aetatis ac generis ſcriptores & recte intelligat, & ultra uerborum uocumque ſtructuras, ex antiquitate intima, intimoque auctorum ſenſu ac indole, interpretari commode & perſpicue ualeat, quotuscunque in noſtra Germania reperiendus eſt, qui hanc ſibi laudem prae aliis uindicare ausſit? Quam adeo propriam ſibi fecit noſter, ut ea de re uiri doctiſſimi apud exteros quoque, prae quibus Athenae ipſae uix Graecae magis uideantur, illum ſingulariter amauerint, coluerint, admirati ſint. Ad Bibliothecae uero Academicae curam gerendam quis aptior, quis in iſta ſupellectile cuſtodienda ad locandos ſuis quosque forulis quarumuis diſciplinarum libros prudentior? quis ad ſeruandas & augendas iſtas diuitias ſolertior uidebatur, quam qui ad rem librariam priuatam attentiſſimus erat? quem nulla pars eruditionis fugiebat, quique βιβλιοθήκην ἔμψυχος, καὶ περιπατῶν μυσεῖον, merito ſuo habebatur. Multi certe peregrinatorum ac ſtudioſorum, ipſum conſulentes, *Varronem* ſuum appellabant; & quoties in Bibliotheca publica uel domi aliquid abditum quaerebant, ille theſaurus erat. Quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenebat? quam plena librorum tam ueterum quam nouiſſimorum cognitio? quam ſana etiam medicina iis adhibita? dum ſummum ipſi ſtudium erat uindicare textum a uitiis librariorum & mendoſis translationibus, notare errata, obſcuris lucem affundere, ſingularia ſignare obelisco, omnesque propellere morbos & iniurias, quibus ualetudo literaria atteritur. Dici non poteſt quantum in amicitiis clariſſimorum per orbem Europeum uirorum colendis ea res commoditatis habuerit. Ab illis enim ad Koenigium, ab hoc ad illos frequentia commeabant litterarum commercia, quorum ope operaque plurimae difficiles in ſtudiis amoenioribus quaeſtiones proponebantur, diſcutiebantur, decidebantur, multumque praeſidii & orna-

& ornamenti accedebat conſiliis elegantiae ac felicitati ſeculi deſtinatis. Sed quemadmodum uiua uoce, & ſcriptis ad amicos epiſtolis, commodo publico conſulere in praeſenti ſtuduit ὁ μακαρίτης, ita de poſteritate quoque fuit ſolicitus. Vox enim ſcriptaeque litterae ad paucos emanant, libri uero & diutius & pluribus utilitatem praeſtare poſſunt. Caeterum uero Profeſſionis Hiſtoricae munus, h. eſt, domum adeptus, de Vxore etiam, Heſiodi ſui praeceptum ſecutus, cogitare coepit. Itaque ſequente anno cIↃIↃCXLIIX. d. xx. Nouembr. cum nobiliſſima ornatiſſimaque Virgine *Anna Maria*, Viri praenobiliſſimi, Dn. IVSTINI HARDESIANI, ICti, Inclytae Reip. Norimb. Conſiliarii grauiſſimi. & *Marthae*, natae GVGELIAE filia (o) ſolemnibus matrimonii ceremoniis heic Altdorfii iunctus & copulatus eſt; & ex ea liberos genuit quatuor, tres filios *Georgium Wilhelmum*, qui anno aetatis ſexto & uicesimo A. cIↃIↃCLXXV duo uero reliqui in infantia meliorem ad uitam praecesſerunt; & filiam unica magis unicam, *Mariam Catharinam* (p) maternae bonitatis exemplar, anno cIↃIↃCLXXXIII IOHANNI WVLFERO (q) auſpicatiſſime elocatam. Cum ipſa uero coniuge Hardeſiana in coniugio uixit concorditer, ſine ulla querela, annos octo & triginta, uidelicet ad annum ſeculi octogeſimum ſextum. Inde a beata uxoris morte reliquum aetatis in uiduitate piaque ſolitudine exegit. Et cum ab aliquot annis, uiduitatem quoque praecedentibus, aurium ſenſus impeditus eſſe coepiſſet, cumque aetate malum accreuiſſet ſimul, ſenex noſter ab omnibus congreſſibus publicis, ſi templi & ſacrae coenae frequentationem excepseris, abſtinuit, ſuasque praelectiones domi habuit; de caetero cum Deo, ſecum & libellis ſuis locutus, nulla ſpe, nullo timore ſolicitus, nullis rumoribus inquietus. Praeter hanc innocentiam, pietatem ac diligentiam ſingula-

(o) Quae obiit 1686. menſe Maii,

(p) Ex qua uidit quatuor nepotes, ſed ipſius filiae exſequias A. 1689. menſe Maio, turbato mortalitatis ordine, non ſine graui moerore eſt proſecutus.

(q) Tunc Diacono Mariano & Concionatori ad Diu. Clarae Norimbergae, deinde Paſtori ad Spiritum S. & in auditorio Aegidiano Philoſophiae Practicae & Geographiae P. P. poſtea ad Diu. Laurentii & denique ad Diu. Sebaldi Antiſtiti, Hiſtor. Eccleſ. & Polit. Prof. P. atque Bibliothecario celeberrimo, qui obiit 1724. d. 3. Septembr.

Digitized by Google

ſingularem, tanta in eo quoque morum ſimplicitas & modeſtia elucebat, ut ſuo fere ſeculo maior priſci candoris ac ſapientiae ſpectaculum renouaret. Placuit ipſi generoſa uox Achillis apud Homerum ſuum: *Odi aeque ac portas inferorum eos, qui aliud ore promunt, aliud corde condunt.* Itaque nihil apud mentem ſtatuebat, quod non auderet foras proferre: ſecurus de gratia pariter ac odio, quorum alterutrum ſequeretur dicentem. Quare & quod uerisſimum optimumque ſtatuiſſet ſemel, ab eo ſe dimoueri aegre patiebatur. Caeterum de eiusdem in pauperes, ac ſororem praeſertim uiduam, liberalitate, comitate, manſuetudine, culta cum Collegis concordia, tacere praeſtat quam pauca dicere: frugalitati certe ac temperantiae niſi quam diligentisſime ſtuduiſſet, ad tam uegetam grandemque ſenectam uix peruenisſet. Rectoratum Academiae bis geſſit dexteritate ac fide ſingulari; honores eius ſaepius gerendos, ob imminentem magis ac magis ſenectam, uitaeque ſolitariae amorem, modeſte deprecatus. Corpore non ita robuſto ac ualido fuit, ſed quod inualetudine, appropinquante ſenio, ſaepius tentaretur, calculo praecipue & eryſipelate pedem affigente. Tandem fluxus alui biliofo-mucoſus, magno cum uirium defectu Virum optimum infeſtauit, ſecutusque maraſmus ſenilis hecticus ſenſim confecit. Quibus quidem malis ſtrenue obuiam itum a Collega & Medico experientisſimo D. BRVNONE; cuius felicisſimae dexteritati ceſſisſent haud dubie illa, ſi humanae arti quidquam ſenectae grauitas ultimique uicinitas fati reliquisſent. Tandem uero Feſto Thomae Anno ɔIↃɔc KOENIGIVS ſacrum aſſumſit ἐφόδιον, ex eoque tempore totum ſe dedit piis meditationibus, uotisque ardentibus optauit cum Apoſtolo, liberari corporis ergaſtulo, & eſſe cum Chriſto. Cuius deſiderii compos factus eſt nocte uiceſimum octauum & nouum Decembris diem intercedente, ubi lipothymia uehementior, & hanc ſecuta hemiplexia, uno uelut impetu auditum, uiſum ac ſermonem intercepit; ipſeque tandem Senior Academiae uenerandus, circa quartam matutinam, inter preces & ſuſpiria maxime reuerendi D LANGII, amici ueteris & ad ſupremum usque ſpiritum conſtantisſimi, aliorumque adſtantium, animam Seruatori ſuo dicatam adeo exhalauit

Digitized by Google

placide, ut mors somno simillima uideretur. Hunc uitae finem habuit KOENIGIVS meritissimus, qui Professorii muneris celebritatem ultra annos unum & quinquaginta, uitae uero totius spatia ad octogesimum secundum, rariore Dei benignitate, prolatauit.

SCRIPTA KOENIGII EDITA.

1) Tyrocinium Poeticum Graecum, h. e. libellus, in quo epitheta, nomina, uerba & aduerbia graeca secundum mensuram & ordinem alphabeticum collecta sunt ad usum tyronum, quo facilius Poësin Graecam & acquirere & exercere possint. Norimb. 1637. in 8. pl. 18. (r)

2) GARTHII lexicon trilingue, siue lexicon latino-Germanico-graecum cum praefatione DILHERRI 1658. 3. Alph. 7. plag.(s)

3) Gazophylacium latinitatis, seu lexicon maius, latino-germanicum, Norimb. 1668. (t)

4) Edidit patris *Georgii* casus conscientiae aliasque obseruationes ipse addidit, Norimb. 1676. in 4. (u)

5) Bib-

(r) Elaborauit auctor hoc tyrocinium cum esset Philos. & Theol. studiosus & magnam sibi hoc labore peperit famam, teste IACOBO BRVNONE in praefatione addita.

(s) Quod hinc & inde emendauit auctiusque edidit.

(t) Recusum est quoad titulum Norimb. 1719. in 4. sub titulo: *Promtuarium latinitatis* & noua praefatione auctum. Exhibentur in eo uoces a latinis scriptoribus tam ueteribus, quam recentioribus usurpatae, item significationes, constructiones, elegantiae, formulae, prouerbia cum indice locupletissimo. In epistola dedicatoria demonstrat, litteras ac scientias humano generi diuinitus concessas esse tantoque deposito mortales non sine speciali diuini Numinis fauore & gratia frui, pariterque ostendit fata linguae Graecae & latinae, & Heidelbergensem celebrat Vniuersitatem, e qua subinde uiri eruditi prodierint. In praefatione autem rationem instituti exponit, postque illam Catalogum exhibet auctorum latinorum secundum tempora & secula, ut & notas Romanorum. *Multa*, teste MORHOFIO, Polyh. T. I. L. IV. p. 115. *hoc in lexico habentur, quae frustra in operosissimis aliis lexicis quaeruntur, ipsoque etiam foro Romano.* Vid. *Historia Bibliothecae Fabricianae* P. III. p. 501.

(u) Dissertationes ab auctore nullas uidi uentilatas & impressas, multas uero scripsisse epistolas eruditionis plenas ad *Iob. Fried. Heckelium, Christianum Daumium, Bened. Hopfferum* & alios uiros celeberrimos, docent epistolae *Daumii* a IOH. ANDR. GLEICHIO 1697. in 8. Dresdae editae p. 56 - 61.

5) Bibliotheca uetus & noua, Alt. 1678. in 4. (x)

6) Amaltheum poëticum, siue breuis & accurata uocum fere omnium prosodia, Norimb. 1671. in 12.

7) Indiculus Pomey uniuersalis quadrilinguis, Norimb. 1698. in 12.

ANEKΔOTA KOENIGII. (y)

1. Notae in Euangelium Lucae.
2. —— in acta Apostolorum.
3. —— in I & II. Ep. Petri.
4. —— in Apocalypsin.
5. —— in Canticum canticorum.
6. —— in Historiam Susannae.
7. Lexicon Graecum N. T.
8. Ἰδιονοματολογία, seu de nominibus propriis V. & N. T.
9. Rituale omnium gentium & populorum.
10. Lacedaemoniaca, s. fragmentum uocum Laconicarum Gr.
11. Supplementum Lexici Garthiani Graeco-Latinum.

(x) In qua a prima mundi orgine usque ad annum 1678. eruditorum uitae, fata & scripta recensentur. In praefatione instituti rationem & cui bono futurus sit liber exponit. Fatendum tamen est multas in hunc librum hallucinationes & errores irrepsisse atque a uiris doctis obseruatos & detectos esse. Vid *Historia Bibliothecae Fabricianae* P. III. p. 108 -- 138. qua uenerandus auctor totum catalogum errorum exhibet. Sed auctor Anonymus in Decade scriptorum recentiorum Hamb. 1688. in 4. paulo iniquius Iudicium MORHOFII in Polyh. T. I. L. I. c. 18. esse dicit, quando e catalogis constipatam esse uir doctissimus iudicat. *Longe prolixior*, inquit, *MSSta fuit, quam nunc edita habetur, quae breui iterum, ut audio melior auctiorque prodibit. Multa ex ea didici frustra alibi quaesita, quanquam pro perfecta & ab erroribus immuni nunquam habuerim. Neque memini apud alium legere nomina fabularum ueterum poetarum aeque studiose collecta.* Conf. Cel. STRVVII introductio in notitiam rei litterariae p. 28. & Cl. *I. C. COLERI* analecta ad hanc introductionem p. 16.

(y) Communicatus mihi est hic catalogus a Genero beati S. R. Viro IOH. WVLFERO, supra laudato, qui simul affirmauerat, quod ὁ μαχαίτης hos labores maluerit inter claustra tenere, quam emittere, quia noscebat seculi sui morbum & ineptias eorum, qui de optimis libris pessime sentirent. Quare, ut cauto erat animo, fastidia hominum experiri noluit, atque ita se comparauit, ut potius de aliorum scriptis aequus iudex sedere, quam ullius ipse iudicium subire cuperet. Conf. MEELFVHRER in accos. ad Almel. Bibl. p. 49 --- 52.

12. Vetus Hiſtoria Graeca in Compendium redacta.
13. Index uocabulorum & phraſium, quae in Aeliani uaria hiſtoria occurrunt cum fragmentis & notis.
14. Hiſtoria uniuerſalis (z)
15. Commentarius in Eutropium (aa)
16. Hiſtoria Pontificia ſeu de uitis Pontif. Rom.
17. Notae in L. I. Odarum Horatii.
18. —— in Corippi Panegyricum.
19. —— in Senecae Hippolytum.
20. —— in eiusdem Medeam, Oedipum, Octauiam.
21. —— in Perſii ſatyras omnes.
22. —— in Phocylidem.
23. —— in Solonis carmina.
24. —— in Amphitr. Plauti.
25. Grammatica & lexicon Graeco-barbarum (bb)
26. Obſeruationes & elegantiae graecae linguae.
27. Alterum opusculum elegantiarum graecarum.
28. Manipulus elegantiarum graecarum.
29. Scrutinium etymologicum linguae latinae.
30. Obſeruationes poeticae graecae.
31. Elegantiae latinae uel Calligraphia linguae latinae.
32. Notae in Sabellicum de rerum inuentoribus.
33. —— in Ibin Ouidii.
34. —— in Iuuenci Euangelica (cc)
35. —— in carmina Pythagorae.

36. Notae

(z) Vidi hanc hiſtoriam a mundo condito usque ad Lutheri tempora conceptam, nec uulgaria continere, ſed e fontibus non riuulis hauſtam eſſe, ſum edoctus. Conſtat pl. 55. in 4. Elaborauit 1647. & abſoluit 1650.

(aa) Conſtat hoc manuſcriptum plag. 10. uariis curioſis obſeruationibus refertum.

(bb) Iudicat Cel. I. F. REIMMANNVS in *Introd. ad Hiſt. Lit. P. III. p. 318.* Koenigium primum inter germanos fuiſſe, qui praecepta Grammatica linguae barbaro-graecae conſcripſerit. Conf. S. R. I. M. LANGII P. I. Philol. barb. Gr. § 20.

(cc) Quas celeb. ERH. REVSCHIVS una cum notis *Omeiſii, Schoetgenii, Fabricii* aliorumque ſelectioribus 1710. edidit in 8.

36. Notae in nonnulla Theocriti.
37. —— in Apollinarium.
38. —— in Theognidem.
39. —— in Homeri Libros IV. Iliados.
40. —— in eiusd. Hymnum I. Mercurium, Venerem & reliquos hymnos.
41. —— in Luciani Demonactem & Longaeuos.
42. Syngramma de poetis graecis, latinis, antiquis & recentioribus, cum eorum ſcriptis.
43. De claris Norimbergenſibus & iis qui Norimbergae uel in Norimbergenſium diſtrictu uiuentes, literis uel artificio peculiari inclaruerunt.
44. Syntagma de claris & eruditis mulieribus.
45. Notae in Epictetum cum indice omnium uocabulorum in eo extantium (dd)
46. Index in Tabulam Cebetis.
47. —— Graecarum dictionum, quae in Aphoriſmis Hippocratis occurrunt.
48. Index in Batrachomyomachiam.
49. —— Graecus, in Canticum canticorum.
50. —— in Lycophronis Caſſandram.
51. —— in Corippum.
52. —— in Ouidium,
53. —— Philologicus in Argonautica Orphei, cum indice omnium uocabulorum & phraſium.
54. —— Plinianus duplex, alter nominum propriorum, alter uocabulorum & phraſium.
55. —— Moſographicus.
56. in Agapeti ſchedam.

 57. No-

(dd) Verum ſenſum auctoris docta paraphraſi eruit ὁ πάνυ, eumque rationibus confirmat aut conuellit; interdum philoſophi placita cum doctrina Chriſtiana comparat, Simplicii denique & aliorum ſententiis, licet rarius, eadem illuſtrat.

Digitized by Google

57. Notae criticae in characteres Theophrasti.
58. Phrases & uocabula potiora ex L. I. Polybii.
59. Phrases & uocabula potiora ex Luciani Pseudon
60. De claris typographis.
61. De longaeuis claris (ee)
62. Elogia uel uituperia Deorum, Heroum, Impp. minarum, Sanctorum & aliarum personarum illu
63. Collegia Epistolica Graeca.
64. Epistolae uariae ad Koenigium scriptae (ff)

M. IOHANNES CONRADVS DV

POst obitum IAC. BRVNONIS A. cIↃIↃCLIV Philosoph fessor factus & eo ipso anno, mortuo TYDAEO, P docendae munus ipsi fuit adiunctum. Tandem The sionem A. cIↃIↃCLVII est adeptus, prouti pluribus legi p Theologorum S. R. ZELTNERI, p. 344.

M. IOHANNES CONRADVS HEI

ERat Diaconus & Professor Theologiae Altdorfinu ore mirifice facundus erat, atque inprimis sermonis Germanici facultate & elegantia pollebat, factum cIↃIↃCLV mortuo TYDAEO, Oratoriae Prof. munia, Theolo dita consequeretur. Plura uide in uitis Theol. p. 368.

M IOHANNES LEONHARDVS SCH

HEDENO Lauffam A. cIↃIↃCLVII euocato, Schvvaeg Oratoriae & Poëseos mandata fuit gemina functi techeseos Professor factus & Ecclesiae Altdorf

(ee) Quorum ultra 3000 se collegisse paulo ante obitum affirmauit dili
(ff) Quarum unam BOHVSLAI BALBINI, alteram ANDR. CHRIST ad b. Koenigium scriptam ci. SCHELHORNIVS T. V. Amoenit. l

Digitized by Google

CHRISTOPHORVS MOLITOR
Norimbergensis
Linguarum Orientalium et Eloquentiæ
Professor Publicus ab Aº. 1660.
Nat. d. 11 Jun. Aº. 1627. Denat. d. 12 Jun. 1634
W. P. Kilian sculpsit

Digitized by Google

Memorabiles uitae circumstantiae plures uideantur in uitis Theologorum Altdorf. p. 379.

M. CHRISTOPHORVS MOLITOR.

ALCIBIADES in Sympoſio Platonis omnem aetatem hominis non niſi in duas partes diuiſit, in *aliam*, qua uires corporis florent, nondum effloreſcente penitus animi uigore, in *alteram* qua deficiente paulatim corporis robore, animus in robuſtam maturitatem excrescit. Imo uero uiuum eius rei arbitrum per aliquot annos in Altdorf. Vniuerſitate habuimus Virum Amplisſimum, Praeclariſſimum & Excellentisſimum DN. M. CHRISTOPHORVM MOLITOREM, (a) Lingg. Orientalium & Eloquentiae P. P. eumque meritisſimum & celeberrimum, cui miranda fata ita dubio ordine diſpenſarunt aetatis gradus, ut & in adoleſcentia iuuentutis uigorem, & in iuuentute uirilem grauitatem repraeſentaret, in uirili autem aetate ſenectutem, non minus morborum moleſtiis, quam iudicii dexteritate anteuerteret, ac demum ſuo etiam exemplo fidem faceret illi ſanctisſimi Masſilienſium Presbyteri SALVIANI pronunciato ep. 7. *Imbecillitas carnis mentis uigorem exacuit, & affectis artubus uires corporum in uirtutes transferuntur animorum.*

Natales accepit in incluta Norimberga d. 11. Iun. A. cIↃIↃCXXVII hora media duodecima, genitus a Viro admodum Reuerendo & Clariſſimo M. NICOLAO MOLITORE, Venerandi Miniſterii, quod ibidem Deo in Eccleſia Laurentiana operam ſacram praeſtat, Diacono Seniore, Matre CATHARINA WAGNERIA, honeſti ciuis Norimb. filia, paulo poſt ſpiritualis natiuitatis ſacris initiatus, adhibito, ex conſuetudine Chriſtianis recepta, teſte ſanctae eius actionis Viro plurimum Reuerendo & Praeclariſſimo M. CHRISTOPHORO WELHAMMERO, Eccleſiae eiusdem ad Spiritum S. Antiſtite longe meritisſimo, iamque ante plures annos coeleſtium praemiorum uſura fruente. Iam ubi corpus annis, ingenium

(a) Fratrem habuit *Iohannem* eximium Medicinae Doctorem, cuius & noſtri effigiem pictam Bibliotheca publica Altdorf, ex dono *Roth-Scholzii*, habet.

Digitized by Google

nium intelligentia nonnihil inualuerat, optimi parentes nihil prius, nihil antiquius habuerunt, quam ut filius fidelibus monitis ad modeſtiam & pietatem, ſedula informatione ad eruditionem capeſſendam inſtrueretur: cui laudabili inſtituto ſuccenturiatam operam commodare non dubitarunt Viri in excolendo Iuuentutis Noricae ſeminario aſſidui & felices, CHRISTOPHORVS SPECCIVS, IOHANNES GRAEZER, GEORGIVS SCHROEDERVS, IOHANNES RIDNER, MICHAEL MANNER, IOHANNES GRAFF. Sub horum dexterrimorum ductorum cura ubi Latinae & Graecae Linguae cognitionem haud mediocrem ſibi comparaſſet, ſimul Hebraicae Linguae tyrocinia in priuatis ſcholis, a Theologo pietatis & eruditionis laude hodieque in animis hominum uiuente DN. IVSTO ROESNERO, inſtitui tum ſolitis, poſuiſſet, facile reperit Patronos, qui herbeſcentem iſtam ſtudiorum uirididatem ad frugum maturitatem perducere allaborarent. Etenim Perilluſtres DNN. SCHOLARCHAE non dubitarunt eum A. clɔlɔcxliii m. Nou. in numerum ſtudioſorum, qui publicis ſumtibus in hac Vniuerſitate aluntur, cooptare & fidei M. MARTINI BEERII, (qui eo tempore regendo & ad bonos mores ac doctrinae culturam ducendo coetui iſti Inſpector erat praefectus) tradere, cuius Praeceptoris induſtria uti plurimum ipſi profecit ad perfectiorem culturam litterarum elegantiorum & Philoſophicarum: *ita multum iſti Viro ſe debere* apud familiares perſaepe & ingenue eſt profeſſus. Interea ne ipſe Smaragdus in luce obſcurus, ut aiunt, exiſteret, induſtriae ſuae ſpecimen geminum in publici noſtri Auditorii theatrum produxit, unum ſub laudati BEERII, ad cap. 7. 8 9. l. 1. poſt. analyt. alterum ſub praeſidio Amplisſ & Excellentisſimi Viri M. IOH. PAVLI FELVVINGERI, Polit. Log. & Metaph. P. P. celeberrimi de ſex ultimis praedicamentis, commilitonibus expoſitum. Cum ſubinde ab aliorum, Altdorfinam Academiam tum ornantium Doctorum, ac inter eos praecipue THEOD. HACKSPANII & CHRIST. ADAMI RVPERTI, uiua uoce & familiari conſortio penderet, ſtatuit ſuggeſto a Parente Patronisque conſilio ſummos in Philoſophia honores, quos Magiſterii uocamus, legitime petere, eosdemque feliciter impetrauit A. clɔlɔcxlviii poſtridie feſti Petro Paulini,

Digitized by Google

lini, ſacris iſtis operante Decano Viro antiquae fidei & eruditionis M. IACOBO BRVNONE, Ethic. & Graec. Ling. Prof. Publ. Ex eo tempore ut ſitim & ardorem, quo erga linguarum Orientalium ſtudia flagrabat, leuaret, in aedes HACKSPANII recipi geſtiit, in quibus cum per triennium & amplius aetatem exegiſſet, & literaturae Hebraicae aliarum illi uiciniorum linguarum Orientalium cognitionem adiunxiſſet, eam fiduciam ſtudiorum iſtorum concepit, ut in animum induceret, Baſileam contendere, ibique IOH. BVXTORFIVM eruditionis iſtius illo ſeculo facile principem, ſalutare. Sed ecce, ut DEVS interceperit conſilium! Dum in itinere ad uiſenda celebriora loca diuertit, incidit Tubingae in conſuetudinem Viri eruditionis & meritorum ſplendore eminentiſſimi THOMAE LANSII, eiusque blandis alloquiis & monitis ibidem detinetur, inuitatus praeſertim luculentis conditionibus ad praeſtandam operam in formandis ſtudiis ethicis, politicis, hiſtoricis, illuſtrium & nobilium iuuenum, quorum nomina in ephemeridibus ſuis conſignata haec nobis reliquit beate defunctus: COMITES AB OETTINGEN, COMITES A CASTELL, BARONES A REGAL *horumque Epboras, Nobiles a* GEISBERG, *ab* EYB, BAVDIS, ALEFELD, *duo* SCHENCKEN, MVNCHINGER. His dum ad ciuilis ſcientiae adyta fideliter uiam commonſtrat, & quaſi lumen de ſuo lumine accendit, facit, ut nihilominus ipſi luxerit, cum illis accenderit. Neque tamen ignis ille exterae terrae, quantumuis ſic ſatis luculentus, ita calefacere & irradiare Virum potuit, quin patriae fumum, & ipſum ſuo ſplendore mixtum poſt exactum ibi ſexennium & amplius anhelaret. Ad patrios igitur lares cum non tantum corpus a morbis immune & ad ferendos labores ualidum, ſed etiam famam ſingularis eruditionis & acris diligentiae attuliſſet, ibi etiam certatim uelut obuiam procedebant, qui exambirent celebratam eius in docendo alacritatem & facilitatem, eandemque lautis praemiis mactaret. Euenit autem anno cIↃIↃCLIX, ut memoratus ante praeceptor & hoſpes eius HACKSPANIVS obita beate morte uacuam deſereret Profeſſionem Linguarum Orientalium, quam ipſe per aliquot annos & magno cum fructu noſtrae Iuuentutis ſtudioſae cumque

laude & admiratione exterorum ſuſtinuerat. Ei Roſcio qui ſuccedaneus daretur, nec promtior alius apparebat, nec dignior ſe offerebat, faciliorem praeſertim uiam aperientibus fatis interuentu Iudaei ῳ', qui in eius priuatam ſcholam meliore auſpicio intrauerat, quam exierat. Quam primum ergo Noſter prenſauerat manus Procerum Norimbergenſium, actutum benignas eas ac fauentes eſt expertus, eorundemque ac totius adeo Perilluſtris Senatus iuſſu, ſubmiſſe ac modeſte prouinciam, cui a tot annis uires ad induſtriam praeparauerat, ſuſcepit, & eo conatu, quem uitrea & frequentibus ſubinde morbis attentata ualetudo permiſit, ad illum uitae halitum, qui ferendis laboribus par erat, adminiſtrauit. Caeterum cum intelligerent ſerii illi officiorum exactores, poſſe noſtrum MOLITOREM τὴν ἄιγα φίειν, non dubitarunt eidem etiam τὸν βῦν, ut eſt in prouerbio, imponere, & primum quidem partes dirigendi Circuli, quem hic uocamus, Oratorii ac paulo poſt ipſius Profeſſionis Eloquentiae demandare. Sed ipſe nec tum quicquam de priſtina, cui adoleſcens, iuuenis, uir aſſueuerat, laborum alacritate remittere, quin potius praecepta Rhetorica ad uſum uitae eccleſiaſticae & ciuilis transferre, ſtudioſos artis ſuae hortari, alios tardiores uoce & exemplo excitare, alacriores confirmare, orationum argumentis feſtiuioribus & utilioribus taedium diſcutere, uoluptatem animis audientium & legentium ingenerare. In hoc bene merendi concitatiſſimo ſtudio honorem, quem nemo bonus aſpernatur, maluit ſectantem ſeſe prehendere, quam fugientem operoſe retrahere. Oblatum igitur communibus Senatus Acad. ſuffragiis Rectoratum Academicum & modeſte accepit & feliciter adminiſtrauit. Decanatum facultatis ſuae trina uice ſuſtinuit, & Collegis idem officium obeuntibus ſinceram operam praeſtitit. Poſtremum felicitati ſuae, quam in hac uita fatorum indulgentia concesſerat, faſtigium impoſitum eſſe putabat, quod demum A. cIↃIↃCLXXI languentibus in dies uiribus labore fractis, curarum multitudine exhauſtis, denique ipſi uaſtae corporis moli ſuccumbentibus, adſciuerit in matrimonium uitae ſociam θεραπευλικὴν Matronam nobiliſſimam & omnium uirtutum, ſequiorem ſexum decentium, gloria apud nos celebratiſſimam MARIAM SABINAM,

e nobi-

e nobilisſima *Poemerorum* & *Geigerorum* proſapia oriundam, Viri praeſtantisſimi & integerrimi DN. IOHANNIS PVLENHVBERI, Vniuerſitatis quondam notarii fidelisſimi, uiduam: quae ipſa tamen nec affabili conuerſatione, nec ſolicita cura ualetudinis, nec nocturnis diurnisque uigiliis, nec lauto & ſcite inſtructo ciborum apparatu feſtinantem & iamdiu mariti uitae inſidiantem Atropos manum inhibere poterat. Nam cum ob defectum flammae uitalis, humiditates ſuperfluas corporis alias abſumentis, per tres annos aqualiculum geſtare coepisſet, procul dubio ex omenti mole, accedenteque frequenti narium haemorrhagia atque difficili reſpiratione, Hydrops Aſcites ſuperuenit, cuius occaſione uenter a collecto ſero ita intumuit, ut Natura per umbilicum anno cIↃIↃCLXXIV circa Solſtitium, abundantiae eius exitum ſalutarem concesſerit. Ob languorem autem organorum nutritioni praefectorum, malum circa inſequens aequinoctium uernum recruduit, effuſionique aquae repetitae copia puris foetidi ſucceſit, uiſcerum ſqualorem arguentis, quae tandem ob crasſitiem ſubſiſtens lethalem uitalibus partibus corruptionem acceleraſſet, ut ſub ipſo ſequente Solſtitio expirauerit. Haec pauſa laborum, hic finis fuit uitae, quam optimus & integerrimus Vir paululum ultra medium aetatis uirilis producere per tantillam fatorum ſuorum benignitatem potuit, caneſcens magis mente quam mento, animo magis quam capillo, magis pectore quam facie: fuſis ardentisſimis ad Seruatorem ſuum precibus fato functus A. C. cIↃIↃCLXXIV d. XII. Iunii inter horam XI. & XII. merid. ſicut eodem fere momento eiusd. Iun. d. praeced. XI. ante hos ipſos annos ſeptem & quadraginta primum ſpiritum hauſerat. Copia nobis eſſet implere aliam eamque utramque paginam depraedicandis laudibus pietatis, diligentiae, comitatis, ueracitatis, candoris, iuſtitiae in ſeruanda contractuum fide, niſi uoluntatis ſupremae religione prohiberemur, qua Vir beatus ſanxit, ut ſermone *ſimplicisſimo & breuisſimo* ſuus ex hac uita abitus e publica tabula ſignificaretur, & ab aliis poſtea deſcriberetur. (b) Iudicabimus nunc potius

(b) Tantum ex programmate funebri GEORGII REICHARTI *HAMMERI*, P. & I. V. D. & Pandectarum Prof. Publ. t. t. Rectoris Magnifici.

Digitized by Google

seriem scriptorum, quorum quidem exiguus numerus est, quia noster ex nimia timiditate aliqua aegre potuit eo adduci, ut uel haec, quae habemus scripta, luci publicae traderet. Sunt uero sequentia:

ORATIONES, PROGRAMMATA ET DISPVTATIONES BEATE DEEVNCTI. (c)

Expositio litteralis in Canticum Canticorum ex libro *Michlal Iophi* uersione donata, Alt. 1651. in 4.

Exegetica ad locum Geneseos Cap. I, 2. ℔. auctore *M. D. Omeisio*, Norimb. 1666.

Oratio panegyrica, qua *Iob. Mich. Dilherrus* in uita *Iosephbo*, Doctrina *Samueli*, Morte *Michaeli* comparatur, Norimb. 1669. 4.

Exegetica ad locum Geneseos Cap. XLIX, 10. ℔. *Iob. Georg Riedelio*. Norimb. 1669.

Sciagraphia Ministerii sensus in scriptura S. V. T. e consecutionis accentuum scrutinio, ℔. *Francisco Philippo Florino*, Svvelmensi-Brand. 1672.

PROGRAMMATA VARIA SCRIPTA.

Ad orationem *Iob. Georg. Schmidtii*, de Iacobo, 1662.

——— *Iob. Staden*, de Iustiniano, 1662.

——— *Wolfg. Gundlingii*, de Tito Flauio Domitiano, 1662.

——— *Iob. Iac. Seyppelii*, de Carolo IV. 1663.

——— *Heinr. Seyfriedt*, de exterorum auxiliis in hoc bello Turcico minus utilibus, 1664.

——— *Iob. Geuderi*, de Democrito Abderita ab iniuria uindicato & pristinae famae restituto, 1665.

——— *Iob. Christoph. Fronmülleri*, de sermonis natiui candore, 1666.

——— *Iob. Christoph. Lobberri*, de titulo crucis Christi, 1666.

——— *M. D. Omeisii*, cui titulus: Mausoleum integritatis Germanicae ipsa Germania Naeniam decantante, 1666.

Ad

(c) Sub praesidio *Frauenburgeri* & *Mart. Beerii*, noster etiam nonnullas dissertationes uentilauit.

Digitized by Google

Ad orationem *Iob. Dau. Hirnii*, de morum elegantia homini in uita ciuili degenti utili & necessaria, 1667.

——— *Ge. Pauli Roetenbeccii*, de Philosophiae Peripateticae uaria fortuna. 1668.

——— *Georgii Nisselii*, de Christi patientis facundia, 1668.

——— *Georgii Steph. Widmanni*, de triplici innocentiam probandi genere, 1668.

——— *Pauli Iac. Pöbmeri*, de domo Austriaca, firma Germ. columna, 1668.

——— *Iacobi Hier. Lochneri*, de candore Germanorum hodienum uiuo, 1669.

——— *Melch. Stoerii*, de beato defunctorum statu, iuxta gentilium mentem delineato, 1670.

——— *Stephani Stoerii*, de colore albo in habitu maiestatis, laetitiae, tristitiae, aliorumque adfectuum indice, 1670.

——— *Viti Müller*i, de praeceptoris boni officio, 1670.

——— *Georg. Christoph. Stephani*, de usu fugacis temporis rite obseruando, 1671.

——— *Iob. Iod. Bolsteri*, de bona fama uirtute & studio paranda, 1672.

——— *Mich. Waltheri*, de puppertatis innocentia, 1673.

——— *Christiani Philippi Leutvveinii*, de Christo Rege Regum 1673. quae graeco idiomate est habita.

——— *Christoph. Theophili Sauer*i, de uera antiquorum Philosophorum sapientia, 1673.

——— *Iob. Iacobi Leibnitii*, de Bibliothecae Norimbergensis memorabilibus, 1673.

——— *Martin Herbstii*, de stulta antiquorum Philosophorum prudentia, 1674.

M. IOHANNES ELIAS REV.

NOn rara ſunt exempla eruditorum, qui ſub auſpiciis nouorum officiorum ſunt demortui, nec & illorum, qui indignatione quadam, quod promotio noua non ex uoto facta ſit, impulſi, mortem ſibi ſponte conſciuerunt. Neſcio certe an ad primam uel poſteriorem horum claſſem referam M. IOH. ELIAM REV, utpote qui inſperato & infelici admodum mortis genere, non multo poſt obtentam Profeſſionem Eloquentiae, uitam cum morte commutauit. Natus eſt d. 21. Maii, hora tertia pomeridiana, Anno Chriſti 1628. Patre Viro quondam Reuerendo & Clariſſimo, M. ELIA REV, tunc temporis Diacono ad Diu. Bartholomaei in ſuburbio Werdenſi dignisſimo; matre CATHARINA, M. CHRISTIANI REICHII, ad Diu. Sebaldi Diſpoſitoris, filia. Studiorum fundamenta per ſex annos poſuit in ſchola latina, quae tunc noua erecta *Werdae* erat; ſed poſtquam reſpexisſet melior fortuna parentem, Diaconusque *noui Xenodochii* eſſet declaratus, noſter & fidei curaeque priuatae M. IOH LEONH. FRISCHII, Paſtoris Aegidiani meritisſimi, eſt commiſſus, ſub cuius fideli manuduclione ita profecit, ut facile deprehenderetur, maiorem fuiſſe induſtriae quam aetatis curſum. Sed nec hic diu fixas radices egit; exercendus namque fuit aduerſis, idque a teneris; ut quis animus in utroque fortunae ſtatu eſſet, ſiniſtra proderet. Nam beati parentis mors intra pubertatis annos ſecuta nonnihil tardauit uelox ingenium, donec ſpes melior fulgeret a cura & tutela ADAMI ZANNERI, Rectoris Sebaldini fidelisſimi, qui Eliam noſtrum in numerum Scholaſticorum recepit & tanta cum diligentia exercuit, ut cultura animi indies redderetur fertilior, donec ſe intra terminos ſcholaſtici laboris continere non potuit, ſed erupit, & ad publicarum lectionum liberiorem aſpirauit aerem. Nunc opus erat duce, nunc auſpice ſtudiorum, ſub cuius uexillis & monitis hic animoſus miles exerceretur. Proſpexit fortuna, & Viri S. R. DAN. WVLFERI, ad Diu. Laurentii Antiſtitis olim grauisſimi, fauorem ipſi conciliauit, a quo ob paupertatem in famulitium adſumtus, pro famulo filii inſtar fuit habitus

JO. ELIAS REW
Werda-Noricus
Alumnorum et Oeconomiae
Inspector et designatus Eloquentiae
Prof. Publ. in Academia Altorfina.
Nat. d. 21. Aug. Anno
Denat. d. Aug. Anno 1667.

Digitized by Google

tus & tractatus. (a) Hic cum opera, consilio, studio conatus iuuenis egregii iuuisset, eius etiam nutu anno octauo supra quadragesimum, mense Maio, *Ienam* abiit & sua industria suaque ingenii dexteritate omnium fere Professorum fauorem sibi conciliauit. Hinc factum ut anno CIↃIↃCLI d. 6. Februarii Decano IOH. FRISCHMVTHIO summos in Philosophia honores impetraret. Sed & hanc felicitatem interrupit aduersus casus, quo A. CIↃIↃCLII ob aegritudinem corporis, qua grauiter afflictatus erat, academica studia remittere, Norimbergam redire coactus fuit, ubi in aedibus adoptiui sui Parentis WVLFERI, per trimestre est commoratus, tantaque cura habita est ualetudinis, ut mox restitutus anno sequenti in illustrem *Iuliam* concederet, ibique ad quinquennium summos Theologos, inprimis GE. CALIXTVM seniorem audiret, sibi benignos redderet & aliquoties praesidis officio functus laborum suorum fructus publice ostenderet. Fuisse nostrum acerrimum disputatorem, omnes, qui eius personam nouerant, testati sunt. Praeterea Aristotelicae Philosophiae amator erat, sed saepius a partibus Remonstrantium stabat, quos diligentissime legerat. *Helmstadio* peste depulsus, *Ienam* cum rediret, eodem cum applausu sub praesidio NIEMANNI publicam de Iudice controuersiarum disputationem habuit. Quae fama egregiorum profectuum mouit perilluſtrem DNN. SCHOLARCARVM ordinem, ut domum reuersum Mense Maio A. CIↃIↃCLVIII honorifico Inspectoris officio ornatum uellent, quod ut hilariter susceperit, ita temporis diuturnitas excusisset pene Stoicam patientiam; ultra nouennium enim huic spartae praefuit & ita se gesit, ut magnum exinde fructum caperent quibus praefuit Alumni. Saepe cogitarunt Domini de admouendo illo ad locum quo dignus esset, honorificum, (b) qui cum non uacaret, nonnihil quidem perturbatus, non tamen deseruit militiam, sed, ut decet impigrum, omnes molestias subiit & fortiter & alacriter, donec *Eloquentiae Professio*, mense Maio aggrediunda, ipsi demandaretur,

(a) Exequias etiam WVLFERVS Reuio fecit non tantum, sed ipsis praesens interfuit, quo paternum certe declarauit affectum.

(b) Impedimentum ei erat (si dicere licet, quod res est) DILHERRVS, quem non amicum habebat, quia publice & priuatim eius scripta & facta refotauit.

Digitized by Google

tur, qua prouincia ſuſcepta, dum in eo eſſet, ut inauguralí oratione felix auſpicium caperet, ſolemni more ſuo, quo uicinos Parochos ſibi amicos ſaepius uiſitare erat ſolitus, oppidum *Herſpruccenſe* adiit, unde & ſequenti die exiit *Henfenfeldium* petiturus; poſt triduum uero inter hunc pagum & *Alten-Sittenbach* in flumine deprehenſus, coniecturam non leuem ex uariis indiciis fecit, ipſum ſe uel in aquam immerſiſſe, uel impia latronis manu trucidatum occubuiſſe, uel de ponte, qui ibi extat, decidiſſe. Periit ſane miſer A. cIↃIↃcxvII quem nobis dedit Maius, Maius ſtudioſum fecit, Maius Profeſſorem declarauit, & idem fatalis menſis oppreſſit. Euulgata autem ab eo ſcripta haec ſunt:

DISSERTATIONES SVB ALIORVM PRAESIDIO HABITAE.

1. Sub praeſidio M. GEORGII RITTERI de IEſu Chriſto filio Dei unigenito, diſput. Alt. 1620.
2. Genuina expoſitio termini technici de cauſa ſine qua non, ſub praeſidio DAN. WVLFERI, Norimb. 1647.
3. Sub praeſidio NIEMANNI de iudice controuerſiarum diſputauit Ienae 1657.

DISSERTATIONES QVARVM IPSE ERAT PRAESES.

1. Diſputatio prima, *de gradibus neceſſitatis*, Helmſt. 1654. *p. Iob. Andr. Leſchio*, Northuſa-Cheruico.
2. Diſputatio ſecunda de gradibus neceſſitatis & in ſpecie de uniuerſali. *p. Leonh. Trommero*, Norimbergenſi, Helmſt. 1655.
3. Dialyſis Logico Metaphyſica Apologismi M. HENNINGI BENTII, auctore *Ioh. El. Reu*, Magdeb. 1656. in 4to. (c)
4. Poſitionum Logicarum decades tres priores & poſteriores. Helmſt. 1656. in 4.

5. Di-

(c) Edidit A. 1655. M. HENNINGIVS BENTIVS, Halberſtadii in 4. Apologiſmum theſis 26. diſputationis Metaphyſicae de conceptu entis uniuoco habitae in Academia Iulia A. 1654. quo M. Ioh. Eliae Reu, ſincere & modeſte oſtenditur, *neceſſitas praeciſionis formalis differentiarum entis ab ente*, contra quem ſe noſter in hoc ſcripto defendit.

Digitized by Google

IO. CHRISTOPHORVS STVRMIVS
Hilpolsteina-Palatinus
primum Pastor Deiningensis A. 1664.
postea Mathematum et Physices P. P.
in Academia Altorfina ab A. 1669.
per Europam omnem longe celeberrimus.
Natus d. 3. Nov. A. 1635. Denat: d. 26. Decembr. A. 1703.

Wolffg. Philipp Kilian sculpsit.

Digitized by Google



Digitized by Google

5. Disputatio *de Iustitia*, R. *Paulo Müllero*, Helmst. 1657.
6. Theatrum Aristotelicum, pandens doctrinam Librorum X. Nicomachiorum, a V. Cl. CHRISTOPHORO PREIBISIO, I. V. D. & P. P. quondam Lipsi. in gratiam nonnullorum Virorum Iuuenum litteratissimorum antehac apertum, nunc uero recognitum, notisque necessariis & perpetuis illustratum, publiceque disceptatum a M. Ioh. Elia Reu, Alum. & Oecon. Inspectore, cum auctario Quaestionis de uirtutum moralium ἀντακολουθίᾳ &c. Alt. 1662. in 4. & 1665. in 8. recusum, 1. Alph. pl. 2.
7. Proposuit Norimbergae etiam ad disceptandum XVII. Quaestiones miscellas in Auditorio Aegidiano A. 1664. in forma patente.

M. IO. CHRISTOPH. STVRMIVS.

NAtus est hic μαθηματικοτατος (a) & per omnem Europam longe celeberrimus Naturalis scientiae Doctor, in uicino Palatinatus Neoburgensis oppido, *Hilpoltsteina* dicto, nulla re alia posthac aestimando magis, quam quod pernobile hoc tulit ingenium; ibi in lucem prodiit noster die Nouembris tertio A. C. ɔIɔIɔcxxxv. Patrem habuit IOH. EVCHARIVM STVRMIVM, Serenissimi Principis & Comitis Palatini, IOANNIS FRIDERICI, beatissimae memoriae, qui tunc ibidem residebat, sartorem aulicum, cubiculique & argentei uasarii custodem, Virum singulari morum integritate praeditum; Matrem *Gertrudem*, Viri perquam reuerendi clarissimique, M. CONR. BOCCII, Pastoris Liebenstaettensis, in dynastia Heideccensi, uigilantissimi, filiam, feminam pietate multisque aliis uirtutibus ornatissimam. Latus paternum si spectemus, ortum duxisse beatum nostrum a IOANNE & IACOBO STVRMIO, Argentoratensibus, Viris celebratissimis, non desunt documenta

Dd

(a) Ita nocatur a collectoribus A. E. L. ad A. 1699. p. 257. & a Ven. Abbate IOH. FABRICIO in Historia Bibliothecae suae P. III. p. 212. salutatur Vir pius, probus, candidus, integer, aperti oris iustitiaeque & ueritatis studiosissimus, & studiorum Mathematicorum felix instaurator.

menta & indicia; e quibus hodieque ſupereſt ſigillum grande, idque affabre ſculptum, clauam militarem exhibens, (qualibus omnino inſignibus ὁ μαχαίτης eiusque maiores uſi ſunt) & in margine nomen IAC. STVRMII nitide repraeſentans; quod ſigillum ab auo paterno, *Iohanne* ad patrem, & ab hoc ad noſtrum haereditatis iure eſt deuolutum. De caetero ſponſorem ad ſacrum fontem, quo poſtridie natiuitatis tinctus eſt habuit noſter conſiliarium & ſecretarium intimum laudati Principis, una cum coniuge eius lectiſſima, IOH. CHRISTOPH. PAIXIVM, qui poſtquam indolis bonitatem, ingeniique praeſtantiam ſingularem in puſione aſe ſuſcepto deprehendiſſet, beatae morti iam uicinus, hortatus eſt compatrem ſuum, ut filiolum ad magna natum ſtudiis artibusque liberalibus deuoueret; cumque parens inopiam & adminiculorum defectum praetenderet, *Tu modo*, inquit, *patris ſoliciti preces & officium pro uirili adhibe, caetera Deus & patroni prouidebunt*! & proſpexit certe pueri commodis & ſaluti diuina prouidentia: uelut ex ſequentibus pateſcet luculentiſſime. Venerabilis enim Vir IOA. IAC. BEVRERVS, concionator aulicus Hilpolſteinenſis, tenellum eius animum pietatis artiumque humanorum rudimentis fideliter imbuit; ac deinceps poſt obitum Celſiſſimi Principis, ob mutatum in Palatinatu religionis ſtatum, cum noſter anno aetatis decimo, parentum ſuorum comes iret in exilium, ſeque Weiſſenburgum Francorum contuliſſet, ibi bellicis & exulceratiſſimis temporibus, poſtquam pater geminam bonorum direptionem a militibus paſſus, & Aulae Oettingenſis denique famulitio eſſet adſcriptus, filius Weiſſenburgi ſtudiorum continuandorum cauſa relictus, a Rectore Scholae clariſſimo, IOHANNE HVPFERO, in aedes gratis receptus, & ab ampliſſimis Scholarchis Alumnorum numero beneuole inſertus eſt: ubi tamen ſimul alimenta quotidiana oſtiatim a Patronis & fautoribus ipſi petenda erant. Quae ſiniſtra iactati per uarios caſus adoleſcentis *Sturmii* fortuna docere nos poteſt, pietatem bonaeque mentis ſororem paupertatem, premi quidem, ſed non opprimi, magnarum rerum tenuia eſſe initia; nec quicquam altum fieri, niſi humile prius fuerit atque depreſſum. Quin & illud diuina quaſi uirgula accidit, ut beatus ac celeberri-

berrimus Norimbergenſium Antiſtes Laurentianus, DANIEL WVLFERVS, Illuſtriſſimo Comiti Oettingenſi a Conſiliis Eccleſiaſticis, eadem in aula A. 1653. commoraretur, cui cum pater *Sturmii* noſtri grata ad menſam Comitis & domi praeſtitiſſet ſeruitia, ac *Wulferus* uicisſim huic promtam uoluntatem in omni genere officii pollicitus eſſet, arripiens occaſionem hanc utraque manu genitor, filii ſui Alumni Weiſſenburgenſis ſtudia Patroni huius beneuolentiae quam diligentiſſime commendabat. Et euenit eodem adhuc anno, ut Norimbergam noſter euocatus inque aedes Antiſtitis laudatiſſimi, amanuenſis loco aſſumtus fuerit; ubi pietate, diligentia & modeſtia ſua ultra triennium ſibi Patroni domeſtici amorem ac fauorem ita demeritus eſt, ut hic affectu alter parens *Sturmio* ſuo ſemper charo uaria ſtipendia atque ſubſidia benigniſſime proſpexerit, quorum adminiculo, ac DEI cum primis auxilio adiutus, deinceps octo per annos in Academiis Germanicis Belgicisque, praeſertim *Lugduno-Batana*, ſtudia ſua exoptatam ad maturitatem perducere ualuerit. Et Anno quidem 1656. *Ienam* ſe contulit, ubi accuratiori Philoſophiae, tum Lectiones publicas priuatasque ſedulo frequentando, tum auditas priuatos intra parietes repetendo, gnauiter operam dedit, ita, ut Anno 1657. binas ſub praeſidio duorum Magiſtrorum publice defenderet diſputationes, & mox A. 1658. d. 27. Ianuar. inter primos ex 33. Candidatis magna cum laude *Philoſophiae Magiſter* denominaretur. Quo facto cum breui poſt publice docendi ac diſputandi facultatem conſecutus eſſet, multas ut *Praeſes* uentilandas diſſertationes propoſuit; ſubinde uaria quoque Philoſophica, ac ſaepius quidem Mathematica, commilitonibus pandens Collegia; usque dum A. 1660. in *Batauiam* proficiſceretur, ubi annum integrum *Lugduni* praeſertim, commoratus, reditum poſtea per *Hamburgum*, *Saxoniam inferiorem*, *Magdeburgum* & *Lipſiam* parauit; mox altera uice *Ienam* adiit, nouas ibidem Scholas inſtituturus. Hac autem in uita Academica & peregrinationibus ſuis, ubique locorum, qua erat iter, ſalutabat uiros claros & eruditos; horum attendebat colloquiis, aſſidebat conſiliis, intererat obſeruationibus ac Bibliothecis, animumque a ſe alacrem, aptumque cuilibet ſtudiorum ge-

neri, per omnes scientias philosophicas liberrime egit; Mathematicis tamen praecipue oblectatus est, uel quia naturae ductu eo trahebatur, uel quod earum dignitas atque nobilitas inuitabat. Neque tamen, uelut antea, sic & nunc Athenis Salanis negligebat sacrum Theologiae studium, quo, si summo animarum pastori uisum fuerit, muneri etiam par esset Ecclesiastico. Cessantibus tandem Stipendiorum reditibus, rediit *Norimbergam* & inter Domesticos maxime Reuerendi WVLFERI denuo transcriptus, Patroni huius filios magnae spei (qui interea temporis multum adoleuerant) bonis litteris imbuit, atque sic illi quantamcunque grati animi tesseram exhibuit. Qua in uitae conditione tantum abest, ut altiora sepposuerit studia, ut potius in celebri *Auditorio Egidiano* ter industriam suam splendido coram Procerum consessu, praesidendo exercuerit, hisque specimínibus egregiis doctrinam suam satis superque probauerit. Cum uero Norimbergae spes prouehendae fortunae suae, aut impetrandi muneris, nondum affulgeret, *Oettingam* ad Patrem se recepit, ibidemque COMITI ILLVSTRISSIMO subiectissima sua obtulit officia. Quo facto, & spatio quidem anni uix elapso, mense uidelicet Iunio Anno 1664. *Deiningae Rhaetorum* & *Monasterii Zimmerensis* Pastor uocatus & constitutus, sequente anni eiusdem Nouembri, uxorem duxit *Barbaram Iohannam*, Viri nobilissimi LVDOVICI EBERHARDI KESLERI, illustrissimo Comiti Oettingensi a Cancellorum secretis filiam perdilectam, uirginem pulcherrimarum uirtutum laude commendatissimam, ex qua per quinquennium illud, quo Pastoris munere functus est, duos suscepit filios, *Iohannem Iacobum* I. V. Cand. clarissimum, ac Serenissimi Principis Oettingensis Secretarium, & Archiuarium, & *Iohannem Conradum*, mox a natiuitate acerba morte peremtum. A. 1669. cum Professio heic loci Mathematum & Physices, Senis meritissimi ABDIAE TREVV excessit, uacaret, censuerunt generosi ac prudentissimi Academiae CVRATORES, quos eruditione atque uirtute sua noster sibi mirifice antea conciliauerat, nemini melius spartam hancce ornandam committi posse quam Sturmio, futuro quippe dignissimo PRAETORII, SAXONII, SCHWENTERI, excellentium Mathematicorum

nostra-

Digitized by Google

noſtratium, ſucceſſori. Nec fefellit eos ſpes atque opinio. Aduentus enim STVRMII ita celebrabatur, ut famam ingenii expectatio, expectationem ipſius aduentus admiratioque ſuperaret. Ac talem ſane in eo per annos 34. habuimus Philoſophum, cui pares aetas noſtra perquam paucos tulit, *Mathematicis* uero *Phyſicisque* in diſciplinis, quibus animum mancipauerat, forte nec ſuperiorem uidit. Erat uir iſte (b) celeberrimus a teneris in Philoſophiae Ariſtotelicae & Scholaſticae placitis innutritus, ita tamen, ut ſemper inſigni dexteritate de doctrinis ſibi propoſitis iudicaret, nec facile quicquam in animum admitteret, quod non propriis quaſi oculis admittendum uidiſet. Factum hinc eſt, ut innumeros Philoſophiae ueteris defectus detegeret, ſed & in recentiori Carteſiana, quae ſuo tempore caput erigere coeperat, multa humana cenſuraque digna deprehenderet; praeſertim poſtquam, abſolutis ſtudiis academicis, ex peregrinatione in Hollandiam ſuſcepta, iſtos homines intus & in cute cognouerat. Cumque a concertationibus doctorum uirorum inanibus, quas ſaepe ad meras logomachias redire uidebat, eſſet alienisſimus, uiam inire ſtuduit, qua diſſentientes facile conciliarentur, quam in *Phyſicae Conciliatricis conaminibus* publico expoſuit. Licet uero conciliationes ab eo tentatae forte non ſemper optatum ſucceſſum habuerint, id tamen obtinuit, ut, cum nulli partium ſtudio addictus eſſet, aures tanto faciliores ipſi praeberent tum ueteri Philoſophiae addicti & iurati quaſi defenſores, tum Carteſiani, & quicunque hactenus ſectariam Philoſophiam ſequebantur. Certatim itaque tunc in Philoſophiam Eclecticam incumbi coeptum eſt, cuius neceſſitatem iam quidem alii ante ipſum uiderunt, ſcriptisque inculcarunt, nemo autem tanto ſtudio excoluit, tantoque ſucceſſu in Academias introduxit. Et quia in Philoſophiae naturalis ſtudio nihil ſine experientia profici uidebat, magno auſu ad experimenta inſtituenda ſe accinxit, quae tanto maiore plauſu fuerunt excepta, quod nemo ante ipſum tale quid, tanta dexteritate, fide, ſolertia, ſuſceperat. Teſtatur hoc ſatis eius *Collegium Cu-*

(b) Sunt uerba haec deſumta ex oratione Excell. I. H. MVLLERI, quae extat in *Actis ſacrorum ſaecularium Acad. Altdorf.* edit. A. 1727. in fol. p. 248.

rioſum, quod exteri pariter atque Germani multis elogiis condecorarunt. Quemadmodum uero ex dictis ſufficienter apparet, quantum Philoſophiae naturalis ſtudium huic uiro debeat, ita non minus magna ſunt eius in Matheſin merita. Vix enim ullius uiri ſcripta mathematica tanto conſenſu in Academias introducta ſunt; quod mirum uideri debet nemini. Siſtebant enim *Tabulae eius mathematicae* complexum diſciplinarum mathematicarum tam completum, qualis antea uiſus non fuerat. In breuitate neruus rerum numeroſiſſimarum reperiebatur, quas ut ipſe ſingulari prorſus facilitate & perſpicuitate auditoribus explicabat, ita nec aliis deerat occaſio, qua, quae ibi breuius & conciſius dicta erant, uberiori explanatione illuſtrarent, multiplicemque ſtudii mathematici iucunditatem & utilitatem animis diſcentium inſtillarent. Qui ulterius progredi, atque Matheſeos ſublimioris, ueteris & recentioris, nucleum deguſtare cupiebant, illis nihil exoptatius contingere poterat, quam cum b. Viri *Matheſin Enucleatam* uel ab ipſo, plano facilique demonſtrationis filo, explanari audiebant, uel proprio etiam Marte in abſtruſas illas ueritates, libro iſto manuducente, penetrare conabantur. Neque enim uel illae nimis longe deductae conſecutiones, quas nonnulli, b. Viri docendi methodo non ſatis adſueti, ibi ſe deprehendiſſe putant, apparent, uel pro obſoletis & ad genium praeſentis ſeculi non ſatis accommodatis uenditanda, quae illo tempore, cum lib·um iſtum ſcripſiſſet, ſatis omnino noua & recentia erant. Floruit itaque ſingulari eius ſtudio & Phyſica & Matheſis, plurimumque illi contulit, ut hodie alii haec ſtudia cum ſucceſſu propagare & ad uſus ampliores proferre poſſint. Denique inter multa hoc unicum ſilere non poſſum, Zelum eius, ut ita loquar, philoſophicum, pro Diuini Nummis exiſtentia & attributis ex conſideratione naturae adſtruendis ac demonſtrandis. Licet enim, iuxta uetus iam dicterium, & *leuis eſt herba, quae probat eſſe* DEVM; uidit tamen haec argumenta ex rebus naturalibus deſumta, nequaquam ita, ut merebantur, curari, procul dubio ideo, quia euileſcunt, quae quotidie obuia ſunt. Nullum itaque caput Phyſices tractabat, nullam tractationis materiam finiebat, nullam denique occaſionem facile praetermittebat, qua non diuini

Digitized by Google

uini Numinis exiſtentiam & animae naturam ſpiritualem ac immortalem, tanquam praecipuum Philoſophiae naturalis ſcopum, fructum & uſum prolixe inculcaret. Teſtantur hoc, tum eius *Phyſica Erotematica*, tum praecipue *Phyſica Hypothetica* ſeu *Electiua*, nec non eius *Moralia Phyſica* quae in manuſcripto ſuperſunt.

Quorum maximorum in Rempublicam litterariam meritorum fama & celebritas non potuit intra Noricarum Athenarum muros atque parietes contineri, ſed ueluti concitus imbribus amnis, longe lateque diſperſa, non Germaniam ſolum, ſed uniuerſum pene Europaeum impleuit orbem. Illuſtriſſima SOCIETAS ANGLICANA REGIA Viri tanti effigiem iam multos ante annos ſibi transmittendam requiſiuit, & obtinuit ut non modo ſpecies & uultus eius in loco celeberrimo ſubinde reſpiciatur, ſubinde popularibus ac peregrinis oſtendatur, ſed honor etiam & gloria referatur. Praeterea Potentiſſimis Electoribus atque Principibus ſcripta uiri (in quibus imaginem huius contemplabantur melius expreſſam, quam penicillo *Appellis* aut caelo *Lyſippi*) ſaliuam mouerunt, ad ſe illum trahendi, aulasque & Academias ſuas (quas honorifico uenera. mur ſilentio) Sturmiani nominis ſplendore condecorandi. (c) Eas uero uocationes gratioſasque inuitationes non modeſte minus quam prudenter recuſauit ὁ μακαρίτης, maluitque in ſua ſtatione heic permanere quam altiori in ſtatu dubiae ſe committere fortunae. Extant quoque litterae a Viris Illuſtriſſimis & Nobiliſſimis undique ad eum ſcriptae, de arduis & grauiſſimis quaeſtionibus ac obſeruationibus ipſum conſulentes, eiusque amicitiam & ſocietatem magnopere expetentes: quibus ſufficientiſſime quidem reſpondit, frequens tamen litterarum commercium, & ſocietatum eruditarum inſignia modeſtiſſime declinauit. Quanto enim gloria erat dignior, tanto eiusdem fuit negligentior; ac proinde nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam referens, ſe ipſo & theatro pectoris ſui contentus, maluit ſcire ac noſcere multa, quam a multis uicisſim noſci, mereri gloriam, quam aucupari. *Fajus Academicus*

(c) Conferatur tamen praefatio ad *Matheſin Iuuenilem* P. I.

micos bis gesſit; *Decanatu* Ordinis Philoſophici nouies functus eſt. Quos Magiſtratus ita adminiſtrauit, ut decus & commodum Academiae haberet ante oculos, utque probitas & diligentia meritis afficerentur praemiis, improbitas & ignauia poenis debitis coercerentur. Cum Collegis amice & citra omnem aemulationem ſemper uixit; eosque colere, iuuare, qua ratione poſſet, quam ulla re laedere, aſſidue ſtuduit. Per uitam omnem ſincero diuini Numinis cultui iunxit amorem ueritatis, quam uelut in doctrina ſic in uita ſedulo ſectatus eſt. Mendacia, contentiones, ſimulationes & diſſimulationes cane peius & angue refugit, tanquam hoſtes ingenuitatis, & quae magnanimum pectus minime decerent. Cura inſuper ac ſtudio rei familiaris inſigne patris familias ſpecimen exhibuit, inque parſimonia ſic ponebat laudem, ut pauperes tamen, & caſu inprimis ad egeſtatem redactos homines ſolari ac ſubleuare nunquam omitteret. Cum Coniugibus ſuis ſine iurgio uixit, ſine offenſa; ac primam inter, cuius ſupra mentionem fecimus, *Kesleriam* & maritum, tanta fuit concordia, ut, qui non noſſet coniuges, ſanctiſſimum fratris ſororisque contubernium arbitraretur. Ex ea heic Altdorfii, praeter duos iam dictos, quatuor progenuit filios, *Leonhardum Chriſtophorum*, (d) *Iohannem Chriſtophorum*, (e) *Mauritium Eucharium* (f) & *Georgium Reichardum*, (g) natamque unicam *Mariam Barbaram* quae non ultra tres a natiuitate Menſes uitam produxit. Vxorem primam A. 1679. non ſine graui accepto uulnere cum amiſiſſet noſter, ſtatu familiae ſic flagitante, ad ſecunda tranſiit uota, & anno ſequenti A. 1680. domum duxit uirginem apprime nobilem pudicisſimamque *Mariam Salomen*,

IOH.

(d) Primum in illuſtri Academia aqueſtri Wolffenbüttelenſi, poſtea in inclytisſima Francofurtenſi Oderana Mathematum Prof. Ordin. exinde ad alia munia uocatum, cuius uitae deſcriptionem prolixam admodum, ſed tamen imperfectam, cum pluribus controuerſiarum ſcriptis, quae in doctrina de S. Coena ipſi edenda fuerunt, recenſet CHRIST. POLYC. LEPORIN. M. D. Quedlinb. *in dem Leben der Gelehrten, ſo in dem Teutſchland dieſes Zeitliche geſegnet*, 1719. 8vo Parte IVta tota.

(e) Orphanotrophum Auguſtae Vindelicorum adhunc usque diem.

(f) Philoſ. ac Medicinae Doctorem & Byberaci Sueuorum Phyſicum ordinarium.

(g) Procuratorem olim Norimbergenſem, ſed poſtea ob peſſimas uitae rationes fugae ſe committentem.

Digitized by Google

IOH. PHILIPPI HOECHSTETTERI, t. t. Med. Doctoris experientissimi, & almae Reip. Noerdlingensis Physici Ordinarii, ac Senioris meritissimi filiam; quae grato casti amoris prouentu ipsi peperit filias quinque. (h) Sed cum & huius amoris connubialis uinculum ruptum esset Anno 1691. resque domesticae matre familias carere non possent, elapso luctus anno tertia uice Hymenaeo litans noster, nuptias celebrauit cum Matrona nobili lectissimaque *Dorothea Elisabetha*, IOHANNIS GOERINGII, Illustrissimi Oettingensium Comitis quondam Camerae Grammatei iuris peritissimi uidua; ex qua (cum iam annos quatuor absque spe prolis hoc in matrimonio uixisset) prope quinquagenaria filiam progenuit *Mariam Christinam*, quam Vir pl. reuerendus VITVS DAVID OTHO, Pastor Comit. Limb. Eschacensis bene meritus matrimonii foedere sibi iunxit. Nunc uero *morbi ac mortis genus* tandem indicendum. Vtebatur beatus noster per omnem fere uitam firma satis & tam exoptata ualetudine, ut in lectulo etiam fatali pro dono hoc sibi concesso (quod nunc denique, cum amiserit, rectius intelligeret) supremo Numini semel iterumque maximas egerit gratias. Verum postquam ab alio iam temporis tractu, ob catenatos profundissimarum meditationum, quas gemina illi demandata poscebat professio, labores, superueniente capitis uertigine & ἀνοφξίᾳ spiritus animales sensim coeperant deficere, isque defectum hunc & malum mox insecuturum, animo ore & scripto (cantator morbi & funeris ipse sui) praesenserat, ecce anno 1703. die sexto & uicesimo octobris hemiplexia dextri lateris conuulsiua, uti loquuntur οἱ τῶν ἰαλρῶν παῖδες, eum uehementer perculit. Vnde Medicorum nostratium celeberrimorum consiliis utebatur; qui pro ea qua potuerunt experientia ac dexteritate, exquisitissima quaeque medicamina praescripserunt, & inprimis Venae sectionem, quam calor etiam nimius internus, facie rubore se prodens, suadebat, commendarunt; spe melio-

(h) Nominatim *Sibyllam Euphrosinam*, quam uxorem duxit Vir Consultissimus CHRISTOPH. FRIED. WENNG. Consiliarius Augustanus optime meritus; 2) *Annam Iacobinam*, nuptam Pastori Oettingensi, HAASIO 3) *Mariam Catharinam*, quam tori sociam elegit, pastor uigilantissimus prope Weissenburgum THENNIVS. Reliquae duae uitam cum morte commutarunt caelibes.

Digitized by Google

re freti, fore, ut ſpiritus uitales dextrum brachium, manum ac pedem ſenſim denuo ſint animaturi; praeſertim cum mariti & parentis amantiſſima coniux & filia indefeſſam pariter curam & uigilantiam noctu dieque adhiberent. Verum ex iterata ſaepius & ab aegro expetita debilioris corporis e lecto, & in hunc uicisſim, translatione inualeſcentes dolores, celerior ſanguinis agitatio, digitorum manus dextrae contractio, reſpirandi ac loquendi difficultas, inſomnia item & uehementior ſubinde pectoris anxietas, periculoſum ominabantur exitum, nec eas promittebant uires, quae ſuperandae morbi malignitati pares forent. Interim decumbens *Sturmius*, cum antea ſemper aequabilem ſui modum tenuiſſet, tum in nouiſſimo certamine forti conſtantia munitum pectus habuit, mentem uniuerſam Saluatori ſuo tradens, huiusque opem (ſed quod feſtinantibus uidetur) diutius cunctantem, ut moleſti creditores ſolent, uehementius poſcens & efflagitans. Idque ipſum erga inuiſentes, eiusque ſortem commiſerantes Collegas & amicos ſaepius iterumque teſtatus eſt, *quod nihil magis cuperet quam diſſolui & eſſe cum Chriſto.* (i) Huius ipſo die natali ſecuta eſt animi ſenſuumque defectio; ac poſtridie ſenex optimus, annos octo & ſexaginta natus, animam inter adſtantium preces gemitusque placide expirauit.

EPITAPHIVM.

QVICQVID MORTALE FVIT IOHANNI CHRISTOPHORO STVRMIO PHILOS. M. ET PHYSIC. MATHEMATVMQVE PER ANNOS XXXIV PROFESSORI P. ID VNA CVM LXVIIIS CARISSIMARVM CONIVGVM BARBARAE IOHANNAE, ET MARIAE SALOMES SVB HOC CIPPO RECONDITVM A. C. M DCC III.

DISSERTATIONES STVRMIANAE.

1. De uiro magnanimo in actu ſignato & exercito, Ienae 1657. (k)
2. De

(i) In ipſa exequiarum die b. parentis mei ad uxorem dixit: *Ob ich gleich den Ehrl. Herrn* D. Apin *nicht zu der Erde begleiten kan, ſo will ich ihn doch bald in die Ewigkeit nachfolgen und mich mit ihm in meinem Erlöſer erfreuen,* & pii huius deſiderii ſequenti ſtatim die noſter compos factus eſt.

(k) Sub praeſidio M. HENNINGI SPOERCKEN.

Digitized by Google

2. De lunae luce secundaria, Ienae 1659. (1) ℞. *Wolfg. Balth. Bachmeyero*, Nordlinga-Sueuo.
3. Theorematum analyticorum supra uicenarium quaternio, quibus nonnullae exclusiuarum solitariae, tum mixtim cum puris sumtarum consequentiae, Aristotelica methodo breuiter demonstratae examini eruditorum exhibentur, Ienae 1659. ℞. eodem.
4. Discursus Politicus de Maiestate, Ienae, 1660. ℞. *Iob. Wilh. Paixio*, Hilpoltsteina Neo-Palatino.
5. Τετρακας theorematum analyticorum de consequentiis tam syllogisticis quam ἀσυλλογιστοις Ienae, 1660. ℞. *Iob. Christoph. Beerio* Norimb.
6. Aristoteles Mathematicus h. e. enucleatio exemplorum Mathematicorum in Aristotele occurentium Disc. I. Ienae, 1660. ℞. *Ioh. Wolfg. Steyer*, Norimb.
7. Eiusd. argumenti Disc. II. Ienae, 1660. ℞. *Wolf. Dom. Beerio*, Norimb.
8. Eiusd. argumenti Disc. III. Ienae, 1660. ℞. *Christ. Pfundelio*, Reichenbacho Variscо.
9. De Voluntate, Ienae, 1660. ℞. *Ioh. Krausio*, Oettinga-Sueuo.
10. De occultis qualitatibus & potisimum de sigillis, Norimb. 1663. ℞. *Ioh. Christoph. Wagnero*, Norimb.
11. Positiones Philosophiae, Norimb. 1663. ℞. *Hier. Guil. Muffel*, Norimb.
12. De petitione eius, quod erat in principio, Norimb. 1663. ℞. *Georg. Streng*, Norimb.
13. De Corpore siue materia, Alt. 1670. ℞. *G. P. Roetenbeccio*, Norimb.
14. De causa interualli V. Hebdomadum, quod aliquando & speciatim A. 1671. post natum Saluatorem, Pascha nostrum & Pontificiorum interiacet, Alt. 1671. ℞. *Melch. Stoerio*, Norimb.

(1) Huius & seq. disert. erat praeses adhuc Magister, & tres posteriores Norimbergae in auditorio Egid. eruditorum examini subiecit.

Digitized by Google

15. Theſium miſcellanearum ſemicenturia, Alt. 1673. ℞. *C. P. Leutvvein*, Werthemia Franco.
16. Brutorum animas eſſe ſubſtantias corporeas, 1683. ℞. *Iob Schnappero*, Gienga Sueuo.
17. De creatione animae rationalis, 1683. ℞. *W. C. Hedeno*, Altdorf.
18. De ignis grauitate, 1684. ℞. *Guil. Fritzio*, Norimb.
19. De coſmicis affectionibus corporis animati, 1688. ℞. *A. Gundelsheimer*, Feuchtvvangenſi Franco.
20. De admiratione, 1689. ℞. *Iac. Bergero*, Oberbronna Alſato.
21. De fortuna, 1690. ℞. *I. C. Winterbergero*, Norimb.
22. De Terra machinis immobili, 1691. ℞. *L. A. Schvvarzio*, Narua-Liuono.
23. De curatione morbi Hiskiae per ficum & ſciaterico Regis Achaſi, Alt. 1691. ℞. *Dau. Stemlero*, Neuſtadienſi ad Orlam.
24. De tempeſtatibus aeris, 1691. ℞. *C. Fr. Beckio*, Baruthino.
25. De loco imaginum a ſpeculis repraeſentatarum, 1693. ℞. *Alb. Veil.* Vlmenſi.
26. De ingeniorum uarietate ratione temperamenti, 1693. ℞. *L. C. Dizingero*, Beervvango-Palatino.
27. De Matheſi eiusque indole Theologiae applicanda, 1694. ℞. *I. C. Schulmburgio*, Bremenſi.
28. De Philoſophia naturali ad uitam beate degendam facem praeferente, 1695. ℞. *I. H. Müllero*, Norimb.
29. Theſes miſcellae philoſophicae, 1696. ℞. *M. C. Sturmio*, Altdorf.
30. De fluxu & refluxu maris, 1696. ℞. *Iob. Stroemero*, Sueco.
31. De Philoſophiae diuiſione, ab eius fine ultimo, fruitione Dei petenda, 1698. ℞. *L. C. Sturmio*, Altdorf.
32. De ignibus tantum lucentibus, 1698. ℞. *C. Hoegero*, Norimb.
33. De animae humanae poſt mortem corporis aeternum ſuperſtitis ex lumine rationis deducendae certitudine, 1698. ℞. *I. G. Müllero*, Onoldino.
34. De uiſionis ſenſu nobiliſſimo ex obſcurae camerae tenebris luculenter illuſtrato 1699. ℞. *I. G. Doppelmaiero*, Norimb.

35. De

35. De agricolarum regulis, 1699. ℞. *I. C. Lindſtatt*, Altdorf.
36. De lunae cum tellure conformitate mutuoque commercio, 1699. ℞. *C. I. Glaſero*, Norimb.
37. Florum Philoſophicorum faſciculus, 1699. *I. G. Bünzelio*, Norimb.
38. De Amphiſciis, 1699. ℞. *I. C. Stemlero*, Neoſtadienſi ad Orlam Variſco.
39. De inſufficientia principiorum chemicorum ad explicandas res naturales, 1699 ℞. *C. Kupizio*, Sora Luſato.
40. De Iridis admirandis, 1699. ℞. *C. Th. Volckamero*, Norimb.
41. De brutorum actionibus, 1700. ℞. *Dan. Algoevver*, Vlmenſi.
42. De proport. Geom. minor. ſimpla & dupla, 1700. ℞. *B. G. Marpergero*, Holſato.
43. De tempeſtatibus & an ſagae easdem ciere poſſint, 1701. ℞. *I. G. Seybothio*, Suinfurto-Franco.
44. De prouidentia diuina ex proportionata corporum quantitate demonſtranda, 1702. ℞. *I. N. Sonnenmayero*, Weiſſenb.
45. De miſericordia, 1702. ℞. *Andr. Degmaiero*. (m) Auguſtano.

Sequuntur diſſertationes iunctim editae ſub titulo *Philoſophiae Eclecticae, 1686.* in 8.

In prima parte continentur.

1. Exercitatio de Philoſophia ſectaria & Eclectica p. 1. ℞. *Iob. Chriſtoph Sauter*, Norimb. 1679.
2. De auctoritate interpretum naturae, p. 84. ℞. *M. Aug. Huſſ.* Norimb. 1672.
3. De Carteſianis & Carteſianismo, p. 139. ℞. *Georg. Sebaſt. Krauſs*, 1677.
4. De corporum non impedita circulatione diſſ. I. p. 195. ℞. *Georg. Niſſel*, Norimb. 1670.
5. Diſſ. II. p. 237. ℞. *Wolfg. Wilh. Bübel*, 1671.

(m) Hactenus enumeratae diſſertationes maxima ex parte ſunt inaugurales & ſub praeſidio Sturmiano ventilatae.

Digitized by Google

6. Diſſ. III. p. 272. ℞. *Paul Steck*, Norimb. 1675.
7. De Clepſydrarum phoenomenis & effect. horumque causſis p. 319. ℞. *Hier. Müller*, Nor. 1674.
8. De artis naturae ſororia cognatione, p. 369. ℞. *Wolfg. Iac. Willio*, Norimb.
9. De uiſionis organo & ratione genuina p. 425. ℞. *Iob. Andr. Volland*, Norimb. 1678.
10. De ſanguinis transfuſione, p. 474. ℞. *Iob. Conr. Honn*, Norimb. 1676.
11. De terrae motibus, p. 535. ℞. *Iac. Hier. Locbnero*, Norimb. 1670.
12. De magnetismo corporum mundanorum, p. 592. ℞. *Iob. Maur. Hoffmanno*, Alt. 1671.
13. De influentia ſyderum, p. 618. ℞. *Chriſtoph. Wegleitero*, Norimb. 1679.

In parte ſecunda continentur Exercit.

1. De Mathematis & Mathematicis, p. 1. ℞. *Corn. Marci*, Nor. 1678.
2. De cometa nouiſſimo, p. 52. ℞. *Wolf. Lud. Andreae*, Reichelsheimenſi, 1681.
3. De natura, motu & origine cometarum (n) p. 106. ℞. *Chriſtoph. Färero*, 1681.
4. De grauium leuiumque phoenomenis horumque causſis, p. 193. ℞. *Iob. Achatio Coeler*, Heilsbronnenſi. 1685.
5. De ſenſu unius geminato, p. 218. ℞. *Iac. Ambr. Lang*, Nor. 1686.
6. De reſpiratione, p. 257. ℞. *Iob. Wolfg. Osvvald*, Langenzenio-Franco, 1686.
7. De generatione plantarum & animalium, p. 287. ℞. *Guil. Bechmanno*, Nor. 1687.
8. De obſcuritate ſimplicium eiusque cauſa, p. 322. ℞. *Chriſt. Hirſch*, Norimb. 1689.
9. De naturae agentis idolo (o) p. 359. ℞. *Leob. Chriſtoph. Rüderer*, Nor. 1692.

10. De

(n) Conf. A. E. L. 1682. p. 116, ubi iudicium de hac diſſertatione.
(o) Refutauit hanc diſſertationem GVNTHERVS CHRIST. SCHELHAMMERVS, Prof.

10. De Presbytis & Myopibus, p. 426. B. *Iob. Iac. Scheuchzero*, Helueto-Tigurino, 1693.

11. De aëris mutationibus, p. 490. B. *Iob. Schmidio*, Heluetio, 1695.

12. De Elephante, p. 592. B. *Iob. Henr. Burckhard*, Solisbaco-Palat. 1696.

13. De fulmine & cognatis, p. 645. B. *Iac. Andr. Dieterico*, Ermrutho-Franco, 1696.

14. De natura ſibi incaſſum uindicata, p. 692. B. *Iob. Dan. Haakio*, Nordlingenſi, 1698.

ORATIONES, EPISTOLAE ET TRACTATVS VARII. (p)

1. Matheſis compendiaria tabulis comprehenſa, in fol. Alt. 1670.(q)

2. Scientia Coſmica ſiue Aſtronomia tam theorica, quam ſphaerica tabulis comprehenſa, Alt. 1670. & diuerſis ſeq. annis edita.

3. Libellus de uniuerſalibus Euclideis, Hagae Comitis 1661. in 8. (r) plag. 11.

4. Ar-

Kilon. celeb. in tractatu: *natura ſibi & medicis uindicata, Ienae* 1697. in 4 Reſponſionis loco STVRMIVS ſcripſit diſſert: *de natura ſibi in caſſum uindicata*, cui denuo SCHELHAMMERVS *naturae uindicatae uindicationem* oppoſuit Kilonii 1702. in 4. ad quam STVRMIVS reſponſionem dedit, qua mentem ſuam uberius exponit & toti controuerſiae finem imponit, ſed propter inopinatum auctoris obitum lucem non uidit, a nobis uero cum B. L. communicabitur. Pertinet huc etiam h. auctoris meditatio: *de Deo in creaturis corporeis & per ipſas iuſſu & uoluntate ſua primaeua in omnia tempora & loca etiamnum efficacissima. Indies num omnia operante*, quae legitur in A. E. L. 1699. p. 209. Conferatur de hac controuerſia Celeb. D. CHRISTI. STEPH. SCHEFFELIVS, Prof. Med. in Acad Gryphisvv. optime meritus, qui A 1727. ad b. *Schelhameri* exaratas a uariis eruditis epiſtolas, una cum uita Schelhameri edidit p. 57.-59.

(p) Programmata uariis occaſionibus ſcripta, calendaria accurate confecta, ut & controuerſias cum ILL. LEIBNIZIO agitatas, in A. E. L. paſſim occurrentes, breuitatis ſtudioſus ſilentio praetereo.

(q) Quas poſt auctoris mortem ultima eaque ſexta uice & iuxta beati uiri mentem, recenſuit & auxit filius L. C. STVRM 1714. & poſtea Cl. B. H. EHRENBERGERVS in linguam Germ. transtulit 1717.

(r) h. e. liber quintus Euclidis uniuerſaliſſimis inque omni entium genere ueris demonſtrationibus confirmatus. Accedunt XII noui ſyllogizandi modi in propoſitionibus abſolutis, cum XX aliis inexcluſiuis, eadem methodo Geometrica demonſtratis. Libellus eſt rariſſimus hodie,

Digitized by Google

4. Architectura curiosa BOECKLERI Germanica, in linguam Latinam translata a *I. C. Sturmio*, Norimb. 1701. in fol. cum multis fig. aeneis.

5. IOH. HARBRECHTI Planiglobium coeleste & terrestre, emendatius, auctius & uniuersalius editum, Norimb. 1666. 4to.

6. Archimedes Germanicus h. e. *des unuergleichl.* Archimedis *Kunstbücher oder beutiges Tages befindl. Schrifften* (s) *aus den Griechischen in das Hochteutsche uberseʒt, und mit nothwendigen Anmerckungen durch und durch erläutert*, Norimb. in fol. 1670. 6. Alph. 2. plag.

7. WELPERI Gnomonica, quam 1672. Norimb. in 4. recudi curauit & integra parte II. de horologiis inclinatis & declinatis, ac figuris Zodiacalibus arcubusque diurnis, & horis uarii generis inscribendis auxit, notisque partem primam illustrauit. Addidit 1681. partem III. de horologiis reflexis & portatilibus. (t)

8. Collegium curiosum experimentale, in quo primaria huius seculi inuenta & experimenta physico-mathematica, speciatim campanae urinatoriae, camerae obscurae, tubi *Torricelliani* seu baroscopii, antliae Pneumaticae, thermometrorum & phoenomena & effecta, partim ab aliis iam pridem exhibita, partim nouiter istis superaddita describuntur, oculisque spectanda subiiciuntur, Norimb. 1676. in 4. & 1701. (u)

9. Eiusdem collegii Pars IIda Norimb. 1685. Accesit epistola ad *Henr. Morum* de spiritu illius hylarchico (quem Morus agnoscit, Sturmius negat) aerisque pondere & elaterio, Philosophis modernis plerisque probato.

10. Epi-

(s) Exceptis libris de insidentibus humido.

(t) Eadem Gnomonica, cum insigni augmento Sturmiano denuo recusa est Norimb. 1708. in fol. 2. Alph. plag. 16. Tab. 35. Accesit studio & opera Celeb. I. G. DOPPELMAIERI Pars IV. in qua methodi *Picardiana* & *Hiriana*, magna horologia describendi exponuntur. In hoc adeo opere plura continentur, quam ullibi in unum uolumen congesta reperire licet, ita ut instar omnium esse possit, nisi quis demonstrationes exasciatas praxium desideret, theoriae magis quam praxi intentus. Ita iudicat Cel. WOLFIVS *in elem. Mathes. uniu.* p. 1062.

(u) Conf. de hoc collegio MORHOFIVS T. II. Polyb. p. 405. & A. E. L. 1685. p. 420.

Digitized by Google

10. Epiſtola inuitatoria ad obſeruationes magneticae uariationis communi ſtudio iunctisque laboribus inſtituendas, Alt. 1682. in 4. (x)

11. Quatuor Epiſtolae ad D. IOH. GEORG. VOLCKAMERVM de ueritate Propoſitionum in IOH. ALPH. BORELLI L. I. de motu animalium ſubtilius demonſtratarum, machinulas Sturmianas experimentis ocularibus illuſtrantes, (y)

12. Nouum lampadis genus, communicatum in litteris Lipſiam miſſis, 1683. (z)

13. Cylindri ad inſcriptam ſphaeram, Parallelogrammi ad Triangulum & Parallelepipedi ad Pyramidem eiusdem altitudinis & baſeos proportio, una cum obſeru. ad inuentum HAVTEFEVILLEI de noua ratione inueniendi acus magneticae declinationem. (aa)

14 Quadratura Parabolae methodo Arithmetica infinitorum demonſtrata. (bb)

15. Phyſicae conciliatricis conamina, Norimb. 1685. in 12. (cc)

16. Epiſtola de Helio-& Seleno-Cometis, (dd)

17. Oratio in memoriam GVIL. IMHOFII habita, Alt. 1690. pl. 6.

18. Tractatus de coniunctione Planetarum Saturni & Iouis, Alt. 1682. in 4. pl. 11, Germ. idiomate, (ee)

(x) Vid, A. E. L. 1682. p. 158.

(y) Legi poſſunt hae quatuor epiſtolae in Decuriae ſecundae Ephemeridum Nat. Cur. Anno ſecundo pag. 435. tertio p. 453. quarto p. 147. & quinto p. 125.

(z) Vid. A. E. L. 1683. p. 304.

(aa) Vid. A. E. L. 1684. p. 123 & 577.

(bb) Vid. A. E. L. 1685. p. 259.

(cc) Eſt hic libellus mole paruus, ſed perſpicue admodum & erudite conceptus. Comprehendit non ſolum controuerſas ſententias, ſed eas quoque felicisſime conciliat, & κρινόμενον pugnae ſine partium ſtudio oſtendit. Id etiam praecipue egiſſe uidetur, ut cum Cartelio in gratiam redire cogat Ariſtotelem, de quibus omnibus plenius agitur in obſeru. Hall. T. III. Obſ. XIV. Conf. A. E. L. 1685. p. 93.

(dd) Vid. A. E. L. 1690. p. 65.

(ee) Vid, A. E. L. 1683. p. 169.

Digitized by Google

19. Matheſis enucleata, Norimb. 1689. in 8. (ff)

20. Sphaerae armillaris elucidatio, Alt. 1695. in 4. (gg) pl. 2.

21. Phyſica electiua ſiue hypothetica, Norimb. 1697. in 4. (hh) Accesſit Viri perilluſtris GVELPHI L. B. DE METTERNICH (ii) Theoſophia, ſiue cognitiõnis de Deo naturalis, ſpecimen mathematica methodo conceptum & Phyſicae generalis uſus metaphyſicus & moralis.

22. Ma-

(ff) Celeb. ANTONIVS MAGLIABECCHIVS in litteris 1691. d. 20. Iulii ad *Wagenſeilium* noſtrum datis, hoc elogium de hoc libro dedit, poſtquam ſcil. recenſuiſſet libb. duos Domini FARDELLAE eorumque inſcriptiones: *In queſto ſuddetto libro il dottiſſimo Signore Sturmio che riueriſco è piu volte nominato con lode, il che la prego ad accenar gli come a carte 52. 449. 453. &c, a carte 443. ſcriue frà l' alter le ſequenti parole: Geodeſiae praecipuis fundamentis, quae incomparabili quadam methodo explanata reperies in Matheſi enucleata, quam Norimbergae nuper edidit Chr. Sturmius, reconditae ſanae & interioris litteraturae Vir, qui omnium rerum ſcientia florens, Phyſices & Matheſeos ſummus cultor & praeſtantiſſimus promotor nuncupari poteſt &c &c.* Sic etiam praeſtantiſſimus Theol. & Matheſ. Profeſſor Vpſalienſis IOH. BILBERGIVS in litteris ad eundem *Wagenſeilium* A. 1690. d. 2. Aug. miſis ſcribit: *opus eſt auctore dignum & quod iter monſtrat plurimis, qui uetera ignorant. Inuidebunt uere multi, palam adeo facta eſſe multa, quae non ſine ſudore alii acquiſiuerunt.* Conf. A. E. L. 1689. p. 257. & Celeb. WOLFIVS *in den Anfangs-Gründen aller Mathematiſchen Wiſſenſchafften* Cap. III. de ſcriptoribus Algebr. p. 44.

(gg) Deſcribit auctor ſphaeram armillarem ex aurichalco conſtructam, interius ſyſtema planetarum ex mente Copernici repraeſentantem, quam poſſidet & curioſorum oculis exponit Vniuerſitatis Altdorfinae illuſtre obſeruatorium, tanquam donarium & ἀνάθημα pretioſum liberalitatis egregiae duorum nobiliſ. Virorum ex hac mortalitate in melioris uitae ſtatum translatorum, ANDREAE INGOLSTETTERI, rei mercatoriae in Vrbe Norica Praefecti, & IACOBI GRASSEL, mercatoria quoque prudentia pariter ac ſcientiarum Mathematicarum cultura notiſſimi: Inuentor tam rari nitidique operis fuit Cl. GEORG. CHRISTOPH. EIMMARTVS, Artis pictoriae aliarumque eximia laude, imprimis Aſtronomicarum obſeruationum nocte dieque ſumtuoſo inſtrumentorum apparatu inſtitutarum dexteritate, apud exteros famigeratiſſimus.

(hh) Eſt Tomus I. partem phyſicae generalem complectens. Conf. A. E. L. 1697. p. 474.

(ii) Natus eſt in Marchia Brandenburgica. In Acad. Altdorfina & lenenſi eas acquiſiuit eruditionis diuitias, atque omnis generis uirtutum cultu & peregrinationum fructu ita auxit, ut breui poſt SERENISS. Elector BRANDENBVRGICVS eo uſus ſit Conſiliario ſtatus & Regiminis Nouae Marchiae: poſtea autem in Comitiis Imperii Ratisbonenſibus ſplendidiſſimo Legati Brandenburgo-Onoldini munere per 42. annos praeclare functus, ibidem obiit medio Decembris 1717. Adhibitam in hac Theoſophia diligentiam, Sturmius, Vir candidus, atque ab omni adulatione alieniſſimus, in

Digitized by Google

22. Matheſis Iuuenilis Tomi II. in 8. Norimb. 1699. (kk)
23. Phyſica erotematica, Norimb. 1704. in 8. (ll)

SCRIPTA POSTHVMA STVRMIANA.

1. *Vorſtellung von der Lügenbafften Stern-Wahrſagerey, herausgegeben von deſſen jüngſten Sohn* REICH-STVRM N. P. C. Coburg. 1722. in 8. 9. *Bogen.* (mm)
2. Praelectiones Academicae, quarum *prima* Aſtrologiae diuinatricis uanitatem; *altera* doctrinam Matheſeos uniuerſalem; *tertia* incomprehenſibilia Matheſeos; *quarta* Arithmeticam ſacram tractat ex MSSto editae a DAV. ALGOEWER, A. 1722. in 4. (nn)
3. Phyſicae Electiuae ſiue Hypotheticae Tomus II. cum praefatione *Chriſt. Wolfii*, Norimb. 1722. in 4. 8. Alph. plag. 7. (oo)

Epiſtola praefixa non ſatis laudare poteſt. Eiusdem excellentiſimi legati eſt *Vera Reformatorum doctrina de S. Coena:* cum Tractatibus *de gratia & abolitione diſſenſionum in Eccleſia Chriſtiana* A. 1712. in 4.

(kk) Continet primae partis praefatio epiſtolam ad Seren. Ducem FRIED. CAROLVM, tunc temporis adminiſtratorem Ducatus Würtenbergici, qua decet, quomodo utiliſſimum Matheſeos ſtudium, una cum ceteris, in omnes Gymnaſii claſſes etiam infimas, antiquo Graecorum more, commode introduci poſſit. Conf. A. E. L. 1700. p. 370. Germanice edita eſt Norimb. 1704.

(ll) In linguam Germ. translata eſt Hamb. 1713. in 8. Liber ad docendum aptiſſimus eſt, diligenter tamen cum Phyſica hypothetica conferendus.

(mm) adiecit M. B. H. EHRENBERGER, Mathem. & Metaph. in Gymnaſio Caſimiriano Prof. Publ. celeb. praefationem *de influxu ſiderum.*

(nn) S. R. editori, Concionatori & Prof. Publ. apud Vlmenſes praeclare merito, publice ſunt gratiae agendae, quod rarum & utiliſſimum hocce ſcriptum cum orbe litterato communicare uoluerit. Exorandus porro eſt ut, quam in praefatione poſſidere ait, *Eclipſiographiam Theoretico-practicam & Circulum Goniometrum*, cum aliis doctrinae ſingularis monumentis proxime edat, ſicque gloriam partam porro tueatur atque augeat. Caeterum differre hoc MSStum a priori recte obſeruant collectores A. E. L. in ſect. II. Tomi VIII. ſupplem.

(oo) Quanquam applauſus, quo Tomus I. excipiebatur, calcas adderet noſtro, ut laborem coeptum indefeſſo ſtudio continuaret atque ante obitum ſuum hunc Tomum II. abſolueret; doluere tamen haſtenus multi, quod tot annos tam proficuo opere, carere debuerint. Tandem opera atque ſtudio inſignis Norimbergenſium Mathematici I. G. DOPPELMAIERI in eam, qua nunc uideri poteſt, formam redactum eſt, qui etiam indices locupletiſſimos ad Tomos duos confecit, & correctoris uices in hoc poſteriori Tomo egregie ſuſtinuit. Ad praeſtantiam ipſius operis cognoſcendam L. B. uerba praefationis commendo, ex quibus intelliget, *inuitorem hoc opus praeſta-*

Digitized by Google

SCRIPTA STVRMIANA INEDITA.

1. *Geographiam quadripartitam* cum aliis nonnullis meditasse Sturmium refert MEELFVHRER. (pp)
2. *Moralia Physica* ab auctore disputationum circularium uice elaborata, cum aliis manuscriptis superesse, S. R. ALGOEWER in litteris ad ad me humanissime datis, suspicatur. (qq)
3. *Eclipsiographia Theoretico-practica & circulus Goniometra* proxime, ut speramus, lucem uidebunt.
4. Tractatus de homine. (rr)
5. Responsio ad IOH. CHRISTOPH. SCHELHAMERI naturae uindicatae uindicationem, qua mentem suam uberius exponit & toti controuersiae finem imponit. (ss) Est autem huius tenoris.

Hanc

---

re utilitatem Bibliotheca Physica integra. Hunc Tomum sequi debebat Tomus III, ut ipse auctor beatus in praefatione ad Tomum II. promiserat his uerbis: *Excipiet autem liber secundus, suo tempore, si gratia Numinis benignissimi uitam uiresque nobis prorogauerit, etiam tertium, Microcosmum h. e. hominem animalia & uiuentia caetera, uerbo, mundum animatum, pro obiecto & argumento habiturum; quod in tres iterum sectiones commode distribuetur, ex quibus prima hominem eiusque mentem seu rationalem animam, secunda bruta animantia cum anima sua sensitiua & locomotiua, tertia denique plantas cum anima sua uegetatiua seu vitali declaranda sibi sumet &c.* cui uero b. auctor manum admouere non potuit rebus humanis exemtus, cum uix Tomum II. ad umbilicum perduxisset. Cui autem uolupe fuerit HONORATI FABRI de hoc imprimis Physicae argumento praeclare meriti, opus *de plantis, brutis ac homine* cum duobus Tomis Sturmianis coniungere, is sane habebit totius Physicae systema, quo nondum eruditus orbis nouit praestantius, iudicante ita *Cel.* WOLFIO in laudata praefatione.

(pp) In accel. ad *Almeloueenii Bibl.* p. 116.

(qq) Me olim Norimbergae audisse haec Moralia Physica recordor. Inspersa tamen ubique leguntur scriptis Sturmianis. Conferantur interim usque dum haec lucem uideant, non satis laudandi CHR. WOLFII *Gedancken von denen Absichten natürlicher Dinge* Hall. 1724. in 8.

(rr) Possidet hoc Manuscriptum Excell. FEVERLINVS, optime sane elaboratum, quod sine dubio Physicae hypotheticae pars tertia est.

(ss) Erat haec responsio inserta Praeliminaribus *Physicae Hypotheticae* T. II. quae ab editore ob sonticas causas fuit omissa, a nobis uero propter argumentorum pondera conseruata, ut data hac occasione possit cum lectore benеuolo communicari.

Digitized by Google

Hanc innocentem opinionem meam, cum ante quinque circiter annos, Vir Clarisſimus & Experientisſimus, GVNTHERVS CHRISTOPHORVS SCHELHAMMER, Med. D. & Prof. Kilonienſis, & Serenisſimi Cimbriae Ducis Archiater, in tractatu *de Natura ſibi & Medicis uindicata*, paſſim perſtrinxisſet, ego uero proximo poſt anno in diſp. publica *de Natura ſibi incaſſum uindicata*, eius ſcrupulis ac deſideratis ea repoſuisſem, quae res ipſa poſtulare uidebatur; ex improuiſo nuper prodiit nouus eiusdem Celebris Viri liber, *Naturae uindicatae uindicatio* inſcriptus, neque is nunc demum, ſed ante totum quadriennium conceptus, bibliopolarum uero moroſitate hactenus latitare coactus. Deprehendi in eo plurima, quae noua reſponſa & confutatſones iteratas depoſcebant; ſed cum uiderem, hoc pacto aeternas fore has noſtras lites, ac tempus irreparabile ſine fructu conſumtum iri; conſtitui ſtatim apud animum meum, ea omnia, quae in hac noua uindicatione, ad me quidem attinentia, quo iure, quaue iniuria, ſcripta eſſe poſſent, tanquam non ſcripta intueri, ea ſola cauſa excepta quae Dei honorem concernere uidebatur; ſententia ſcilicet illa recentiore *de DEO immediate omnia mouente*, quam inſtar repentis herbae ſerpere, & iam per uniuerſam Galliam, Angliam, Belgium, diſſeminatam radices agere coepiſſe tantum non aperte conqueritur in Praef. ad Lectorem, *Vir Doctiſſimus*, & qua tamen (quod ipſum tam confidenter aſſerere, non poſſum non mirari) nihil ſit falſius, nec quicquam animis turbandis, & a recta uia abducendis magis idoneum &c. Pro hac, inquam, ſententia, praecipue, quam meam quoque eſſe nec poenitet me, nec pudet, ad caput libri ultimum quaedam hic annotabo; non eo fine, ut ipſi eandem illam perſuadeam, ſed ut eam ab iſtis, quibus ab ipſo oneratur, imputationibus, defendam. In allegato igitur VIII. capite conciliationem inter nos tentaturus Vir clarisſimus, hoc ſtatim num. II. *fatetur ſibi iam concedendum eſſe, Sturmium Naturae nomen ipſumque uocabulum, extinctum non uoluiſſe, ſed in ſcriptis ſuis ſubinde uſurpare*: Itaque in caſſum profecto iactauit in me iſta omnia tela illa, omnia argumenta tam operoſe congeſſit, quibus obtrudere mihi, cap. II. adhuc etſi manibus pedibusque obſtrepenti, eam mentem uoluit, ac ſi

nomen & uocabulum ipſum Naturae, non rem ſolum, extinctum uoluiſſem deletumque. Neque hoc ſolum ſenſu, quo res ipſas naturales, mundumque uniuerſum notat, ſed quo uulgo in ſcholis & a Philoſophiae naturalis ſcriptoribus adhiberi ſolet, pro principio τῦ κινεῖσθαι paſſiuo, quo ſenſu ipſe definitionem Ariſtotelis Lib. II. Phyſ. cap. I. rectiſſime exponit; at eo quidem non ſolum in corporibus particularibus, ut habilitate cuiusque ſpecifica ad recipiendum talem uel talem motum, ſed etiam in uniuerſo hoc mundanorum corporum ſyſtemate, quod ſimilem quandam uniuerſalem eorum coordinationem, & generalem ad generaliores quoque, ſed uariantes tamen motus recipiendos ac ſubeundos, quam habilitatem, & rerum naturalium diſpoſitionem potius hic etiam, quam res ipſas naturales, & uniuerſum mundum, pro natura uniuerſali ueroque principio paſſiuo motuum generali habeo. Verum cum haec etiam olim bona fide ſtatuerim, ac etiamnum ſincere ſtatuam; qui potuiſti, amabo Te *Schelhamere Clariſſime*, num. XIV. cap. II. Vindicationis Tuae p. 25. dicere, *Sturmium* nomen Naturae, ſaltem, qua pro principio rerum naturalium accipitur, ex ſcholis exturbatum uoluiſſe, imo (quod magis adhuc mirari ſubit) reapſe ex phyſica ſua Eclectica extruſiſſe, planeque omiſiſſe? Fortasſis ideo, quod integrum & ſeparatum caput de natura, ut in Phyſ. conciliatrice factum, non exhibuerim? ſed rogo Te, *Vir optime*, ut legas, ubi uacauerit, quae in alleg. Phyſ. Ecl. a pag. 150. usque ad 154. de Natura uniuerſali, & hinc ubi ipſiſſimam definitionem Ariſtotelis definitione ex Lib. II. Phyſ. non repetii tantum ſed explicui) in ſeqq. quoque nominatim in ſubiecta Epicriſi, caueasque, ne Lectores noſtri a partium ſtudio alieni, anſam hinc accipiant credendi, Te nimis ſtudioſum eſſe conquirendi utcunque, quae carpas, aut theſin, quam ſemel poſuiſti quomodocunque defendendam congeras.

Illa quidem recte uereque dixeras omnia, quae num. X. cap. II. Vindicationis leguntur p. 22. &c. nec a me unquam negabuntur, nec a Te ipſo diſſimulata ſunt Cap. III. Naturae primum uindicatae p 48. & ſeqq. & num. ſequenti prioris loci XI. *Credere Te dicis, mihi id animi potiſſimum fuiſſe, ut naturam uere proprieque agentem, certo conſilio agen-*

potis-

tem, Sapientissime agentem uellem: quod dum facerem, id tantisper excusari &c. Hoc utique, tanquam potissimum conciliationis punctum, congrue potuisset hoc loco inseri. At enim, ne hoc quidem totum concedere Te posse mox subiungis; quod nimirum Tu naturam intermedium quid esse inter DEVM & creaturas, clarissime in sequentibus Te ostensurum dicis. Age uero tentabimus, num quod in hoc etiam conciliatio quaedam sincera seriaque reperiri possit. Ecce enim! Ne hoc quidem Tibi negauero: Naturam, quatenus Motum significat, Materiae & Materialibus creaturis, secundum leges naturae immutabiles a DEO ipso conditas, h. e. (ut clarus, & remota omni ambiguitate rem dicamus) secundum uoluntatem DEI immutabilem impressum, & quidem habilitate ipsarum infinite uaria pariter infinite-uarium &c. esse quid intermedium inter DEVM & creaturas, uaria ista habilitate, qua tam uarie moueri possunt (nondum autem actu ipso mouentur) ab eadem diuina uoluntate praeditas. Nec enim illi motus uel impetus a diuina uoluntate impressus, est ipsa diuina uoluntas, sed eius effectus, adeoque reuera intermedium quiddam inter DEVM & creaturas, ad ipsum uarie recipiendum uarie aptatas. At enim uero, etiam hoc largiter concesso stabit tamen una, creaturas omnes, sola ista DEI uoluntate impetum istum infinite uarium, interuentu infinite uariae habilitatis iisdem concreatae, in ipsis efficiente, moueri; neque adeo opus fuisse, sed superuacaneum potius futurum, si DEVS praeter hunc impetum creaturis, uoluntate sua in futurum etiam efficaci impressum, & ab ipsius passiue receptum, ut causam subordinatam uniuersalem, insuper etiam actiuam aliquam, uel se ipsas, uel alias mouendi uim materiae superaddidisset. Quid enim hac opus esset, si materiae & creaturae omnes, eosdem illos motus, quos semel nutu uoluntatis Diuinae etiam in futurum efficacis, receperunt, etiamnum singulis momentis recipiant, aut (si mauis) receptum tam diu seruent, quamdiu sc. immutabili eius decreto primitus uisum fuerit. Haec foret, mea opinione, uera & sincere nostrarum utriusque sententiarum conciliatio, salua quidem ueritate ineunda: qua semel, si fieri posset, inita, de caeteris, quae num. V. & seqq. nobis adhuc interce-

Digitized by Google

tercedere uidentur liticulis sperari forte posset, saltem temporis progressu eas penitus compositum iri, & sic plenarium tandem inter nos consensum futurum. Postquam igitur *Tu, Vir Clarissime*, ingenue confessus es, me non solum Naturae nomen & uocabulum extinctum non uoluisse, sed (1) eo sensu, quo res naturales & hoc uniuersum notet; (2) etiam illo, quo leges aeternas a Diuino Numine sancitas significat uel clarius forte, perpetuum illum motum, quo ferantur & subsistant omnia, tanquam rem ipsam isto nomine significatam, dudum agnoscimusutrique; insuperque (3) non possum dubitare, quin, si legere, quae num. IX. monui, dignatus fueris, ultro sis agniturus, immerito mihi imputata illa fuisse, de quibus ibi fueram conquestus; Ego porro (4) uicissim, permittente saluaque ueritate, id quoque concedere Tibi uolui potuique, ut motus ille perpetuus, ui legis aeternae, seu uolitionis diuinae in omnia futura quoque tempora ualiturae, materiae materialibus impressus, ea Natura dicatur, quae sit intermedium quid inter DEVM & Creaturas; postquam, inquam, haec & alia, sincerae ut spero conciliationis studio, inuicem concessimus, & illaesa ueritate concedere poteramus; Tu praeterea (5) a me concessa iam aliqua ex parte lubens acceperas, imo eo nomine mihi gratias etiam egeras; ideo de illa quoque controuersia, quam inter nos restare dicis, potissima & prope unica, eadem mente, eodemque conciliationis consilio, nunc uidebo; futurum sperans, ut Tu uicissim, pari proposito de rigore Tuae sententiae tantum remittas, quantum eius credita ueritas, cum aliqua tamen formidine possibilis & in ista erroris coniuncta, permiserit.

Illa igitur potissima & prope unica, quae nobis adhuc intercedit, controuersia, uirtutem illam Diuinam, inquis, concernit, Naturae in locum, mea quidem opinione, surrogandam; quae una quidem causa sit, ut mihi, quem caeteroquin amicissimum Tibi exoptes &c. contradixeris. Quae uero, quaeso Te, *Schelhammere optime*, causa Te adeo commouit, ad obnitendum manibus pedibusque, ne Voluntas illa aut Virtus diuina, omnia immediate, nulla alia uirtute uere agente media mouens admittatur? Quia inquis, tota ars Medica, ea admissa Naturaque sublata, corrue-

corrueret; Itaque hanc uindicandam fuisse, si istam saluam uelles: id quod fieri poterit, (imo, Te ipso fatente, iam factum est) uel sola hac explicatione a me admissa, qua sc. Motum materia Diuinitus impressum & hactenus continuatum, pro natura inter DEVM & Creaturas intermedia, admittebam. Salua igitur est Medicina Tua! Saluae distinctiones *Naturalium, Praeternaturalium, Non naturalium*! Salua interim & mea sententia: cum omnia in hoc uniuerso corporeo, motu mediante, tanquam Natura inter DEVM & creaturas inter media, peragantur; Motus autem sit effectus diuinae uoluntatis uel uirtutis arbitrarius: una igitur & sola uirtute diuina peraguntur omnia Q. E. D. Quid amplius nunc desiderabimus ad plenam nostrarum sententiarum conciliationem? Tu quidem hoc etiam uelle uideris ut concedam Tibi, materiam non solum *recipere* motum a DEO impressum, sed etiam *retinere*; quod sano sensu lubens iterum concedo: cuius enim uirtute recipitur, eiusdem uirtute continuatur, & retinetur. Verum, per hoc *retinere motum* hoc praecipue uideris intendere: materiam & materialia recepisse motum passiue, non solum ui principii τῷ κινεῖσθαι, i. e. aptitudinis ac dispositionis internae generalis, sed etiam pro ratione specialis cuiusque habilitatis innumerabiliter-uarium, insuper autem una recepisse *potentiam* mouendi alia quoque actiuam.

Hae uero actiua potentia mouendi, siue actiuum hoc principium, si eo sensu accipiatur, quod id pag. proxime sequente 188. describit, *quo* (principio sc.) *semel mota, & aliam mouere omnis, etiam bruta illa materia, sit potens;* hoc sensu etiam passim in meis scriptis admisi, sed ea conditione, ut *minus proprie-actiua respectiue tantum actiua, non absolute mouens, sed patiendo mouens, mota mouens, aliena uirtute mouens &c.* (eo modo sc. quo in Aristotelis exemplo, baculus mouet lapidem, non sua, sed manus agitantis uirtute.) Quodsi hoc sensu creaturas agere, posse agnoscere; iam iterum plene conciliati erimus. Si non possis, uel etiam nolis, & creaturam mouere aliam putes non motam, siue ab alia creatura, siue originaliter ipsa DEI uirtute, (& primam illam, & caeteras omnes intermedias creaturas, sola propriissime, nec mota prius aliunde, mouente)

patieris, ſpero a me uicisſim Tibi (aut potius iſti manifeſtae contradictioni) contradici; quia tali uirtute actiua in creaturis (1) non opus eſt, nec ea (2) etiam posſibilis.

Quod enim *primo* non opus ſit in creaturis tali potentia uere proprieque motrice & actiua, inde palbabile eſt: Cum prima motus uel impetus in materiam facta impresſio, non aliter a DEO quam nutu & uolendo fieri, nec aliter a materia, prius immota, quam patiendo recipi posſet; is idem unicus nutus poterat ea conditione fieri, ut impresſus ille, & a materia receptus ſemel impetus, in materia continue perduraret, quamdiu mundum ſuum durare ſummus Conditor uoluisſet; atque ita quidem, ut impetus unius partis materiae in aliam factus, in illa tantundem imminuatur, quantum poſterior in ſe recepisſet: quod ipſe ſupponis pag. proxima 188. Itaque totum hoc negotium, ut omnia in mundo continue unum per alterum, aut mediante altero, moueatur, & quidem quodlibet ſecundum habilitatem pasſiuam a creatore ſibi inditam, moueatur. Hoc totum, inquam, ita conditionatum negotium, ita ſemel, & unico nutu Creatoris expediri potuit ut nunc potentia motrice uere actiua, materiae diuinitus indita, plane opus non ſit.

Quod uero *ſecundo* eiusmodi principium motus actiuum in materia & materialibus ſit imposſibile, ex eo probaui, quod tu & olim concesſeras, & nunc iterato, num. VII. praeſentis cap. VIII. concedis, & lubenter quidem *Materiam ſua natura eſſe actiuo mouendi principio penitus orbatam & casſam &c.* & uis tamen interim concedi Tibi, posſe eandem materiam primam hoc principium mouendi actiuum aliunde nempe a DEO omnipotenti, recipere; quod eſt id ipſum de quo controuertimus. Et ſane niſi uelis in uoce *naturae* ludere, qui denegat *Naturae*, h. e. *Eſſentiae* materiae uim actiue mouendi, is nunquam poteſt absque crasſa contradictione eandem eidem concedere, alias natura & eſſentia materiae, non eſſet amplius natura & eſſentia materiae. At enim uero quod in Peripateticorum Scholis, tanquam tritisſimum, conſtanter circumferebatur, *Eſſentias rerum eſſe aeternas*, id ego, ſic intelligendum ſemper credidi: cum omnium rerum eſſentiae pariter & exiſtentiae a liberrimo

DEI

DEI beneplacito dependeant; esſentiae uero dicantur esſe aeternae, hunc esſe ſenſum aſſerti dico: quam ſemel DEVS proprietatem alicui rei eſſentialem esſe uoluit, aut eſſentialem esſe uoluit, aut eſſentialiter denegatam, eam immutabiliter talem perſeuerare uult: non ſolum ideo, quod uoluntas DEI ſit immutabilis, ſe ipſa re ſic depoſcente: quoniam, ſi rem esſe deinceps aliam uellet, quam prius illam uoluerat, res illa non amplius ea foret, quae fuit, ſed exiſtere iam deſiiſſet. Igitur, quamdiu rem aliquam uult esſe & manere talem, qualem eam esſe natura uoluit, nunquam uolet eam esſe aliam: ut adeo, aſſertum ad caſum praeſentem applicando, cum DEVS materiam ſemel uoluerit esſe natura ſua merepaſſiuam, eam nunquam uoliturus ſit (imo ne poſſit quidem uelle ſine ipſius deſtructione, aut in rem aliam potius commutatione) esſe uere actiuam. E. g. cum ſemel DEVM uoluiſſe manifeſtum ſit, ut lapis mobilis ſit, ſed ab alio, non a ſe ipſo, cogitandi uero poteſtate deſtituatur; nunquam etiam contrarium fieri uolet, ſeipſum negaturus.

Quod ſi uero *Iob. Lockio*, Angliae ſcriptori, & cum ipſo, uti uidetur, *Clariſſimo Domino Scheibammero*, aliter uiſum fuerit, iam deſperatam uideo omnem ſpem conciliationis opinionum noſtrarum multumque iam poeniteret, tantum temporis in hoc negotium inaniter inſumſiſſe, niſi uel hoc inde utilitatis redundaturum esſet, ut, quae, noſtra utrorumque genuina ſit ſententia, a Lectoribus noſtris, ab omni partium ſtudio alienis, intelligeretur. Quamobrem nihil conſultius erit, quam ut abrupto nunc hoc fruſtra diſputandi labore, patiamur alter alterum ſuo ſenſu abundare, liceatque mihi impoſterum pace Tua, uir antehac mihi ſemper amice, porro opinari: DEVM optimum maximum, ſtupendam hanc uniuerſi Naturaeque machinam, ſolum, ut ex nihilo produxiſſe, ita ſemel productam, eadem ſua uoluntate, uirtute & potentia (quia alia non poteſt) conſeruare, h. e. effectiue in ſingula momenta (ſine omni tamen labore & negotio) denuo quaſi producere; cumque ſine motu partium materiae locali, nec obtineri illa ineffabilis formarum, & conſequenter aptitudinum & habilitatum, ad recipiendum uariantiſſimos motus ſpeciales, diuerſitas, qui materiae motus a nemine alio, niſi pri-

si primo illo materiae omnis, sicut Auctore, ita Motore, & semel impressi motus necessario quoque conseruatore, dependere aut promanare potuit; liceat, inquam, mihi, quem solum & unicum creatorem & conseruatorem ueneror; eundem solum etiam & unicum omnium rerum creaturam & conseruatarum motorem uenerari, & sic, quod scio, etiam simplicissima fide complecti illud Paulinum aliaque huic gemina plurima: *Ἐν αὐτῷ γαίζωμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν.*

Tu interim crede, quod facis num. VI. huius capitis, me non perfectam plenamque ueritatis cognitionem, sed pietatis in DEVM egregiam qua prima fronte abblandiatur hoc dogma, speciem illexisse; quia cum nonnullis sacrarum literarum sententiis uideatur conuenire, & omnipraesentiam DEI, qua suis operibus adsit, reddat necessariam ac manifestam. Quod cum fatearis, de non paucis ita uideri, quorsum interea, quae immediate sequuntur, (praesertim, si *rudi*, & nescio annon *inepta* quadam, ueneratione, omnia ad literam interpretari, quod nonnulli *superstitiose deuoti* satis audacter, & pene impudenter hodie postulant, religiose nimium contendamus) quorsum, inquam, haec subiicere uolueris, fateor, non capio: nolim enim haec a Te indirecte saltem in me quoque dicta credere; sed si potuisses hoc uelle, eo me solabor, quod Viri prudentes minimeque mali, tum in hac Vniuersitate nostra, tum alibi locorum, haut exiguo numero, de me longe aliter sentiant. Ego interim, si Tu uniuersam Galliam, Angliam, Belgiumque solus conuerteris a pernicioſa illa sententia, quam ego meam quoque profiteri nihil hactenus fui ueritus, quamque Tu pressius urgere, oppugnare, & si possis, obtundere, atque proruere uelle, in Praef. ad candidum Lectorem, constituisti; & una tamen eam cap. VIII. cum Tua sententia, serione? in gratiam reducere, & conciliare destinasti; ego profecto inter primos fuero, qui Tibi de reportata tanta uictoria serio gratulabuntur.(tt)

IOH.

(tt) Haec sane doctissima est responsio ad Cl. SCHELHAMERI naturae uindicatae uindicationem, quam ut cum orbe erudito communicarem, uiri praestantissimi fautores atque monitores erant, ne quisquam b. *Sturmium* ab aduersario pertinaci uictum & ad silentium redactum esse, temere sibi persuadeat.

Digitized by Google



JO JODOCVS FELWINGERVS
Altdorfinus
Politices Professor Publ. in Academia
Altdorfina ab A°. 1671.
Nat. d. 21. Jan: A°. 1644. Denat. d. 9. Junii A°. 1674.
W.P. Kilian fecit.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOH. IODOCVS FELWINGERVS.

QVo rariora ſunt exempla illorum qui adhuc uiuente parente in uno eodemque collegio, ad dignitatem Profeſſoriam ſunt euecti, eo maiori cura & diligentia, ſi quae occurrunt, ſunt colligenda. Tale autem nobis praebet IOH. IODOCVS FELWINGERVS, qui ad ſolatium patris, collega ipſi datus eſt, ut ex ſequentibus patebit. Natus eſt. d. 21. Ian. A. C. 1644. patre ſupra laudato, M. IOH. PAVLO FELWINGERO, Matre Anna Catharina, D. CHRISTOPH. HELDII, Conſiliarii Reipubl. Norimb. id temporis primarii filia. (a) Deo oblatus eſt & Chriſto inſertus per S. Baptiſma a Nob. Dom. IOH. IODOCO SCHMIDMAIERO, *von Schwarzenbruck*, Patricio Norico. Puer adhuc in ſchola publica praeceptorum curae commiſſus, tales breui temporis ſpatio fecit progreſſus, ut parentibus ſummae eſſet laetitiae. Poſtea parens domeſticum ipſi praefecit praeceptorem, ſub cuius ductu magnam litterarum ſibi comparauit notitiam. Hinc A. 1659. *Ratisbonam* in celebre illud Gymnaſium Poeticum miſſus, ubi ferme per triennium Muſas coluit, donec A. 1662 *Lipſiam* petens, conuictu D. SCHERZERI integrum biennium uteretur. A. 1664. *Helmſtadium* contendens D. BINNII, WERNERI, GLAESERI & CONRINGII, uariis occaſionibus oblatis, in conſuetudinem eſt receptus, & per biennium cum dimidio in Themidis adyta admiſſus, ueteris aeui iura perluſtrauit, per *Imperatores*, *Inſtituta*, *Digeſta*, *Codicem*, *Nouellas*, cupidam ueri mentem circumduxit, ut iam de pileo cogitaret modeſta eius ambitio. A. 1667. patrios lares repetens, bene coepto iuris ſtudio colophonem addidit, ita ut A 1668. Diſp. publ. ſub praeſidio D. TEXTORIS de *Auſtregis* habuerit. A. 1669. pro licentia diſputauit & impetratis honoribus doctoralibus A. 1670. praeſidendo induſtriam ſuam exercuit & hoc ipſo anno collegium priuatum inſtitutionum 14. auditorius aperuit, quod intra anni ſpatium feliciter abſoluit. Hoc nomine PERILLVSTRES DNN. CVRATORES ad commendationem nonnullorum fautorum in numerum Profeſſorum

(a) Vid. ſupra p. 173.

Digitized by Google

Ordin. A. 1671. d. 30. Iunii eum receperunt, & Profeſſionem Politicam, patre illam cedente & lampada illam filio tradente, clementer aſſignarent, quam magna auditorum frequentia ſtipatus ornauit. Menſe uero Aprilis comparentibus in ipſius pedibus maculis partim leuiter ulceratis, quas Doctores Medici ſcorbuticas indigitabant, alii negabant, pii parentes ingruenti malo & periculo tempeſtiue per Medicos occurrerunt. Accesſit dolor capitis per interualla grauiſſimus, ad quem remedia nihil profecerunt. Tandem malo in dextrae manus ſphacelum conuerſo, parentes 11. Iunii lectica *Norimbergam* uehi curarunt aegrum, ubi per aliquot ſeptimanas recuperandae ualetudinis ſpe commoratus eſt; ſed ibi d. 17. Iunii paroxiſmus apoplecticus dextrum latus occupauit, unde ſenſu, motu & rationis uſu priuatus, ſine ullo, qui appareret, doloris ſenſu extinctus eſt d. 19 Iunii A. 1672. aetatis 28. Profeſſio uero Politica altera uice in patrem eſt deuoluta. (b)

DISSERTATIONES SCRIPSIT.

1) Inauguralem de *ceſſione actionum*, Alt. 1669.
2) De *antichreſi tacita*, A. 1670. ℞. *Tobia Herdeſiano*. Norimb.
3) De *ſupereminente Dominio*, Alt. 1670, ℞. *P. I. Pöhmero*, Norimb.

M. DAN. GVIL. MOLLERVS. (a)

INgratus eſſem in uirum de litteris & de Academia Altdorfina bene meritiſſimum, exemplumque inpoſterum ſalubre reticerem, ſi, quae ipſe uitae ſtudiorumque inſtituta ſecutus ſit, quanta fide & diligentia partes ſuas obierit, & quam inſigni animi ſanctitate hanc mortalitatem finierit, uellem praeterire. Hunc naſcentem primum uidit Poſonium, urbs in Pannonibus celeberrima, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum quadrageſimo ſecundo, VII KL. Iunias. Parentes ſortitus eſt honeſtos rectos-

(b) Ex programmate funebri Rectoris Alt. Magn. CHRIST. MOLITORIS.
(a) Eſt etiam uita *Molleri* deſcripta a DAVIDE CZVITTINGERO in ſpecimine Hungariae litteratae; prolixius uero a Collegis & in officio ſucceſſoribus dignisſimis CHRIST. GOTTLIEBIO SCHWARZIO in programmate funebri, ut & IOH. DAV. KOELERO in oratione ſolemni Memoriae Molleri dicata 1712. in fol, quorum operam in conſignanda hac uita ſectati ſumus.

Digitized by Google

DANIEL WILHELMVS MOLLERVS.
Posonienſis Hungarus
Comes Palat. Cæſ. Metaphyſices et Hiſt: P.P.
in Acad. Altdorfina ab A°. 1674. Bibliothecæ
Academiæ Præfectus, et Societatum Naturæ Curioſor.
et Hiſtoricorum Imperialium itemque Recuperatorum
in Italia Collega.
Nat. d. 20. Maji A°. 1642. Denat. d. 25 Febr. A°. 1712.

W. P. Kilian Collegraph.

Digitized by Google

Digitized by Google

rectosque: *Patrem*, OTTONEM MOLLERVM, *Suderburgo Luneburgicum*, aurificem & gemmarum negotiatorem singulari integritate commendatum; *Matrem* uero, REBECCAM PERGHAMMERIAM, *Linzii* in Austriis natam, feminam inprimis pudicam & rei familiaris administram per industriam. Hi Parentes mature DEO filium suum ritu Christiano consecrarunt, &, quum eundem disciplinae iam capacem haud uulgari spe donassent, non solum domesticis uirtutum exemplis ad optimas uitae rationes ducere conati sunt; sed Praeceptorum quoque priuata pariter ac publica opera liberalibus artibus erudiendum curauerunt. Non deerant uiri idonei, qui indolem pueri propensionemque animi magis excitarent, & ad praeclara quaeque nitentem recta institutione utilibusque praesidiis adiuuarent. Ipse uero nunquam remissus, alacri semper animo fecit officium, &, neque tunc quidem, cum graue tempus & forte annus pestilens existeret patriae, abstitit incoepto, aut feriatus cessatione torpuit; sed interea *Trenschinium* abiit, ut addiscendae cumprimis Sclauonicae linguae operam impenderet. Elapso biennio, reuertit Mollerus in patriam, atque, ut certa celerique uia ad metam contenderet, in Gymnasio florentissimo humanitatis & Philosophiae rudimenta posuit, tantosque fecit progressus, ut, ingenii cursu aetati anteuertente, iam anno saeculi praecedentis sexagesimo, publica luce dignus haberetur. Exiit igitur ex Gymnasio, bonisque auspiciis primum peragrauit utramque *Austriam*, *Moraniam*, *Bohemiam* & *Saxoniam*, deuenitque *Lipsiam*, urbem moris studiorumque elegantiorum celebritate inclutam; ubi, quamuis datam amplecteretur occasionem adeundi noscendique uiros praestantes, neque quicquam, quod ad rem suam pertinere censebat, praetermitteret; haud tamen adeo diu substitit, cum *VVittenbergensium* potissimum *Academiam*, parentem sacrorum diuinitus repurgatorum, constituendis studiorum Academicorum rationibus, certa animi inductione destinasset. Adiit hic e uestigio IO. ANDREAM QVENSTADIVM, Theologiae Doctorem nauiter meritum; quem sibi ita conciliauit, ut, quoad degit VVittembergae, hospitio conuictuque eius uteretur; auersatus illorum morem, qui, ut licentius uiuant, indulgeantque genio suo, in oculis conspectuque quotidiano uirorum honoratiorum esse uerentur.

Digitized by Google

rentur. Ingressus iam erat *Guilielmus* cognoscendae sapientiae curriculum, cum ea tempestate publica splendidaque legatio e Saxonia in *Daniam* mittebatur. Vsus hac opportunitate, ad florentissimum Septentrionis regnum accessit, *Hafniamque*, urbem primariam, uisit, & praeter ceteros BROCHMANDVM, magni nominis Theologum, consultauit. Sed incredibili amore Musarum VVittembergensium captus, quanta potuit festinatione, eo recurrit, duorumque mensium spatio, ad doctrinae liberalis commercium se retulit. Neque uero, quod multi solent, temerario quodam impetu altiores mox scientias inuolauit; sed salutari consilio magnaque cura operam cumprimis dedit, ut illarum litterarum praesidio, quae disciplinis superioribus robur neruosque afferunt, sese praemuniret. Eo animo sectatus est uiros eruditionis & diligentiae nomine laudatissimos, tunc temporis Philosophorum ordini adscriptos; quos cupide audiuit, nec tenuem ex ea re fructum percepit. Nominatim enim dicendi scribendique exercitatione diligenter instructus fuit a GEORGIO CASPARO KIRCHMAIERO. In cognoscendis rerum naturis, percipiendisque argumentandi rationibus, adiutorem magistrumque habuit ERNESTVM BACKIVM. Tum affuit studuitque MICHAELI VVALTHERO, in erudito puluere uersanti. Nec minori assiduitate subtiles illas & sola mente comprehendendas rerum notiones scrutari coepit, a GEORGIO MEYERO inductus firmatusque. Quin etiam in audiendis reconditae philosophiae disciplinis studiose coluit publicos, eosque celeberrimos Professores; quibus ducibus certae doctrinae subsidia sibi comparauit. Longum est commemorare, quanta discendi cupiditate inflammatus sese addixerit ERICO OSTERMANNO, Graecae linguae uim atque elegantiam exponenti, & uetusta sapientissimae gentis monimenta ex omni memoria repetenti; quam impigro animo, morum uitaeque ciuilis rationes cognouerit ex MICHAELE VVENDLERO; qualem ardorem in discendis linguis, quas oriens extulit, probauerit ANDREAE SENNERTO; quanto cum commodo suo interfuerit scholis CONSTANTINI ZIGRAE, naturalem scientiam profitentis; & quam nulli operae pepercerit, ut, auctore AEGIDIO STRAVCHIO, non modo numerandi dime-

Digitized by Google

dimetiendique leges, ſed etiam imperiorum & coetus diuinioris hiſtoriam, complecteretur. Inter quae grauiora artium ſtudia animum identidem reflexit ad poeſeos ſuauitatem, atque in explicandis imitandisque ueterum carminibus PRAETORII conſilium ſecutus eſt. Adhaec neque nihil temporis addiſcendae Italicae linguae, docente ADIVTO NINIVITA, dedit. Peramplis his doctrinae laudumque ſpatiis feliciter decurſis, itemque diſputationibus & declamationibus in ore Patrum atque commilitonum habitis, nihil erat negotii, praemia, quae ſapientiae ſtudium in Academiis habet maxima, omnium bonorum applauſu & congratulatione impetrare. Ornatus hoc publico induſtriae teſtimonio, ad diuinarum rerum intelligentiam omnem mentem ſtudiumque conuertit. Qua in re ſolers ardensque auditor admiratus eſt ſuſpexitque incomparabilem uim atque grauitatem CALOVII; KVNADI integritatem & perſpicaciam; ſolertiam acumenque MEISNERI; QVENSTEDTII labores & doctrinam; neque minus diligentiam promptamque docendi rationem DEVTSCHMANNI: qui ſinguli meritis ſuis magnam rei chriſtianae lucem attulerunt. Speciatim uero totum ſe tradidit uenerando hoſpiti ſuo; cuius ductu atque praeſidio praecipua & maxime ardua noſtra religionis capita, accuratis breuibusque propoſitionibus deſcripta, triginta priuatis diſputandi exercitiis pertractauit, paratoque ſemper ad reſpondendum animo ab opponentium dubitationibus expediuit. Cum uero ſuum diſcendi deſiderium non uulgaribus terminis circumſcripſiſſet, quicquid ſcitu dignum eſſet, animo percurſurus; affuit etiam aliquando CASPARI ZIGLERO Saxonum Papiniano, iura explicanti, & VICTORI SCHNEIDERO, experientiſſimo Medico, artis ſalutaris principia tradenti. (b) Quibus rebus cum facile uotis & expectationi docentium ſatisfaceret; ſibi tamen omnium minime ſatisfacere uiſus eſt, niſi, ſuſcepto in florentiſſimas Europae regionis itinere, partas doctrinae opes uariarum rerum uſu atque cognitione locupletaſſet. Non igitur haeſitauit diu; ſed dato commeatu, petiit *Belgium* atque *Britanniam*,

(b) Cuius hypotheſibus in tuenda ualetudine curandoque corpore per totam ſuam uitam adhaeſit.

ita tamen, ut nonnullas Germaniae urbes simul perlustraret. Visis enim prius *Seruesto*, *Magdeburgo*, *Iena*, *Numburgo*, *Hala*, *Dresena*, *Freiberga*, *Dessauia*, *Halberstadio*, *Wernigeroda*, *Monte Bructero*, *Helmenstadio*, *Brunsuiga*, *Luneburgo*, *Hildesbemio*, *Hannouera*, *Celta*, *Brema*, *Oldenburgo*, *Emda*, alii sque, eo tandem, quo contenderat, peruenit, & splendorem magnitudinemque tum *Amstelodami*, florentisimi Belgarum emporii, tum *Londini*, non Britannorum modo, sed totius terrarum orbis nobilisimae ciuitatis, uehementer admiratus est; atque non ibi solum, sed in aliis etiam locis, maxime *Franequerae*, *Lugduni*, *Hagae Comitum* & *Vltraiecti*, quae eruditisimis hominibus liberalisimisque studiis semper affluunt, bibliothecas nirosque celebriores frequentauit. Inde cogitauit rursus in Germaniam; &, cum *Hamburgum*, *Rostokium*, *Rintelium*, *Stralsundam*, *Sedinum*, *Berolinumque* adiisset, reuenit *Wittembergam*; quanquam, cum metam, quam sibi constituerat, tunc defigere non daretur, protinus hinc regressus per *Silesiam in Borussiam* & *Poloniam* concesit, &, quae sibi usui esset, *Vratislauiae*, *Regio monte*, *Gedani*, *Thoruni*, & *Cracouiae*, solerter perquisiuit. Non multo post, comitibus mercatoribus, repetiit *Lipsiam*; unde per *Casellas*, *Francofurtum ad Moenum*, *Marpurgum*, *Gisam*, *Formatiam*, *Spiram*, *Philippoburgum*, *Heidelbergam*, festinauit *Argentoratum*; ubi ea maxime de causa diutius sibi subsistendum duxit, ut exquisitiore coelestis ueritatis cognitione instrueretur. Neque uero dici potest, quantum ipsi lumen ad eruendum diuinorum oraculorum sensum, & ad refellendas aduersariorum, sacra nostra oppugnantium, sententias, praetulerint DANHAVERVS, SCHMIDIVS, atque BEBELIVS, egregii illi Theologi, quibus tunc extulit sese Academia Argentoratensis. Quo tempore, SCHEDIO quoque Graecas noui foederis tabulas interpretanti, & BRECHTIO explananti Ebraicarum litterarum indolem, itemque TELLESIO linguam Gallicam docenti, solertisimum sese praebuit auditorem. Quantum uero tunc elaborabat in aliorum scholis; tam laudabili etiam conatu ipse ibidem simul aperuit scholas, ut exerceret ingenium, & studia studiosae iuuentutis pro uirili parte ornaret. Cum hic tempus operamque bene locasset; *Colmariam*, in Alsatia superiore urbem, abiit. Quo loco

loco cum aliquandiu conſideret, nobilium aliquot adoleſcentum uitae ſtudiiſque moderandis accitus; (c) artem metallorum igne explorandorum mutandorumque, praeeunte PETRO DVPONTIO, attigit. Colmaria relicta, *Baſileam* profectus eſt, beneuolentiamque IOH. RVDOLPHI WETSTENII facili opera ſibi parauit; itemque praecipuas Heluetiae urbes, *Tigurum*, *Bernam*, *Lucernam*, *Scaphuſiamque*, & reliquas, uiſit. Peragratis hinc, *Briſaco*, *Friburgo*, *Tubinga*, *Reitlinga*, *Durlaco*, & *Stutgardia*, retulit ſe Argentoratum, ut inde in Galliam, omnis elegantiae & culturae magiſtram, excurreret, atque inprimis illud orbis ornamentum *Lutetiam Pariſiorum*, propius accuratiusque ſpectaret. Dum uero nihil praetermittebat, ut huius quoque gentis mores, ornamenta, & doctrinae praeſidia, magna cum animi uoluptate cognoſceret; accidit, ut nuncii de nouo Romanorum Pontifice eligendo in Galliam perferrentur. Huius rei ſolemnis nouitate pariter ac Romae uidendae deſiderio adductus, *Allobrogum* atque *Inſubrium* terras tranſiit, annoque ſuperioris ſaeculi ſexageſimo ſeptimo acceſſit ad illud principis gentium populi olim domicilium; cuius aſpectu mirifice afficiebatur, neque ſolum pompam intuebatur Clementis IX Pontificis recens creati & tunc ſacra inſignia capeſſentis, ſed etiam in contemplandis ueterum monimentis euoluendis raris codicibus, multum operae ponebat, ac, conciliatis ſibi uiris eruditis, cumprimis in ATHANASII KIRCHERI familiaritatem perueniebat. Exinde iuit *Neapolin*, proceſſitque *ad Veſuuium montem* illum perpetuis ignibus fumisque horrendum; mox uero recepit ſe *Romam*, ubi opera & commendatione ERNESTI, *Haſſiae Landgrauii*, Patris purpurati, adiutus, Pontificis adeundi copiam nactus eſt. Ab illo tempore, *Venetias* iter direxit: cuius quoque ſplendidiſſimae Reipublicae, non minus literis, quam opibus, ad id faſtigium euectae, res rationesque inſignio-res ubi contemplatus erat; ad reditum in patriam ſe comparauit, *Tridentumque* perrexit; tum *Brixiam*, *Monacbium*, *Auguſtam Vindelicorum*, *Ingolſtadium*, *Norimbergam*, *Salisburgum*, *Ratisbonam*, indeque ſecundo

(c) Ab illuſtri MOGIO, Praetore Colmarienſi grauiſſimo.

Digitized by Google

Danubio *Viennam* uenit, & tandem, anno praeterlapsi saeculi septuagesimo, mense Nouembri, superatis tot uiae molestiis atque periculis, *Posonium* reuersus, incredibilem laetitiam Parentibus, amicisque & consanguineis excitauit. Iam quidem huic egregio multisque laboribus acquisito eruditionis apparatui non exigua atque uulgaria debebantur praemia: uerum, cum eo tempore alii in patria honores haud uacarent; interea noster nonnullas in Gymnasio docendi partes, publica auctoritate sibi decretas, grata omnino mente suscepit, debitaque fide aliquamdiu sustinuit. Enim uero, uix annus intercesserat, cum ab aduersariis emendatae religionis patriae res maiorem in modum turbabantur. (d). Dignus habitus est Mollerus prae reliquis, qui communi ciuium Posoniensium nomine ad aulam Caesaream mitteretur. Hic studiose omnia diligenterque curabat; eundemque, causam religionis, quanta poterat, animi submissione atque modestia exponentem, Diuus LEOPOLDVS, Gloriosissimus Romanorum Imperator, sex mensium spatio, magno augustae clementiae argumento, quatuor uicibus audiuit. Verum, cum ipse acrioribus partis aduersae minis territaretur; necessitatem uertendi soli sibi impositam sensit, ut, domo, patria, amicisque careret, haud salutatis amplius, aut ualere iussis Parentibus charissimis. Auspicato certe & singulari Numinis prouidentia tunc uenit *Norimbergam*. Etenim, in cuius benignitate paratius fortunae suae perfugium certiusque rerum asperarum leuamen inuenire potuisset; quam in fide atque gratia illustris & imperii auspicio liberae REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS; utpote quae, inusitato & aeterno munificentiae exemplo, multis abhinc temporibus sanioris religionis, omniumque bonarum artium liberalissima altrix exstitit, ut in eius sinum, tanquam in tranquillum & tutum portum, atque aram religiosam, liberalibus litteris earumque cultoribus confugere liceat? Equidem, sub idem tempus fortunam salutemque amici Academicae uitae consuetu-

(d) Nam Patres Ignatiani propagandae religionis Romanae ardore eo progrediebantur, ut omnia regni iura & priuilegia uiolare, in emendatis a Luthero ibique propagatis sacris extirpandis, ciuiumque euangelicorum capita ac fortunas oppugnare molirentur.

Digitized by Google

ſuetudine iam ante coniunctiſsimi, cura ſibi habuerat PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS, tunc meritiſsimus apud Francofurtenſes ſacrorum Antiſtes; qui ſua effecerat deprecatione, ut B. Mollerus ad CHRISTIANI, *Serenisſimi Principis Birkenfeldenſis*, aulam, habendis concionibus ſacris uocaretur. Verum ſiue quia cum Principe ſequenda eſſent caſtra; ſiue quia huius ingenii dotes Academiarum luci deſtinatae eſſent; hanc ille prouinciam, in ſe ſuſcipere tunc dubitauit. Neque multo poſt, optato rerum ſucceſſu contigit, ut ILLVSTRES NORIMBERGENSIVM PROCERES, cognita uiri uirtute, habitaque inſignis commendationis ratione, (e) Mollero in hac ipſa Academia *philoſophiae primae & biſortarum*, publice docendarum partes, anno proximi ſaeculi ſeptuageſimo quarto, concrederent, benigneque demandarent. Cuius clariſsimi amplisſimique beneficii magnitudo tantum apud eum ualuit, ut, quamuis eodem forte tempore, fauente CHRISTIANO, Serenisſimo Bregenſium Principe, & annitente Libero Barone FREIENFELSIO, haud poenitenda conditio in Gymnaſio Bregenſi apud Sileſios ipſi offerretur; ſatius tamen duxerit illuſtri & munificentiſsimae REIPVBLICAE NORIMBERGENSI, perpetuo uelut nexu uſuque ſeſe proprium tradere. Tunc uero *Danitle* aperiebatur locus, in quo ingenii ſui uim explicaret, expromeretque doctrinam, & illam admirabilem, qua abundabat, rerum uarietatem atque copiam. Hic inuenerat certam fixamque ſedem, quam uitae ſuae ſtudiorumque rationibus peroportunam & conuenientem conſtituerat. Talia conſecutus, id unum ſibi reliquum exiſtimabat, ut adiungeret ſibi uitae ſociam, in cuius uirtute firmum iucundumque amoris & concordiae praeſidium haberet, & cuius alloquio curas leniret, laborumque moleſtias ſubleuaret. Reſpondit ſpei eius atque deſiderio auſpicatus euentus, quum, anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, in matrimonii fidem acciperet ANNAM SIBYLLAM BRAVNIAM, Norimbergenſem, uirginem lectiſsimam, & omnium ſexus ſui uirtutum ornamentis

(e) Facta eſt haec commendatio a WINDISCHGRAECIO & SINZENDORFIO, Illuſtriſsimis S. R. I. Comitibus, Caeſarisque adminiſtris. Conferatur etiam epiſtola commendatitia ab Ill. IOH. PAVLO EBNER ſcripta ad *Felwingerum*, quam cum lectore communicat GZWITTINGERVS l. c. p. 269.

Digitized by Google

florentisſimam. Cuius felici ſuauique complexu quamuis per omnem aetatem perfrui exoptaret; attamen, quae rerum humanarum eſt commutatio, anno cIↃIↃCXCI, menſe Sextili, optimam coniugem, qua cum nunquam in gratiam redierat, praematura morte ereptam, magno cum animi dolore amiſit. Cuius uiduitatis & ſolitudinis calamitatem, altero poſt anno, menſe Octobri, uotis ſecundis diſcusſit; felici optatoque foedere ſibi pactus uirginem nobiliſſimam doctiſſimamque, HELENAM SIBYLLAM WAGENSEILIAM, filiam digniſſimam magni in literato orbe immortalique fama Parentis, uiduam nunc moeſtiſſimam; matronam omni, quod a me dari poſſet, praeconio maiorem; quippe quae, rariſſimo ſui ſexus exemplo, cum multarum linguarum rerumque ſcientia miro nexu coniunxit frugalitatem, morumque ſanctimoniam; ut nec curandis ſubducendisque rei familiaris rationibus, nec egregia & ſingularis fidei in maritum conſtantia, ulli usquam ſecunda exiſtat. (f) Quod utrumque coniugium, ex omnibus reliquis partibus fortunatiſſimum, quamuis haud foecundum eſſet; tantum tamen abeſt, ut celeberrimus Mollerus orbitatem iſtam aegre tulerit, ut potius, reputata ſaeculi prauitate, eam in felicitatis parte poſuerit: cum inprimis a tot ingenii ſui documentis, certiorem ac firmiorem, quam a filiis, nominis ſui propagationem ſibi polliceri poſſet. (g) Quis uero breui diſſertatione laudatiſſimas eius uirtutes atque merita enarrare ualeat? Publice enim priuatimque de literis & de ſtudioſa iuuentute bene meruit; & munus ſibi commiſſum magna fidei religione ſemper curauit, Magiſtratum Academicum ex dignitate huius eruditae ciuitatis iterum geſſit; resque ordinis philoſophici praecipua auctoritate decimum moderatus eſt. Grauis extitit nemini, & in

(f) Conferatur b. OMEISII diſputatio de claris *Germaniae mulieribus* Alt. 1689. inter quas non ſine praeconio meruit connumerari. CZWITTINGERVS l. c. p. 262. Symbolum habet: *Velle Dei, uelle meum.* Viuo Marito Albis Acad. nomen his uerbis dedit: *Poſuit* Helena Sibylla, ex Academicis Recuperatis
Gnata Wagenſeill, Molleri fida Marita.
Nunc autem ſcribit:
Gnata Wagenſeill, Vidua at Molleria triſtis.

(g) Hinc diſticho hocce ſolatium ſibi attuliſſe dicitur:
Qui nulli debet, fortunatiſſimus hic eſt,
Proximus huic *Caelebs*, tertius *Orbus* erit.

Digitized by Google

& in colenda humanitate, tuendisque uiri probi & integri officiis omnibus satisfecit; unde fieri non potuit, quin aliorum amorem atque beneuolentiam sibi conciliaret, & passim a uiris fama doctrinaque clarissimis aestimaretur, atque in illustriores eruditorum societates, inito uelut studiorum inter se certamine, reciperetur. Quos uti mutuo litterarum commercio sibi magis magisque deuinxit; ita perquam luculenta amoris cultusque testimonia ab iis obtinuit. Extant diuersa monimenta, quae in lucem emisit uir diligentissimus postea nominanda. Seduli huius atque indefessi optimarum rerum magistri fidem laborumque testantur discipuli, qui uberrimo cum fructu eius opera usi sunt, ita, ut nunquam ab eo discesserint, nisi uel doctrina instructiores, uel moribus meliores, uel alacriores animo. Etenim inseruiebat ingeniorum captui, disciplinarumque seueritatem Socratico sale aliquando mitigabat; atque ea semper habebat innumerato, quae etiam difficilimas quaestiones explanarent, & argumenta alioqui doctrinae sterilia illustrarent. Nullo aetatis tempore sibi pepercit; sed tentatus iam morbo uiriumque imbecillitate, praesto fuit discendi cupidis. Nihil autem prius nihilque antiquius habuit uera minimeque fucata pietate: cuius studio excitatus, in DEI cognitione atque cultu omnem solidae sapientiae rationem collocauit, & in rerum coelestium diuinarumque litterarum contemplatione omni tempore diligentissime sanctissimeque uersatus est. Qui ergo iam dudum tam bene uitam suam parauerat instruxeratque; is neque, ultimis iam instantibus, animae suae saluti defuit. Etenim ineunte Anno cIↃIↃCCXII morbus antehac quidem aliquoties superatus, quem δυσεγίαν in scholis medentium nuncupant, maiori impetu adortus est uenerandum Senem; cui quidem ad auxilium ferendum prompti aderant Medici, meritis famaque excellentissimi, D. HOFMANNVS & D. BAIERVS, qui, quicquid in arte atque industria est, summa fide atque cura adhibuerunt. Sed, cum uis mali maiorem in modum inualesceret, & uires senio laboribusque iam satis fractae, nehementi demum colliquatione penitus exhaustae nulla ope humana instaurari possent; Vir pius, deposita rerum caducarum cura, in arbitrio consilioque diuino totus conquieuit. Aderant

identi-

identidem, erigebant, firmabantque aſpirantem ad coeleſtia, THEOLOGI noſtri, ſumma cum doctrinae & exempli laude de re ſacra meriti. Denique, d. V. KAL. Martias, iuſſu decretoque ſupremi rerum humanarum moderatoris euenit, ut ſanctus ſenex animam DEO deuotam rederet, atque hanc laborioſam miſeramque uitam cum beata & aeterna commutaret, nactus illam μυριομακαριομακροβιοτητα, quam omnibus amicis in largiendis amicitiae teſſeris ſincere apprecatus fuerat.

EPITHAPHIVM

QVICQVID MORTALE EST
DANIELIS GVILIELMI MOLLERI,
COMITIS PALATINI CAESAREI,
HISTORIARVM ET METAPHYSICES PROF. PVBL.
BIBLIOTHECARII VNIVERSITATIS
SENIORIS
INCLVTARVM SOCIETATVM NATVRAE CVRIOSORVM
ET HISTORICORVM IMPERIALIVM
ITEMQVE RECVPERATORVM IN ITALIA
MEMBRI SPECTABILIS
TERRA HAEC CONTINET.
NATVS ERAT POSONII XXVIII MAII
A. MDCXLII.
OBIIT DIE XXV. FEBR. A. CIↃIↃCCXII.
VIXIT ANNOS 70.
EXPECTANT NVNC HAE CORPORIS EXVVIAE
IN ALTERA VITA AETERNVM
GAVDIVM
CVM SANCTIS IN SECVLA SECVLORVM.

DESI-

Digitized by Google

DESIGNATIO SCRIPTORVM A B. MOLLERO EDITORVM.

I. Opuscula.

1. Oratio de confusione linguarum babylonica Wittebergae recitata & impressa 1662. in 4. pl. 4.
2. *Betender* Daniel, Colon. 1666. in 12. (h)
3. Retorsio ad criminationes *Eliae Schnegassii*, Witteb. 1667. in 12. (i)
4. De Bohemico nihilo Alchymistico, Coloniae 1667. in 12.
5. Meditatio Stoica de conditione temporis praesentis ad amicum, Francofurti ad Moen. 1673.
6. Meditatio de insectis quibusdam Hungaricis prodigiosis, anno proxime praeterito ex aëre una cum niue in agros delapsis, ad amicum A. R. M. ibid. 1673. in 12.
7. Horaria meditatio quaestionis: num S. Pauli caput primum ad Rom. sine profanorum Auctorum, maxime *Petronii*, cognitione intelligi queat? ad amicum Altdorf. 1674. in 12.
8. Curriculum poeticum ad amicum, Alt. 1674. in 12. (k) pl. 9.
9. Opuscula Ethica & problematico-critica, Francof. 1674. in 12.
10. Opuscula Medico-historico-Philologica ib. 1674. in 12.
11. Promissum de mulieribus hominibus exsolutum, cum epistola ad amicum, Alt. in 12. (l) pl. 4.
12. Guil. du Val synopsis analytica metaphys. Arist. ex accurata recensione denuo recusa, Alt. 1677. 8. pl. 10.
13. Mensa poetica, Alt. 1678. 12. (m)

(h) Totus titulus talis est: *Betender* Daniel, *das ist ein kurzer Begrieff andächtiger Gebet, auf die bey dem Gelehrten bekante 4. facultaeten gerichtet.*

(i) Prima editio facta 1662. in 4. sub hoc titulo: Iustissima retorsio ad immodestam & ineptam noui logicae perturbatoris *Schnegassii* nouae logicae cum antiqua collationi opposita & remissa a *Mollero*.

(k) Intelligit auctor hoc titulo meditationes uarias in adolescentia ligata oratione conscriptas, nunc collectas & *Iob. Paulo Wurffbaino* dedicatas.

(l) Scripta est haec epistola ad *Iob. Georg. Grambsium* contra libellum famosum 1595. editum, mulieres non esse homines, affirmantem.

(m) Differt a curriculo poetico & continet uaria poemata postea elaborata.

Digitized by Google

14. Indiculus medicorum Philologorum ex Germania oriundorum ib. 1691. 4. pl. 2. (n)

15. Sapientia Salomonis uersibus hexametris reddita a *Iacobo Calphillo*, Anglo, S. Th. D. luci publicae expoſita, cui annexa epiſtola Iudae, carmine elegiaco ab. *Mollero* reddita ib. 1691. 12. (o) pl. 6.

16. Quinquaginta Chronodiſticha ad An. 1697. 4. pl. 1. (p)

17. Luſus metrici de Bubula, Norimb. 1701. 4. pl. 1. (q)

18. Decades tres epiſtolarum ad Dan. Guil. Mollerum miſarum, Alt. 1711 & 12. (r) pl. 4.

19. Centum diſticha, quorum initium & finis: *diſce mori*, 1711. 8. pl. 2.

II. Pſeudonyma.

20. Auſonii Morelli trutina doctorum & doctorum, Maceratae, 1665. 12.

21. *Preßburger Kirchen und Schulen Verluſt, das iſt, Warheits gegründete Anzeige, vvie und auf vvas Weiß zu Preßburg in der Nieder-Ungariſchen Hauptſtatt, einer daſelbſt ſich befundenen uncatholiſchen Gemeinde anfangs Kirchen und Schulen* poſſeſſ diſputirl. *gemacht, und endlich nach mehr als halbjährigen action mit gevvehrter Hand, ab und eingenommen vvorden, männiglich zu beſtändiger Nachricht und vvarhafften Unterricht, in öffentl Druck gegeben von* Reimundo Rimando, 1673. in 4.

22. Chriſtian Wegholds *treuherzige Erinnerungen an alle* ſtudirende *Teutſche, abſonderlich die ſo der Heil. Schrifft ergeben ſind, daß ſie die* Italieniſche *Reiſe mit gebührender Vorbereitung im Nahmen GOttes antretten, ſelbige mit beſtändiger Gottesfurcht und gezie-*

mender

(n) Dicatus erat *Georg. Franco* Medico & Philologo excellentiſimo.

(o) Praemiſit etiam ſyllabum poetarum bibliorum in editione 1699. 8.

(p) Fecit in honorem primae promotionis doctoralis Theologicae in Vniu. Alt. 1697. feliciter peractae.

(q) Laudat in L. diſtichis carmen Bubulam.

(r) A. celeb. Viris, imprimis a *Spenero*, quarum duae poſteriores b. D. Sonntagio & S. R. D. Zeltnero dicatae ſunt.

Digitized by Google

mender Vorſichtigkeit fortſezen und endli h mit gewünſchten Nuzen auch iedermanns Frolocken glücklich vollenden mögen, 1668. 8. (s)

III. Diſputationes Academicae, quas ſub aliorum Praeſidio auctor & reſpondens & tandem ipſe praeſes exhibuit.

1. Poſitiones Hiſtoricae ſub praeſidio *Aegid. Strauchii*, Viteb. hab. 1662.
2. *Eliae Schnegaſſii* facilis diſputandi methodus, cum antiqua collata, Praeſide *Georg. Maiero*, Facult. Philoſ. Adiuncto, Viteb. 1662.
3. Poſitionum metaphyſicarum ſeptenarius, Praeſ. *Chriſt. Trentſchio*, Log. & Metaph. P. P. Viteb. 1663.
4. Diſp. metaph. de perſona Pr. M. *Georg. Wagnero*, Philoſ. Adiib. 1662.
5. De Re, abſoluto entis ſynonymo, praeſide ipſo Mollero, & *M. Georgio Dudari*, Saruarienſi Hungaro, ib. 1663.

IV. Diſputationes, quas Altdorfii conſcripſit, & edidit. (t)

1. De Synoride, 1679. (u) *M. Daniel. Lechnero*, Poſon. Hung. pl. 6.
2. De Salamandra, 1677. (x) *M. Ioh. Paulo Wurffbain*, Norimb.

(s) Conferri poterit de ſingulis hiſce ſcriptis Pſeudonymis VINCENT. PLACCIVS *in Theatro Anonym. & Pſeudonymorum* & quidem libro de Pſeud. dedectis p. 418. n. 1572. p. 468. n. 940. p. 535. n. 2302. p. 543. n. 2362. p. 615. n. 2878. PETRVS DAHLMANNVS *in dem Schauplatz der* maſquirten *und* demaſquirten *Gelehrten*, p. 329. Ipſe uero auctor b. poſterioris ſcripti ſe eſſe auctorem fatetur in program. *de praeparatione ab turientium* in Italiam p. 16. Edidiſſe etiam aliquando auctorem unicam plagulam ſub ficto nomine *Karoli Sophroniſtiſanoitonteridis* ab amico quodam relatum accepi non ſolum, ſed etiam in manibus habui & legi, allegare tamen cum pleno titulo nolui, cum ad notitiam rei litterariae nihil faciat.

(t) Quarum nonnullae ſunt inaugurales, & Molleriano praeſidio uentilatae. Scriptae nec impreſſae diſſertationes in circulo conſuecto habitae, plus quam XXX ſuperſunt, curioſi admodum argumenti,

(u) intelligit per hanc uocem auctor uehiculi genus biiuge, ex lignea potiſſimum aliaque deinceps materia elaboratum, duabus rotis innixum, & ſemirotunda capſa, a tergo melioris aſcenſus ergo aperta praeditum, a iumentis uel domeſticis, uel feris, uel interdum etiam hominibus trahi ſolitum, uariis eorum uſibus inſeruiens.

(x) In hac diſſert. de Salamandrae exiſtentia, etymologia, homon. & ſynonymia, defin. & diuiſione, uariis iconibus, natura & temperamento, uita in igne, & denique Hie-

Digitized by Google

3. De fabula monte-Fiasconia: propter nimium est, est, est, dominus meus mortuus est, 1680. (y) ℞. *Iob. Iac. Geyßio*, Windsh. Franco pl. 6.

4. Dodecas disput. ex prima sapientia depromptarum, 1683. ℞. *Ioh. Guil. Bilger*, Moeno-Francof. (z)

5. De indissolubili nexu philosophiae cum Iuris prudentia, 1684. ℞. *Mart. Luth. Fasterling*, Norimb.

6. De fatalibus personarum nominibus, 1685. ℞. *Ge. Burckhart Löffelholtz*, a Colberg, pl. 6.

7. De ueritate rei, 1687. ℞. *Ioh. Mich. Langio*, Ezelvvangensi.

8. An causa per accidens sit uera causa? 1687. ℞. *Iob. Georgio Bolster*, Norimb.

9. De philosophia effectiua, 1688. ℞. *Leonh. Christoph. Sturmio*, Altdorfino.

10. De magis Christum adorantibus, 1688. ℞. *Iod. Christoph. Mayr*, Norimb. pl. 5.

11. Theologiae naturalis seu metaphysicae metamorphosis, 1689. (aa) ℞. *Iob. Kelpio*, Dalia Transyluano-Saxone pl. 2.

13. De

roglyphicis, symbolis & emblematibus agitur. Auctor huius Diss. fuit ipse Wurffbainius, eandemque postea in amplioris tractatus formam extendit.

(y) Qua ostenditur, commenti rationem habere, quae uulgo circumferuntur de Bibulo quodam germano, in Italiae oppido, Monte Fiascone, nimio uini Muscatellini potu extincto; atque epitaphio inde ter repetita uocula EST notabili exorto. Non possum autem non de hac dissertatione allegare limatissimum iudicium b. D. SPENERI, quod dedit in Epistola ad b. Mollerum, quae extat in Decade tertia Epistolarum ad D. G. Mollerum missarum. *Disputationem tuam*, scribit, *de fabula Montefiascona accepi*, & bene perlegi, sed quia amicum decet, quod sentit, aperte edisserere non sine suspiriis. Tanti ne erat lepidissima haec fabella, ut circa eam Tua & Respondentis tui occuparetur industria? Talia ergo, si mihi credis, meque sinere amas, posthac illis relinquamus, qui meliora & publice profutura non possunt, adeoque operose nihil agunt, nos de ratione uitae olim Domino reddendae soliciti, ita tempora nostra, eorumque qui nobis concrediti, dispensemus, ut studiorum nobis & aliis superfit fructus. Amicam hanc monitionem non inique feres, quia animum ex quo illa, pernosti,.

(z) Quae disserit, agunt de *protheoria Metaph. ente, affectionibus entis simplicibus, actu & potentia, principio & principiato, causa & causato, necessario & contingente, simplici & composito, toto & parte, uniuersali & singulari, eodem & diuerso, distinctione.*

(aa) Prodiit haec dissertatio inaug. Philos. *Kelpii* informa octaua.

Digitized by Google

12. De ominosis diebus dominicis, 1690. ℞. *Ioh. Christoph. Eberlino*, Norimb. pl. 3.
13. De terminorum metaphysicorum usu in Theologia, 1691. ℞. *Ioh. Laur. Arzbergero*, Frauenthalio-Franco.
14. De luctu, 1691, ℞. *Iac. Iusto Haffnero*, Norimb.
15. De historia positiones, 1691. ℞. *Balth. Bloßo*, Norimb. pl. 1.
16. De Amazonibus, 1692. ℞. *Ioh. Georg. Freymanno*, Seinshemia-Franco, pl. 2.
17. An cadat in Deum potentia passiua, 1692. ℞. *Gustauo Philippo* Mörl, Norimb.
18. De typographia, 1692. ℞. *Ge. Christopb. Schultheißio*, Norimb. pl. 1.
19. De characteromantia, 1693. ℞. *Hermanno Rudelio*, Norimb.
20. De septem dormientibus, 1694. ℞. *Ioh. Vnglenckio*, pl. 1.
21. De S. Sebaldo, ℞. *Carolo Goetschio*, Norimb, 1694. —
22. De titulo Christianissimi, 1694. ℞. *W. Fr. Meier*, Norimb. pl. 2.
23. De opsimathia, 1694. ℞. *Adamo Rudolpho Helm*, Norimb.
24. De Arnaldia, 1694. (bb) ℞. *Carolo Ottone Mollero*, Hungaro.
25. De titulo Catholici, 1695. ℞.
26. Positiones miscell. 1695. ℞. *Ioh. Balth. Danner*, Norimb. pl. 1.
27. De Scytala Lacedaemoniorum, 1695. (cc) ℞. *G. C. Klauero*, Schleusinga-Hennebergico, pl. 5.
28. De Angaris, 1696. (dd) ℞. *Ioh. Mich. Sonntagio*, Norimb. pl. 1.
29. De septem primis diaconis, 1696. ℞. *M. Ioh. Philipp Bezio*, Argent. pl. 4.
30. De finibus hominis & naturae, 1696. ℞. *Ioh. Heinr. Mullero*, Norimb.

(bb) *Arnaldiae* uoce peculiaris morbi species designatur, uel a loci regionisue, ubi aegritudo maxime grassabatur, nomine, uel a castrensi loquendi consuetudine, ob milites ut plurimum hoc malo infestatos, ita appellata.

(cc) σκυτάλη λακωνική breuis erat epistola, quales occultis grauibusque de rebus Lacedaemonii ad imperatores suos in loris scriptas, mittere solebant.

(dd) *Angari* regii Persarum nuncii erant, ius habentes angariandi siue cogendi & usurpandi equos, mulos, nauigia & homines ad epistolas & res alias sibi concreditas quam ocissime ulterius promouendas & perferendas.

Digitized by Google

31. De tribus regni Sueciae coronis, 1699. ℔. *Sigis. Ad. Wolffio* Narua-Liuono, pl. 4.
32. De labaro Conſtantiniano, 1696. ℔. *Andr. Rudero*, Norimb. pl. 5.
33. De artifice ſummi naturae opificis aemulatore, 1697. ℔. *Iac. Andr. Diterico*, Ermrutho-Franco.
34. De cognitione ſui, 1698. ℔. *Carolo Goetſchio*, Norimb.
35. De Iuramentorum Iudaicorum a Chriſtianis acceptorum & exactorum fide & moralitate, 1698. ℔. *Iob. Georg. Riederer*, Norimb.
36. De gigantibus, 1698. ℔. *Iob. Georg. Bünzelio*, Norimb. pl. 1.
37. De terrore Panico, 1699. ℔. *Paul Ad. Krauſeneck*, Münchaura-Franco, pl. 3.
38. De quatuor Euangeliſtis, 1699. ℔. *Iob. Nicol. Fleiſchero*, Ipshemio-Franco pl 4.
39. De duabus columnis Sethianis, 1699. ℔. *I. C. Clemmio*, Kirchgoenſa-Naſſau. pl. 2.
40. De malleolo Iobeleio, 1700. ℔ *Georgio Blanckio*, Langenzenna-Franco.
41. De Iobeleo Lutheranorum, 1700. ℔. *Gottofr. Wingero*, Cizenſi pl. 5.
42. De Monachorum origine, incremento, & decremento, 1700. ℔. *Tobia Münch*, Norimb. pl. 6.
43. De Tranſiluania, 1700. ℔. *Ioh. Graffio*, Cibinio Tranſiluano, pl. 5.
44. De titulo defenſoris fidei, 1700. ℔. *Iob. Chriſt. Maiero*, Franco, pl. 3.
45. De Bibliotheca, 1700. ℔. *Steph. Künblein*, Norimb. pl. 5.
46. De ſeculo, 1701. ℔. *Iob. Huld. Maiero*, Altdorfino, pl. 4.
47. De ſtatuis loquentibus, 1701. ℔. *Chriſt. Auguſt. Laemmermanno*, Norimb.
48. De annulo Trinitatis, 1701. ℔. *I. Fr. Kernio*, Schleuſinga-Henneb. pl. 3.

49. De

Digitized by Google

49. De manuloquio, 1702. ℞. *Iob. Georg. Deumero*, Norimb.
50. De oculiloquio, 1702. ℞. eodem.
51. De pediloquio, 1702. ℞. *Georg. Gabr. Keslero*, Norimb.
52. De Mempſimoeria, 1702. ℞. *Iob. Ad. Treſenreuther*, Neoſtad. Franco.
53. De columna ad quam Chriſtus flagellatus fuiſſe perhibetur, 1703. ℞. *Iob. Ruperto*, Norimb. pl. 2.
54. De Hiſpania, 1703. ℞. *Leonh. Poppio*, Norimb. pl 5.
55. De Publicanis, 1703. ℞. *Alb. Heering*, Norimb. pl. 3.
56. De Orkane, 1704. ℞. *Henr. Tobia Bittnero*, Thurnauio Franco.
57. De technophyſiotameis *von Kunſt und Naturalien-Kammern*, 1704. ℞. *Fried. Sigism. Wurffbainio*, Norimb. pl. 9.
58. De caſtro Rotenberg, 1704. ℞. *Fried. Georg. Lederero*, Hersb. Nor. pl. 2.
59. De lucernis perennibus ueterum, 1705. ℞. *Iob. Chriſt. Sonntagio*, Oppurgo-Variſco, pl. 3.
60. De nuce conſcientiae tintinnabulo, 1705. ℞. *Iob. Iod. Beckio*, Norimb.
61. De Malachia, 1706. ℞. *Iob. Iac. Pfizero*, Norimb. (ee)
62. De Pecunia, 1706. ℞. *Georgio Wolfg. Nürenbergero*, Norimb.
63. Lamprandologia Norica in ſpecie *Andr. Arnoldi*, 1706. ℞. *Gelac. Schwindel*, Norimb. pl. 2.
64. *Georg. Phil. Harsdörfferi*, 1707. ℞. *Andr. Georg Widmanno*, Norimb. pl. 3.
65. *Leonh. Wurffbaini*, 1707. ℞. *Iob. Tobia Wurffbainio*, Norimb. pl. 3.

66. De

(ee) Eſt haec diſſertatio in auguralis S. R. D. IOH. IACOBI PFIZERI SS. Theol. D. & Prof. quondam Altdorfini, nunc Antiſtitis ad D. Aegidii apud Norimbergenſes optime meriti, in qua exponit uenerabilis auctor uaticinia ſiue ſymbola ſucceſſionem Pontificum Romanorum a *Caeleſtino* II. ad finem mundi usque deſignantia, & S. Malachiae Hiberno tribui uulgo ſolita. Et quidem ſectione I. tradit uitam & fata Malachiae, II. Symbola, una cum expoſitionibus exhibet, III. uarias auctorum ſententias adducit & ſuam ἐπίκρισιν addit.

66. De Moſe Philoſopho, 1707. pl. 5. ℞. *G. L. Schwindel*, Norimb. (ff)

67. De Anemocoetis, 1707. (gg) ℞. *Iob. Mich. Weiſio*, Norimb.

68. De Mari Maſorethico infido, 1708. ℞. *Iob. Iſero*, Sueco, pl. 4.

69. De aliquid, 1708. ℞. *Iob. Andr. Schmidio*, Cadolzburgo-Franco.

70. De expeditionibus cruciatis, 1709. ℞. *Ge. Chriſt. Mullero*, Norimb. pl. 5.

71. De titulo Rex Regum, 1709. ℞. *Iob. Laur. Weiſio*, Hala-Sueuo, pl. 3.

72. De XII. Iudicibus Iſraelitarum, 1709. ℞. *Georgio Chriſt. Eichlero*, Norimb. pl. 3.

73. De argumento Carteſii pro exiſtentia Dei probanda ex idea Dei innata deſumto, & ab obiectionibus liberato, 1710. (hh) ℞. *Georg. Andr. Wilkio*, Norimb.

74. Theſes Philoſophicae, 1711. ℞. *Wolfg. Ferd. ab Apfelter.*

75. De Matheſi Barbarica. 1711. ℞. *G. S. Eſenbeccio*, Cazvvangenſi, pl. 3. (ii)

V. Sequuntur uitae L. clariſſimorum Hiſtoricorum diſſertationibus Academicis uentilatae.

1. De Q. Curtio, 1683. ℞. *Nicol. Fried. Fleiſchbein a Kleeberg*, Norimb. (kk)

2. De

(ff) Verus auctor huius diſſertationis eſt M. GEORG. IAC. SCHWINDEL, Diaconus ad Spiritum S. fidelisſimus, cuius plura alia extant eruditionis ſpecimina hactenus edita, in qua Moſen, ut Philoſophum, qui ἐπαιδεύθη πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, καὶ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις ἦν, (Act. VII, 22.) depingit. Contrarium ſtatuit Cl. *Heumannus* in A. P. Tomo II, p 25.

(gg) Intelligitur per Anemocoetam perſona flatus uentorum uehementiores, uel uerbis increpans ſedansque, uel ſacrificiis placans, uel certis incantamentis mitigans.

(hh) Verus auctor huius diſſert. eſt b. ROETENBECCIVS, qui ob inopinatam mortem praeſidium b. *Mollero* commendauit.

(ii) Notatur haec diſſert a Cl. *Heumanno* in Actis Philoſ. T. II. p. 180.

(kk) Impugnauit hanc diſſertationem collega M. D. OMEIS in diſſertatione *de aetate Q. Curtii Rufi* eodem anno habita, qua demonſtrat praecipue §. VIII. contra noſtrum, non adeo ſuſpectam reddendam eſſe aetatem Curtii, uti cum Barthio & aliis fecit auctor. In additamentis etiam alia quaedam monuit.

Digitized by Google

2. De Corn. Nepote, 1683. ℞. *Iob. Frid. Runckel*, Nidda-Hasso.
3. De C. Sallustio Cr. 1684. ℞. *Iob. Carolo Freund*, Norimb.
4. De L. Annaeo Floro, 1684. ℞. *Iob. Cuil. Marchtrencker*, Durlaco-Marchico.
5. De Iustino, 1684. ℞. *Christ. Dan. Mezger*, Posonia-Hungaro.
6. De Valerio Maximo, 1684. ℞. *Andr. Steinheimer*, Norimb.
7. De C. Suetonio Tranquillo, 1685. ℞. *Iob. Iacob. Pesler*, Norimb.
8. De Velleio Paterculo, 1685. ℞. *Christ. Lauro*, Norimb.
9. De S. Aurel. Vict. 1685. ℞. *Guiliel. Bechmanno*, Norimb.
10. De Eutropio, 1685. ℞. *Iob. Christ. Hauero*, Norimb.
11. De Ammiano Mar. 1685. ℞. *Christ. Daniel Distel*, Greuenberga-Norico.
12. De Paulo Diacono, 1686. ℞. *Iob. Wolfg. Osvvald*, Langenzenio-Franco.
13. De C. Cornelio Tacito, 1686. ℞. *Job. Bened. Tabor*, Moeno-Francof.
14. De M. A. Cassiodoro, 1686. ℞. *Fried. Feuerlein*, Norimb.
15. De Seu. Sulpitio, 1686. ℞. *Iob. Paul. Stoy*, Hersbrucco-Norico.
16. De Flau. Vopisco, 1687. ℞. *Iob. Philipp. Cramero*, Norimb.
17. De Sex. Rufo, 1687. ℞. *Iacob-Sturmio*, Deininga-Rhaeto.
18. De Ael. Spartiano, 1687. ℞. *Wilbel. Fried. Höchstettero*, Nordlinga-Rhaeto.
19. De C. Iul. Caesare, 1687. ℞. *Philipp. Iacob. Breyero*, Oberbronna- Alsato.
20. De Tito Liuio, 1688. ℞. *Georg. Fried. Schmidio*, Norimb.
21. De Ael. Lampridio, 1688. ℞. *Wolffg. Hierony. Lottes*, Norimb.
22. De Plinio secundo, 1688. ℞. *Carol. Imhof*, Alt.
23. De Iul. Capitolino, 1689. ℞. *Iod. Christoph. Mayero*, Norimb.
24. De Treb. Pollione, 1689. ℞. *Fried. Wilbel. Zenckio*, Spira-Netne.
25. De M. Val. Coru. Messala, 1689. ℞. *Iob. Ferd. Weissbeckio*, Poson. Hungaro.
26. De Paulo Orosio, 1689. ℞. *Iob. Iacob. Feuerlino*, Norimb.
27. De Volcatio Gallic. 1690. ℞. *Baltas. Blosio*, Norimb.

28. De S. Iul. Frontino, 1690. R. *Carol. Bened. Gendero*, ab Heroltsb.
29. De Iornande, 1690. R. *Ioh. Erico Metzgero*, Ratisbon.
30. De Q. Fabio Pict. 1690. R. *Carol. Sey-Fried*, Hefenfelda-Norico.
31. De L. Apuleio Mad. 1691. R. *Dauid Stemlero*, Neuſtadienſi ad Orlam Variſco.
32. De I. Exuperantio, 1691. R. *Matthia Roeſch*, Argentine nſ.
33. De I. C. Bulengero, 1691. R. *Georg. Chriſtop. Schultheiſio*, Norimb.
34. De Ioh. Annio Viterb. 1692. R. *Hermanno Rüdelio*, Norimb.
35. De Io. Meurſio, 1693. R. *Georg. Henr. Sartorio*, Freyenfelſa-Franco.
36. De Maſurio Sabino, 1693. R. *Philipp. Iacob. Reichartο*, Argentoratenſ.
37. De C. Iulio Solino, 1693. R. *Carolo Goetſch*, Norimb.
38. De C. Fannio, 1693. R. *Inſt. Iacob. Mayero*, Norimb.
39. De B. Platina, 1694. R. *Ioh Daniel. Kolb*, Argent.
40. De Abbate Vrſpergenſi, 1694. R. *Martino Heer*, Colmaria Alſato.
41. De F. Hottomanno, 1695. R. *Frid. Spielmann*, Argent.
42. De B. Briſſonio, 1696. R. *Ioh. Ludou. Benzelio*, Pfedelbaco-Hohenloico.
43. De Ioh. Carione, 1697. R. *Ioh. Leonhard. Kulmichio*, Norimb.
44. De Onuph. Panuinio, 1697. R. *Leonh. Reutero*, Norimb.
45. De Io. Sleidano, 1697. R. *Chriſt. Drexelio*, Norimb.
46. De Nauclero, 1697. R. *Ioh. Carol. Riednero*, Norimb (ll)
47. De Io. Politiano, 1698. R. *Chriſt. Sonntagio*, Oppurgenſi.
48. De Io. Auentino, 1698. R. *Caſp Stoy*, Norimb. (mm)
49. De M. Ant. Coccio Sabellico, 1698. R. *Ioh. Georg. Bunzelio*, Norimb.

50. De

(ll) Iudicatur de hac diſſert. *in denen unpartheyiſchen Urtheilen von Iuriſtiſch und Hiſtoriſchen Büchern* P. III. p. 208. quorum auctor eſt IOH. IAC. MOSER, Conſil. Seren. ducis Würtenb. multis aliis ſcriptis erudito orbi iam notus.

(mm) Conf. vita Auentini a G. H. A. libris VII. An. Boi. praemiſſa, cum praef. Cel. N. H. GVNDLIGII 1710. in fol.

50. De Ant. Bonfinio, 1698. R. *Iob. Chriſt. Stemlero*, Neoſtadienſi ad Orlam Variſco. (nn)

VI. Programmata.

1. De hiſtoria noſtri ſeculi, 1676. 4.
2. De Iobeleis, 1678. f.
3. De praeparatione abiturientium in Italiam, 1679. (oo) 4. pl. 15.
4. Inuitatio ad audiendas controuerſias methaphyſicas, 1680 4. pl. 2.
5. Inuitatio ad lectiones in Q. Curtium R. inſtituendas 1680. 4.
6. De mirabilibus fulminum operationibus, 1681. f.
7. Promulſis artis Heraldicae exhibita, 1681. 4. pl. 2.
8. De deſpotico Ludouici XIV. imperio, 1682.
9. De diebus criticis, 1688. f.
10. De litterarum dignitate, 1689. f.
11. De incendio ſine exemplo, 1689. f.
12. De fortium uirorum praemiis in Mauroceno militiae Venetae Imperatore adumbratis, 1689. f.
13. Programma orationi paneg. funebri IOH. GEORGII III. Elect. Saxoniae a D. E. G. RINCKIO habitae praefixum, 1692. f. (pp)

VII. In MSSto.

Praeter diſſert. & carmina uaria ſupereſt Introductio in rem Numismaticam, pl. 13. in 4.

VIII. Edenda uaria & promiſſa

Recenſet MEELFVHRERVS in *accesſionibus ad Almelouenii Bibliothecam promiſſam & latentem* p. 161. & IOACH. FRIED. FELLERVS in Monumentis ineditis T. I. p. 44.

(nn) Totum hoc exercitium de uitis hiſtoricorum obſignat auctor hoc diſticho:
Hiſtoricis quinquaginta Bonfinius addit
Finem, ſic bona ſint omnia, fine bono!
Sunt quatuor ex his diſſertationibus recuſae cura Cl. Fried. Roth-Scholtzii, quo laudabili inſtituto fine dubio continuabit.

(oo) *Stomachum* mouit hoc programma Celeb. Dn. *Fabricio*, ut uideri poterit in uitis *Theol.* S. R. D. ZELTNERI p. 415.

(pp) Plura alia programmata ſilentio nunc praetereuntur.

M. MAGNVS DANIEL. OMEISIVS.

SI quis tritam illam uetuſtate definitionem Philoſophiae, cuius alii *Platonem*, alii *Socratem*, alii *Pythagoram* laudant auctorem: *Philoſophia eſt meditatio mortis*, unquam ſibi reddidit commendatam ac familiarem, is certe fecit, cuius nunc memoriam ad poſteros propagare, animus eſt.

MAGNVS hic fuit re & nomine MAGNVS DANIEL OMEISIVS, cuius ſi uel animam ſpectasſes L. B. uel rem familiarem, uel cuncta negotia, omnia deprehendisſes ita bene ordinata & diſpoſita, quaſi continuo ipſi ſuisſet emigrandum; (a) Quin etiam cum nosſet, Academiam ei defuncto monumentum ad nominis conſecrandam memoriam debere, uiſum fuit; & hac parte ſcripto ſuae uitae curriculo anteuertere Collegarum ſuorum officium, & iuſta funeris propria ſibi manu apparare. Verba eius plena in DEVM & Maecenates ſuos pietatis, plena dignitatis & uenuſtatis, hic legere integra non poenitebit; (b) Dei uirtute ac benignitate natus ſum *Norimbergae* Anno 1646, die VI. Septembris *Magno* ſacra. Parentes, iam dudum beati, mihi fuerunt, Vir perquam reuerendus atque clariſſimus, IOHANNES HENRICVS OMEIS, Diaconus in Aede primaria Sebaldina meritiſſimus, doctrinaeque Zelo ac uitae integritate apprime commendatus; & GERDRVDA, maxime reuerendi atque excellentiſſimi Viri, IOHANNIS SAVBERTI, Antiſtitis olim Miniſterii Norimb. Paſtoris Sebaldini, & ILLVSTRIS REIP. Bibliothecarii

(a) Hinc ſtudioſis memoriae cauſa in album hanc ſententiam ſemper adſcripſit: *Meditatio mortis uera Philoſophia*: Nullum ei ſymbolum fuit carius, imagine *ſolis occidentis* hoc lemmate ornata: *Cottidie morior*; quae uerba diuinis e fontibus 1. Cor. XV, 31. hauſta pro funebri concione etiam recitari & ſacra oratione populo explanari uoluit; ut ipſius ἔργα καὶ ἡμέρας non modo omnes intelligerent, ſed & diſcerent imitari.

(b) Ita tamen, ut nonnulla hinc & inde addamus ex memoria Omeiſii ab ERHARTO REVSCHIO, Celeberrimo nunc Helmſtadienſium Profeſſore, Iuuenco adiecta, & programmate funebri a S. R. D. IOH. GVIL. BAIERO elaborato. Germanica etiam lingua ex iisdem fontibus deſcripſit uitam Omeiſii DANIEL FRIEDERICH BOENMANN *in ſeiner Lebens-Beſchreibung gelehrter Leute* Witteb. 1714, in 8. p. 119.

Digitized by Google

MAGNVS DANIEL OMEISIVS,
Norimbergensis
Comes Palat: Cæs: Moralium, Oratoriæ
et Poeseos Prof: publ. in Academia
Altdorfina ab A: 1674. Beneficiariorum
Noricorum Inspector. ac societatis ad
Pegnesum florigeræ Præses.
Nat: d. 6. Sept: A: 1646 Den: d. 22. Novembr. A: 1708.

W. P. F. c.

Digitized by Google

Digitized by Google

carii, filia primogenita; Matrona ferueute pietatis ſtudio & candore ornatiſſima. Suſceptor meus ad S. Baptiſmi lauacrum erat ſpectatae uirtutis uir, MAGNVS SCHWEYER b. m. Ciuis ac Oenopola Norimb. haud incelebris. Parentes optimi ſicut in teneriore mea aetate ualde me dilexerunt; ita nihil intermiſerunt eorum, quae ad rectam educationem uirtutisque ſtudium in me excitandum roborandumque facere poſſent. Itaque in pueritia non ſolum praeceptoribus domeſticis, ſed & ſcholis publicis committebar IOH. VLRICI AVGENSTEINII, Conrectoris Sebaldini fidelisſimi; a quo per quinquennium humaniorum litterarum praeceptis probe feliciterque ſum imbutus. Poſtea uiſum eſt charisſimo Parenti, me porro informandum tradere Gymnaſio Egidiano; quod adire coepi menſe Maio Anno 1657, ſucceſſu ſtudiorum haud poenitendo. Ductu enim Praeceptorum dexterrimorum, GEORGII WIDMANNI, Conrectoris, per biennium, Virique clarisſimi M. IOHANNIS HELDII, Cognati mei & Rectoris, itidem biennii ſpatio, eos feci progreſſus, ut dignus haberer, qui ſtudiis admouerer altioribus. Itaque Gymnaſio A. 1661. dixi uale, Oratione *de Laudibus Formicae* habita; & ut animus Muſis Academicis rectius praepararetur, ultra biennium frequentaui Auditorium publicum, eiusque percelebres tunc Profeſſores, IOH. MICH. DILHERRVM, DANIELEM WVLFERVM, MARTINVM BEERIVM & CHRISTOPH. ARNOLDVM, publice priuatimque docentes ſedulo audiui; adhaec orationem; uariis carminum generibus contextam, publice recitaui; de *Martyrio S. Laurentii*, ipſo in faſtis eidem dicato die. Ita multum ſatis continuata domi ſtudiorum tela A. 1664, ex uoluntate Patronorum matrisque, (patrem enim dilectiſſimum Anno 1663. d. 1. Febr. morte quidem beata, ſed, ut mihi uidebatur, praematura amiſeram) Altdorfium abii, in Alumneum Noricum & Oeconomiam ibidem, GENEROSORVM VNIVERSITATIS CVRATORVM indulgentia, receptus: ubi, fauente DEO, Inſpectorem inueni mei amantiſſimum, praecellentem atque eruditiſſimum Virum, IO. ELIAM REVV, cuius conſiliis adiutus, & tam publica quam priuata informatione celebratiſſimorum tunc Profeſſorum, FELWINGERI, DVRRII, KOENIGII

Digitized by Google

& MOLITORIS, auctus, in ſtudiis Philoſophicis aeque ac Philologicis multum profeci. A. 1666. m. Iunio, *Mauſoleum Candoris Germanici*, oratione uorſa ac prorſa erexi, eiusdem anni menſe Decembri, Diſputationem Philoſophico-Philologicam a me conſcriptam de רוח אלהים Geneſ. I. 2. & מלבת חשמים Ierem. VII. 18. Praeſide Prof. MOLITORE, V. C. publice defendi; & anni ſequentis 1667. feſto Petro-Paulino, Decano & Brabeuta B. DVRRIO, Lauream tum Philoſophicam tum Poëticam, primo inter tres Candidatos loco obtinui, (c) ac paulo poſt a Nobiliſſimo Domino a BIRKEN, Com. Pal. Caeſ. in Societatem ad Pegneſum Florigeram receptus, & nomine DAMONIS (d) Norici donatus ſum. Poſthaec animum ad Studium Theologicum diligentius applicui, praelectiones tam publicas quam priuatas uenerabilium Theologorum, WEINMANNI, REINHARTI, ac DVRRII, aſſidue audiendo, frequentius etiam circulatim ac publice diſputando, nec non aliquoties concionando. Cumque ita Altdorfii annos quatuor ſtudiis politioribus aeque ac ſeurioribus operam dediſſem, conſtitueram illuſtrem, quae *Helmſtadii* eſt, Iuliam inuiſere. (e) Verum aliter placuit Supremo Numini. Egebat ea tempeſtate Potentiſſimi Electoris Brandenburgenſis excellentiſſimus ad Aulam Caeſaream Reſidens ANDREAS NEVMANNVS, cuius curae & informationi filium natu maiorem, IOHANNEM FRIDERICVM WILHELMVM commendaret. Itaque ſuaſu & commendatione B. DILHERRI, ac beneuolo conſenſu caeterorum Patronorum, Athenis Altdorfinis m. Iunio A. 1668 dixi uale; mox Ratisbonam profectus, ubi, poſt illuſtrium quorundam ad Comitia Legatorum, KRANNOESTII item ac PRASCHII, Senatorum nobiliſſimorum, alloquia, *Danubio*, me commiſi, & *Vien-*

(c) Qui erant IOH. GVIL. BAIERVS, Theologus poſtea Ienenſis de re Chriſtiana inſigniter meritus. & I. D. HIRN, Diaconus ad D. Mariae, quae Norimbergae eſt, meritiſſimus.

(d) Vates quidam in Helicone Iulio occaſione huius nominis per commutationem litterarum ex nomine MAGNVS DANIEL OMEIS haec uerba bella non minus quam uerisima procudit: *En Damon meus agilis!*

(e) Sine dubio ob famam celebratiſſimorum Theologorum ac Litteratorum πολιμαθεστάτων CALIXTI Seſſioris, HORNEII, CONRINGII, IOH. SAVBERTI, & CHRISTOPH. SCHRADERI, quorum opera ſtudia ſua amplificare ſtatuerat.

Digitized by Google

& *Viennae* die festo Petro Paulino, secundum Stilum Gregorianum tunc celebrato, feliciter appuli, a nouo Patrono quam humanissime exceptus. Cuius filium postea in arte Epistolica & Oratoria, Historicis item, Geographicis, Logicis, Rhetoricis, Ethicis ac Politicis doctrinis instructiorem ea qua potui fidelitate, reddidi, comprobantibus diligentiam nostram Generosissimis Parentibus, multaque gratia & beneuolentia, ultra annos tres, me complectentibus. Ego uero interea Aulam Caesaream, & Vniuersitatem studiorum Vindobonensem, penitius perspexi, multaque memoratu dignissima tam in Sacris quam Politicis obseruaui; domi studium Philologicum ac Theologicum, instructissima Patroni Bibliotheca (f) usus, continuaui: multorum etiam uirorum illustrium atque eruditorum gratiam ac fauorem mihi conciliaui: imprimis IVSTI BRVNVNGKII & IOH. ALBERTI PORTNERI A THEVREN, Consiliariorum Imperii Aulicorum, GEORGII etiam GENTII, intra aedes Residentis Patroni mei ultra annum commoratis, NICOL. AVANCINI S. I. & PETRI LAMBECII, quorum hic Bibliothecam Augustam, summa admiratione dignissimam, aliquoties uisendi ac frequentandi copiam mihi fecit. (g) Nec occasio defuit subinde excurrendi in celebriora Austriae & Hungariae loca, cumprimis Neostadium, Posonium, Sempronium, Iaurinum, Gomarinum, ubi tristissimis tunc Reformationis ac persecutionis temporibus, multa uisu, multa auditu digna occurebant. (h) Abii tandem Vienna A. 1672. a Generosissimo Dn. Residente largo instructus uiatico, comite stipatus Generoso IO. IACOBO TEZELIO A KIRCHENSITTENBACH b. m. ex peregrinatione Italica tunc reduce, postea Vallis Angelicae Praefecto praeclare merito; reditumque per Morauiam ac Bohemiam, ad Lares patrios paraui, Pragae aliquandiu, moratus, Reu. PP. BOHVSLAVM ALOYSIVM BALBINVM, & IVL. CAESAREM COTVRIVM socios IEsu, illum egregium Oratorem ac Poëtam hunc

(f) In quam se statis uicibus recondens, uberrimam omni genere eruditionis copiam sibi conquisiuit; nec minus & *Paridem Germanicum*, poemate ornatum, feliciter inde protexit, insertum *Introd. ad Poesin Germ.* p. 278. seqq.

(g) Conf. Memoria Omeisiana Iuuenco adiecta p. 457.

(h) Ibid. p. 468.

Digitized by Google

hunc Poëtam pariter ac Mathematicum insignem salutaui, ac porro DEO Duce Norimbergam anni eiusdem mense Iulio reuersus sum. Heic illico litteras commendatitias, a Patrono meo Dn. Residente, & laudatis antea illustribus uiris, BRVNINGKIO & PORTNERO, mecum allatas, inclyto DNN. Scholarcharum collegio, & Generoso tunc Castellano GEORG. BVRCKARDO LOEFFELHOLZIO, demisse obtuli, quae, DEO sic dirigente, id effecerunt, ut, anno sequente 1674. duorum Senatorum summe de patria meritorum Filii duo nobilissimi, curae meae ita fuerint concrediti, ut ad pristinam studiorum meorum altricem Altdorfinam eos comitarer, ibidemque, meo in contubernio, artibus elegantioribus ac philosophicis instituerem. Vix unus itemque alter Altdorfii mensis effluxerat, ac diuina prouidentia factum est, ut Oratoria Professio, post beatum celeberrimi CHRISTOPHORI MOLITORIS obitum, uacuefacta, una cum circuli, quem uocamus, Oratorii moderamine, beneuolo Superiorum iussu ad me deuolueretur, ac Praeceptori desideratissimo discipulus ego designarer successor. Amplissimo igitur Senatui Academico d. XXVII Octobr. 1674. ab ipso Generoso GABRIELE NVZELIO, Patrono incomparabili, & Magnifico Procancellario, MAGNO FETZERO, repraesentatus, Professioni huic soli, per biennium ac plus eo, magno audientium concursu fructuque, Deo opitulante, uacaui: donec A. 1677. uiuis exemto IOH. CONRADO DVRRIO, Theologo ac Philosopho plane eximio, meritissimo quoque huic de me Praeceptori, sapientissimorum Academiae Curatorum uoluntate, in munere doctrinam morum profitendi, & circulum, quem appellamus, disputatorium Ethicum regendi, successor datus sum; delata mihi simul, ab inclyto Academiae Senatu Programmata publica scribendi functione. A quo tempore, quanta cura & dexteritate gemini istius muneris partes expleuerim, sincero aliorum iudicio permissum esto. Praeiui sane, ea qua potui fide ac industria, florentissimae iuuentuti ad masculam, uiroque dignam ciuili, & ad genium seculi accommodatam eloquentiam; & quia haec male sine moribus discitur, scribente *Plinio* Epist. 4. Lib. III. morum quoque doctrinam auditoribus meis e Pythagoreorum, Platonicorum

Digitized by Google

corum, Stoicorum ac Peripateticorum fontibus, Iuris quoque Naturlis Scriptoribus cum antiquis tum iunioribus, imo etiam e puriori us Theologiae Moralis riuulis, propinaui: id quod tot egregiae animae, de sacra publicaque re praeclare meritae & adhuc merentes, haud grauatim, spero, testabuntur. Circa anni 1690. initium, cum potentissimus Pannonum Regnator, IOSEPHVS, Augustae Vindelicorum electus Romanorum Rex solennissime coronaretur, Orationem Panegyricam priuata pietate a me conscriptam, qua LEOPOLDVS MAGNVS cum OTTONE MAGNO comparatur, ab *illustri Senatu Norimb.* hac in academia publice recitare iussus sum: quae dein typis excusa, & alia insuper sequente anno a me elaborata, qua eidem Sacrae Maiestati Caesareae insignem uictoriam, a Turcis ad Salancamenam in Rascia reportatam, gratulabar, cum ad Augustissimi Caesaris sacratissimas manus peruenisset, incomparabilis hic patriae Parens, motu proprio, supra spem ac uota mea, diplomate perquam honorifico circa mensis Septembris primordia anni 1691. mihi transmisso, me in nobilissimum Comitum suorum Palatinorum ordinem quam clementissime adsciuit; & ut taxa, quam uocant, imperialis ab eminentissimo Electore Moguntino, ANSHELMO FRANCISCO glor. mem. mihi penitus remitteretur, auctor fuit. Ex quo complures actus ad hanc S. Palatii Comitis dignitatem pertinentes tum heic Altdorfii, tum Norimbergae, fauente fortuna, exercui: A. 1697. inclytae Florigerorum ad Pegnesum Societatis Praeses sum declaratus; A. 1699. post beata KOENIGII fata professio Poëtices, Praesidio illi haud inconueniens; ac denique A. 1704. Inspectio Beneficiariorum Noricorum, a Generosissimis Vniuersitatis Curatoribus, mihi quam benignissime est demandata. Quibus omnibus in muneribus ac dignitatibus eam saltem diligentiam adhibui, ut tam conscientiae meae & Superiorum de me iudicio, quam Collegarum, Ciuium studiosorum, aliorumque uirorum bonorum expectationi, satisfacere pro uirili possem. Fasces academicos bis gessi; Decanatum in Ordine Philosophico octies administraui: & omnia, quae ad Lycei huius Norici dignitatem tuendam commodaque amplificanda facere uidebantur, quantum possibile, conferre studui. Ad priuatam meam uitam

quod attinet, ut rem familiarem rectius ordinare, Musisque liberius uacare possem, A. 1677. MARIAM DOROTHEAM ROSTIAM, in celebri Hispaniae emporio, S. Lucar hodie appellato, a piis & honoratis parentibus prognatam, spectatissimi Viri, CONRADI PIELNHVBERI Viduam, florente adhuc aetate pulcerrimisque uirtutibus conspicuam, & improlem, solemni ritu heic Altdorfii copulandam mihi curaui. Quae uita nostra coniugalis mutuo semper amore concors fuit, ac diu (uti nonnemo arbori uiridi, sed sterili, ex *Virgilii* lib. II. Georg. lemmatis loco adscripsit,) *infaecunda quidem, sed laeta;* anno tamen saeculi 1689. h. e. coniugii duodecimo, diuinitus aliquo tori pignore, quo seriore eo dulciore felicior reddita: filiolo nempe, cui ad S. Baptismi fontem *Caroli Benedicti* nomen impositum. (i) Quanquam gaudium hoc non fuit diuturnum; hic namque filius, post hebdomadas septendecim pia placidaque morte a supremo reuocatus Numine, parentes nos docuit esse uerum, quod dici solet: Coniuges gignere liberos, si annuat Deus, posse; sed seruare eosdem ac tueri, si nolit idem, haud posse. Huc usque OMEISIVS noster, in omnibus, praeterquam laudibus suis, distertus, uitae honestissime laudatissimeque peractae historiam prouexit. Vtinam uero prouexisset ulterius & plura uegetae senectutis decora honorumque incrementa numerasset. Sed placuit prouidentiae Numinis, ut anno suo climacterico magno, quo alii ad grandiorem aetatem gradiuntur, ille mortalia supergressus sempiternam in coelis uitam inchoaret. Etenim cum ex aliquo tempore, nocturnis praesertim horis, spasmo fauces constringente & strangulationem quasi minitante fuisset tentatus, sed non nisi per interualla & absque necessitate decumbendi aut diurni impedimento officii, die 20. Nouembris anni octaui supra millesimum septingentesimum, ingraueſcere malum subito & cardialgiam, ut uocant, spasmodicam comitem abducere sentiebatur. Non fefellit aut periculum aut morbi causa solertiam experientissimi Medici D. I. M. HOFFMANNI, qui probe gnarus symptomata ista spasmodica ex acrimonia

(i) Hinc ab amicis ore laeto ipsi fuit acclamatum: *foribus suspende coronas: iam pater es.*

monia lymphae acido-salinae oriri, statim perspectae uirtutis pharmaca neruina antispasmodica, absorbentia & cinnabarina aegro adhibuit, iisque tantum profecit, ut ille postero die, sic satis bene se haberet, neque lecto teneretur affixus, sed & uesperi cum suis coenaret. Paulo post uero acrius Nostrum inuasit Cardialgia, fatali Syncope, sudore frigido, oculorum caligine & extremorum artuum frigore stipata, quae signa, uti propinquum uitae exitum haud obscure nunciabant, ita facile praesenti Medico laudatissimo in memoriam reuocabant effatum Parentis Medicinae Hippocratis in Coacis praenot. num. 251, *quod oris uentriculi dolor senem frequenter impetens mortem repetinam significet.* Non tamen indigebat hac de re moneri OMEISIVS, quin potius abitus sui iam certus (cuius & horam praedixit) omnes curas ad animi medelam conuertebat. Arcessitum enim suo iussu Max. Reu. D. LANGIVM, Collegam suum coniunctissimum, statim orauit, ut sibi de hac uita migraturo diuinum uiaticum impertiri, & moribundo ad extremum usque halitum adesse haud grauaretur. Voti compos redditus ac coelestibus epulis refectus, ipse, quos uellet in laudes DEI recitari hymnos, precumque formulas, nominauit, & recitatos summa mentis intentione repetiit. De hinc moestae coniugi dicens Vale, suauissimis uerbis gratias egit praestiti amoris & fidei & ceterorum officiorum, eamque DEO imprimis, postea & Collegis amantissimis D. LANGIO & D. HOFFMANNO, quorum praesentia sibi impense gratulabatur, meliorem in modum commendauit. His omnibus ita defunctus, integro rationis usu, animoque plane in DEVM conuerso, placide suam expectabat ἀνάλυσιν, quam ultimus morbi symptomatumque supra dictorum impetus, adstantium opinione citius, attulit paulo ante mediam noctem, quae praecesit diem mensis Nouembris XXIII. Vixit ergo OMEISIVS in uniuersum annos LXII. menses II. dies VI. quem diutius superfuisse & rei academicae & publicae litterariae profecto intererat.

EPITAPHIVM B. ERECTVM HVIVS TENORIS EST.

CONDOR VT EXORIAR
STA VIATOR
MAGNVM DANIELEM OMEISIVM
COM. PAL. CAES. MORAL. ORAT. ET POES. P. P. BENEF. NOR.
INSPECT. AC SOCIETATIS AD PEGNES. FLORIG. PRAESIDEM
HOC IN TVMVLO CONDITVM, NON CONDITVM VENERARE
QVI VITAE CVRSVM STRENVE EMENSVS ETIAMNVM
MEMORIA OPERVM VIRTVTVMQVE GLORIA FVLGET EI
HAC IN VIVA COTTIDIE OCCIDENTI VT IN ALTERA
NITIDIOR EXORIATVR, ET SIBI MONVMENTVM
HOC FIERI CVRAVIT MOESTISSIMA CONIVX
MARIA DOROTHEA NATA ROSTIA
VIXIT A. LXII. NOV. FIN. A. C. CIↃIↃ CCVIII.

SCRIPTA OMEISIANA.

1. Mauſoleum integritatis Germanicae, ipſa Germania Naeniam decantante, oratione publica erectum Alt. A. 1666. in f. pl. 7.
2. Tabella uotiua, quam diuino adſpirante numine, duce uiro Plurimum Reuerendo, Amplisſimo, Excellentisſimo DN. M. IOH. CONRADO DVRRIO SS. Theol. & Philoſ. Mor P. P. Promotore Spectabili, ob ſummos in Philoſophia & Poëſi honores ipſis DD. Petri & Pauli Feriis, A. cIↃ IↃc LXVII. rite ac ſolenniter collatos, Deo optimo maximo, & qui ab hoc diuinam in terris poteſtatem & dignitatem gerunt, patronis, fautoribus, amicis conſecratam libens merito que ſuſpendit *M. Magnus Daniel Omeis.*
3. Memorabilia potiora anni praeteriti calamo reuocata & inclyto nomini NVZELIANO in renaſcentis anni felix auſpicium dicata, 1673. in 4. ib. pl. 2½.
4. Schediaſma de 4. Paradiſi fluminibus, cui praefixa eſt oratio inaugura-

auguralis de fonte eloquentiae quatuor in riuos diſtincto & ſuperiorum facultatum quatuor ſtudioſis ſalutares hauſtus propinante, 1676. in 4. ib. pl. 14.

5. Gratulatio ad D. GABR. NVTZELIVM, cum Eccleſiarum Ephorus & protoſcholarcha patrum conſcriptorum ſuffragiis conſtitueretur, qua etiam e Dn. Rectoris, Procancellarii & omnium Profeſſorum nominibus numerum ſeptenarium feliciter eruit, Alt. 1677. in 4. pl. 2¾.

6. Epitome librorum Ariſtotelis Ethicorum & Rhetoricorum ex *Iani Auguſti Vogelii* Ariſtotele reſoluto depromta, in uſum Academicae Iuuentutis emendatius edita ac praefatione aucta, acceſſit oratio inauguralis, *de amabili Philoſophiae & Eloquentiae conſortio aduerſus Flauium Quaerengum*, Norimb. 1677. in 12. pl. 9.

7. Proluſiones Academicae, quibus acceſſit commentatio *de ſcriptoribus epiſtolicis latinis*, Alt. 1677. in 12. pl. 9.

8. Theatrum uirtutum & uitiorum ab Ariſtotele in Nicom. omiſſorum; cui adiunctum eſt *Theatrum Eloquentiae*, pandens doctrinam de uirtutibus & uitiis orationis latinae, praemiſſa eſt proluſio ad utrumque Theatrum uiam parans, Alt. 1682. 4. 1. Alph. pl. 1. (k)

9. Gloria Academiae Altdorfinae, ſiue Orationum faſciculus, Vniuerſitatis Noricae ortum, progreſſum & cuncta memorabilia, omniumque Profeſſorum uitas, mores, & ſcripta fideliter exhibens, Alt. 1683. in 4. 1. Alph. (l)

10. Oratio parentalis, memoriae GABR. NVTZELII ab & in Sünders-

(k) Continet hoc ſcriptum, praemiſſa proluſione decem Capita. Primum agit de Pietate p. 1. II. de Αὐλαρχείᾳ p. 13. III. de Taciturnitate p. 25. IV. de Hoſpitalitate. p. 41. V. de Gratitudine p. 51. VI. de Sedulitate, p. 61. VII. de Concordia p. 77. VIII. de Grauitate Morum, p. 93. IX. de Ciuilitate Morum, p. 104. X. de Fortitudine Togata p. 119. Ex his decem Diſſertationibus ſeptem confecit auctor Exercitationes, diuerſo tempore diſceptatas.

(l) Laudatur hoc ſcriptum in Bibl. Fabricianae P. V. p. 492.

Digitized by Google

derspühl, Duumuiri Norimb. consecrata, 1687. in fol. pl. 12. (m)

11. LEOPOLDVS MAGNVS cum OTTONE MAGNO comparatus; siue Panegyricus in coronationem IOSEPHI ROM. REGIS conscriptus, 1690. fol. pl. 7. (n)

12. Panegyricus LEOPOLDO M. ob victoriam a Turcis ad Salancamenam in Rascia d. 19. Aug. An. 1691. reportatam dicatus, 1691. fol. pl. 6.

13. Ethica Pythagorica, cui accesit aureum carmen commentario Ethico illustratum, & ars regendorum affectuum, 1693. 8. pl. 14. (o)

14. Compendium Ethicum ex sanioribus ueterum & recentiorum Philosophorum placitis concinnatum, Alt. 1694. in 8. pl. 4.

15. Ethica Platonica, cui accesit speculum quotidie consulendum, siue Aretologiae Christianae compendium, 1696, in 8. pl. 10.

16. Epistola Gratulatoria ad Carolum Benedictum Nüzelium, ab & in Sünderspühl, inclytissimo Circulo Franconico a Consiliis Bellicis, Illustri Reipubl. Norimb. a Senatu Secretiore, & Supremum ordinandae militiae Praefectum, A. 1696. in f. pl. 1.

17. Vita HENRICI LINCKII, Pandect. Prof. Publ. Altdorfini. (p)

18. Actus promulgationis Priuilegiorum Vniuersitatis Altdorfinae indulgentissime confirmatorum & ad facultatem Theologicam ampli-

(m) Haec oratio est adiecta concioni funebri, quae A. 1687. in folio edita est Norimbergae.

(n) GEORGIVS GRAEVIVS inlitteris ad nostrum datis scribit: legi tuam orationem cum magna uoluptate, tibique non in frequentius applausi inter legendum, quam me uidisses applaudentem si in auditorum tuorum subselliis fuissem collocatus.

(o) Artem hanc regendorum affectuum cum praefatione *de praecipuis erroribus ueterum in fedandamente commissis* in usum auditorum recudendam curauit cl. GOTTL. SAM. TREVER Polit. & Mor. Prof. Helmst. meritissimus. Helmst. 1724. in 8. ubi ita iudicat: *ambages omnes praescindit, regulis quidem interdum abundans, ita ut tamen taedium legentis, optimorum scriptorum sententiis dispellat.* Conf. DANIELIS RINGMACHERI iudicium in *Memoria Omeisiana* p. 497.

(p) Adiecit hanc uitae delineationem b. Linckii commentario in Decretales, qui prodiit Norimb. 1697. in 4. denuo recusam a Fr. Roth-Scholtzio.

Digitized by Google

amplificatorum A. 1697. cui accesſit panegyricus LEOPOLDO MAGNO ob uictoriam a Turcis in Pannonia prope Zentam glorioſisſime reportatam, & pacem Germaniae diuinitus redonatam, nomine eiusdem Vniuerſ. Noricae conſecratus, 1698. in 4. (q)

19. Memoria MAVRITII HOFFMANNI, Medici Altdorfini celeberrimi, 1699. in fol. pl. 6.

20. Compendium Rhetoricum in uſum Gymnaſii Nor. editum, 1699. in 12. recuſum 1705. pl. 9. (r)

21. Hortus Ciceronianus in uſum Gymnaſii Norimb. concinnatus, ſiue flores Apophthegmatum & Hiſtoriarum e ſcriptis Ciceronis excerpti, 1699. in 12. pl. 7. recuſ. 1705. (s)

22. Compendium Ethicum methodo Synthetica Aretologiam & Eudaemonologiam perſpicuis Praeceptis & Exemplis proponens, inque uſum florentisſimi Gymnaſii Norimb. concinnatum Norimb. 1701. in 12. recuſ. 1710. (t) pl. 16.

23. *Gründliche Anweiſung zur teutſchen* accuraten *Reim- und Dicht-Kunſt, ſamt einer teutſchen* Mythologie in 8. 2. Alph. A. 1704. Alt.

24. Panegyricus diui LEOPOLDI M. ſempiternae memoriae & IOSEPHI, nunc Caeſaris Auguſtisſimi, adſurgenti gloriae conſecratus. Adiectus eſt templo gloriae Diuis Magni Leopoldi manibus dicato, 1705. fol. pl. 41.

ORATIO

(q) Eſt haec oratio in folio etiam impreſſa ſub hoc titulo: Templum Victoriae apertum & Iani clauſum menſibus Septembr. & Octobris A. O. R. cIↃ IↃC XCVII ſiue Panegyricus quem LEOPOLDO MAGNO Auguſto Pio felici Triumphatori, ob uictoriam a Turcis in Pannonia prope Zentam ad Tibiscum glorioſisſime reportatam & pacem Germaniae diuinitus redonatam maxime nuper clementiae caeſareae beneficio immortaliter aucta Vniuerſitas Altdorfina ſumma gratae mentis pietate dicat conſecratque, interprete ac oratore *Magno Daniele Omeiſio.*

(r) Accesſit Mantiſſa de uariatione Grammatica & Rhetorica.

(s) Accesſit Hiſtoriarum biblicarum ſemicenturia ex GEORGII FABRICII Hiſtoriis Sacris ſelecta.

(t) Accesſit Proluſio Oratoria de Inſula Fortunata, ab Aretophilo quaeſita & inuenta, nec non Epitome Iurisprudentiae Naturalis in gratiam Auditorum Academicorum adiecta.

Digitized by Google

25. Oratio, qua Illuſtri & Generoſisſimo Domino IOH. PAVLO PAVMGARTNERO, ab & in Hohenſtein, Lonersſtadt & Grünſperg, Reipl. Norimb. Praetori, iuſta fecit, 1707. fol. pl. 14.

26. Commentatio de numero ſeptenario huiusque Sanctitate ac Radiis ex Vniuerſitate Altdorfina mire lucentibus; quam CHRISTOPHORO FVRERO, Viro ſummo, conſecratam circa auſpicium Anni ab Orbe Reſtituto Milleſimi Septingenteſimi ſeptimi eulgauit *Omeis.*

27. C. *Vetti Aquilini Iuuenci* Hiſtoriae Euang. L. IV. cum notis *Koenigii, Omeiſii, Schoettgenii* aliorumque ſelectioribus Francofurti & Lipſ. 1710. in 8. (u) 1. Alph. pl. 17.

28. Schediaſma de claris in orbe litterato Norimbergenſibus (x)

SERIES DISPVTATIONVM, MAXIMAM PARTEM AB OMEISIO B. CONSCRIPTARVM VEL CONSILIO ET AVXILIO IPSIVS A RESPONDENTIBVS CONCINNATARVM.

1. Exercitatio Philoſophico-Philologica ad locum Geneſ. 1. uerſ. 2. & Ierem. VIII. v. 18. ſub praeſidio *M. Chriſt. Molitoris*, Alt. 1666.

2. De oratore in omnibus diſciplinis uerſato, ꝙ. *Georg. Chriſt. Kreiſ*, auctore, Norimb. Patric. 1676.

3. De inuito per ignorantiam, ꝙ. *Iob. Chriſt. Imhof*, Norimb. Patric. 1679.

4. Idea uiri iuſti ex Lib. V. Nicom. ꝙ. *Iacobo Eberh. Büntingio*, Hannouerano, 1679.

5. De conſultatione, ꝙ. *Wolfg. Iac. Nützel*, Norimb. Patric. 1679.

6. Epicurus ab infami dogmate, quod S. B. conſiſtat in obſcoena corporis uoluptate, defenſus, ꝙ. *Andr. Willio*, Norimb. 1679.

7. De quaeſtione: an ſine *αὐτοχειρίας* crimine clasſiarii in pulueremtormenta-

(u) Editore Cl. ERHARTO REVSCHIO, qui ſimul memoriam Omeiſianam adiecit, Vid. *Neue* Bibliothec P. VIII. p. 697.

(x) Eſt hoc inter aſſecta eius opera numerandum, quia nonniſi usque ad litteram M. ſe extendit.

tormentarium iniicere ignem posſint, ut una cum nati disrumpantur, ne in hoſtium manus deueniant? ℞. *Chriſtophoro Fürer*, Norimb. Patric. 1680.

8. De Conſcientia, ℞. *Mich. Goechaeo*, Norimb. 1682.
9. Idea uiri magnanimi ex Lib. IV. Nicom. Cap. 3. ℞. *Friderico Philippo Geuder*, Norimb. Patric. 1682.
10. De Modeſtia, ℞. *Iob. Iac. Pesler*, Norimb. Patric. 1682.
11. De Q. Curtii Rufi aetate, ℞. *Herman. Breuero*, Riga-Liuono, 1683. (y)
12. De ueracitate, ℞. *Iob. Mich. Langio*, Norimb. 1684.
13. De Vrbanitate, ℞. *Eſ. Ioach. Oeder*, Norimb. 1684.
14. De Verecundia, ℞. *Iob. Diet. Wagnero*, Sandao-Saxone, 1684.
15. De Iuſtitia uniuerſali, ℞. *Sam. Dürrio*, Altdorfino 1684.
16. De Iuſtitia diſtribuente, ℞. *Georgio Hirſch*, Norimb. 1684.
17. Ethica Mythologica, ℞. *Andr. Chriſt. Eſchenbachio*, Norimb. 1684.
18. De Iuſtitia commutante, ℞. *I. M. Langio*, Norimb. 1685.
19. De Iuſtitia Pythagorica, ſiue poena talionis, ℞. *I. W. Osvvald*, Langenzenio-Franco. 1685.
20. De aequitate, ℞. *Wolfg. Bauero*, Norimb. 1685.
21. De iuſtitia & iure, ℞. *Iob. Georg. Drezel*, Norimb. 1685.
22. De uirtute heroica. ℞. *Chriſt. Scheurl*, Norimb. 1686.
23. De prudentia, ℞. *Chriſt. Fried. Imhof*, Norimb. Patric. 1686.
24. De Voluptate, ℞. *Iob. Guil. Ayrer*, Norimb. 1686.
25. Quaeſtionum Ethicarum triga, ℞. *Iob. Paulo Baumgartner*, Norimb. Patric. 1686.
26. De Symbolo Heroico, ℞. *Herm. Breuero*, Riga-Liuono, 1686.
27. Quaeſtionum Ethicarum triga, ℞. *Leonh. Chriſt. Sturmio*, Altdorf. 1687.
28 Quaeſtionum Ethicarum triga, ℞. *Phil. Guil. Orth*, Schmidelfelda-Limburgico, 1687.

(y) IOH. IAC. BATTIERIVS, I. V. D. & eloquentiae Prof. Baſileenſis, in diſſert. *de hiſtoricis Latinis melioris aeui*, Baſil. 1697. habita, magnis encomiis hanc diſſert. allegauit. Directa eſt contra b. *Molleri* diſſert. de Q. Curtio Rufo.

Digitized by Google

29. Quaeſtionum Ethicarum triga, ꝓ. *Wilh. Fried. Hoechſtetter*, Noerdlinga Rhaeto, 1687.
30. Quaeſtionum Ethicarum triga, ꝓ. *Phil. Iac. Breyer*, Oberbronna-Alſtato, 1687.
31. De liberalitate, ꝓ. *And. Seinsheimero*, Norimb. 1687.
32. De fruitione Dei, ꝓ. *Paulo Mart. Alberti*, Norimb. 1687.
33. Quaeſtionum Ethicarum triga, ꝓ. *Iob. Paulo Stoy*, Norimb. 1687.
34. Quaeſtionum Ethicarum triga, ꝓ. *Iod. Chriſt. Mayr*, Norimb. 1688.
35. Quaeſtionum Ethicarum triga, ꝓ. *Iob. Chriſt. Eberlino*, Norimb. 1688.
36. De morte uoluntaria, ꝓ. *Chriſtoph. Chriſt. Hendelio*, Heilsbronna-Franco, 1688.
37. De illo Platonis effato: Philoſophia eſt meditatio mortis, ꝓ. *Wolfg. Bauero*, Norimb. 1688.
38. De erud tis Germaniae mulieribus, ꝓ. *C. C. Haendelio*, Heilbronna-Franco, 1688.
39. Pythagorei a famoſo illo ſimplicis talionis dogmate defenſi, ꝓ. *Iob. Conr. Winterbergero*, Altdorfino, 1689.
40. De amicitia inter Deum & hominem, ꝓ. *I. F. Weisbeck*, Poſonio-Hungaro, 1689.
41. Quaeſt. Eth. triga, ꝓ. *Dan. Bilttel*, Norimb. 1689.
42. De pietate quaeſt. tres, ꝓ. *Chriſt. Mich. Boeheim*, Norimb. 1689.
43. De temperantia & frugalitate, ꝓ. *Iac. Pancr. Bruno*, Alt. 1689.
44. Decas Quaeſt. de Caſtitate, ꝓ. *Wilh. Hoeflero*, Norimb. 1690.
45. De ſedulitate & uigilantia, ꝓ. *Leonh. Chriſt. Riederer*, Norimb. 1690.
46. De *αὐλαρχείᾳ* & parſimonia, ꝓ. *Leonh. Lochnero*, Norimb. 1690.
47. De modeſtia, ꝓ. *Chriſtiano Hirſch*, Norimb. 1690.
48. De fortitudine ſagata, ꝓ. *Ioh. Iul. Körner*, Norimb. 1691.
49. De fortitudine togata, ꝓ. *Balth. Bloſio*, Norimb. 1691.
50. De Iuſtitia uniuerſali, ꝓ. *Nic. Hier. Gundling*, Norimb. 1691.

51. De

51. De Iuſtitia particulari, ꝛ. *Guſt. Phil. Mörl*, Norimb. 1691.
52. De erroribus quibusdam, qui philoſophis ueteribus falſo aut dubie ſaltem adſcribi uulgo ſolent, ꝛ. *Iob. Nic. Eſper*, Lenckershemio-Franco, 1691.
53. An & quomodo quis ſuos in uirtute paranda profectus ſentire poſſit? ꝛ. *Iuſtino Wezel*, Norimb. 1691.
54. De affectuum moderamine, ꝛ. *Iob. Iul. Koerner*, Onoldo-Franco, 1692.
55. De Germanorum ueterum Theologia & religione pagana, ꝛ. *Nicolao Kempe*, Riga-Liuono, 1693.
56. De Origine uirtutis moralis, ꝛ. *Fried. Filsboffer*, Norimb. 1693.
57. De reſeruationibus mentalibus, ꝛ. *Georg. Lambruckner*, Norimb. 1695.
58. De recitationibus ueterum, ꝛ. *Iob. Mich. Sonntag*, Oppurgenſi, 1697.
59. De contractibus qui aleam continent, ꝛ. *Andr. Rindero*, Norimb. 1698.
60. De Philoſophia uitae duce, ꝛ. *Caſp. Stoy*, Norimb. 1698.
61. De Ethico perfecto, ꝛ. *Chriſtiano Sonntag*, Oppurgenſi, 1699.
62. De Stoicorum Philoſ. mor. ſobria, ꝛ. *Wolfg. Iac. Fuchs*, Norimb. 1699.
63. De licentia poetica, ꝛ. *B. G. Marpergero*, Holſato, 1700.
64. De expiationibus apud ueteres gentiles uſitatis, ꝛ. *Martino Goetzio*, Norimb. 1700.
65. De Iure iurando & ſpeciatim Academico, ꝛ. *Iob. Andr. Pube*, Onoldino, 1700.
66. De Ethnico, amiſſionis diuinae imaginis conuicto, ꝛ. *Fr. Sachs*, Argentorat, 1701.
67. De Officiis erga bruta, ꝛ. *Iob. Vdalrico Stoer*, Norimb. 1702.
68. De Symbolis Pythagoricis, ꝛ. *Ge. Chriſt. Ponhoelzel*, Norimb. 1702.
69. De amore hominis erga Deum, ꝛ. *Leonh. Ad. Roth*, Weiſſenburg-Norico, 1703.

70. De timore ac reuerentia erga Deum, ꝛc. *Herm. Steyrer*, Norimb. 1703.

71. De fiducia in Deo collocanda, ꝛc. *Henr. Tob. Büttnero*, Thurnauio Franco, 1703.

72. De obedientia Deo praeſtanda, ꝛc. *Georg. Iac. Schwindel*, Norimb. 1704.

73. De precatione, ꝛc. *Andr. Schaubert*, Norimb. 1704.

74. De uiro prudenti Ariſtotelico cum ſapiente Stoico collato, ꝛc. *Erh. Reuſch*, Coburgo Franco, 1704.

75. De Philoſophia in genere eiusque defin. diuiſ. & cauſis, ꝛc. *Henr. Tob. Büttnero*, Thurnauio Franco, 1704.

76. De gratiarum actione erga Deum, huiusque celebratione, ꝛc. *Georg. Gabr. Kesler*, Norimb. 1704.

77. De humilitate, ꝛc. *Gothofr. Engelb Geigero*, Norimb. 1704.

78. De abnegatione ſui, ſiue morte Chriſtianorum Philoſophica, ꝛc. *Magno Melch. Schultzio*, Norimb. 1705.

79. De artis oratoriae praeſtantia a quibusdam abuſibus & immerito nonnullorum contemtu uindicata, ꝛc. *Andr. Schaubert*, Norimb. 1705.

80. De temperantia & ſpeciatim frugalitate in ſumendo cibo, ſiue abſtinentia, ꝛc. *Mich. Chriſt. Sonntag*, Oppurgenſi, 1705.

81. De frugalitate in ſumendo potu, ſiue ſobrietate, ꝛc. *Fried. Stoer*, Norimb. 1706.

82. De Caſtitate, ꝛc. *Ge. Chriſt. Woelcker*, Norimb. 1706.

83 De Munditia, ꝛc. *Ioh. Mich. Doederlein*, Weisſenburgenſi, 1706.

84. Ad Auſonii Edyllium, de Viro bono πυθαγορικὴ ἀκρόασις, ꝛc. *Gottfr. Engelh. Geigero*, Norimb. 1706.

85. De Sedulitate ac diligentia in ſtudiis adhibenda, ꝛc. *Ioh. Leonh. Andreae*, Norimb. 1707.

86. De Parſimonia, ꝛc. *Chriſt. Fried. Biſchoff*, Baruthino, 1707.

87. De Vigilantia, ꝛc. *Ge. Mich. Pflaumero*, Weisſenburgenſi, 1707.

88. De uirtutibus laruatis & apparentibus, ꝛc. *Iob. Dan. Zelner*, Norimb. 1707.

89. De

89. De αὐλαρκείᾳ siue sufficientia, R. *Iob. Conr. Lumptio*, Lindauiensi, 1708.
90. Disputationes XXVI. In Ciceronis Libros III. de officiis ab anno 1695—1702. habitae.

Sunt autem hoc ordine uentilatae.

Disputatio in prooemium libris M. T. Ciceronis de officiis praemissum, R. *I. M. Sonntag*, Oppurgensi, 1695.
Disputatio 1. ad librum I. Ciceronis de officiis, R. *Iob. Vnglenck*, Norimb. 1696.
2. R. *Iob. Georg. Riederer*, Norimb. 1696.
3. R. *Casp. Stoy*, Norimb. 1696.
4. R. *Christoph. Drexel*, Norimb. 1696.
5. R. *Iob. Philipp. Hauccio*, Biberta-Franco.
6. R. *Andr. Rindero*, Norimb. 1697.
7. R. *Iob. Hieron. Rottenhof*, Norimb. 1697.
8. R. *Maur. Wilbel. Boehmero*, Norimb. 1697.
9. R. *Iob. Christ. Stemlero*, Neostadiensi-Variscо, 1698.
10. R. *Mart. Goetzio*, Norimb. 1698.
11. R. *Wolffg. Iacob. Fuchs*, Norimb. 1698.
12. R. *Iob. Iacob. Degen*, Norimb. 1698.
13. R. *Iob. Iacob. Mullero*, Norimb. 1699.
14. R. *Tobia Münch*, Norimb. 1699.
15. R. *Iob. Esaia Hoechstettero*, Weisenburgensi, 1699.
16. R. *Bernh. Walth. Marpergero*, Holsato, 1699.
17. Ad librum II. Ciceronis de Officiis, de quaestione: an ad tuendas opes & seruandum in alios imperium, satius sit diligi quam timeri? R. *Iob. Vdalr. Stoer*, Norimb. 1700.
18. De gloria comparanda, R. *Wolfg. Nic. Geuder*, Norimb. 1700.
19. De beneficentia ac liberalitate, R. *Erb. Reusch*, Coburgo-Franco, 1700.
20. De ualetudinis ac rei famil. curatione, R. *Iob. Nic. Sonnenmayer*, Weisenburgensi, 1700.

Digitized by Google

21. Disputatio ad L. III. de offic. de innocentia & utilitate nostra ex aliorum incommodis non augenda, R. *Leonh. Wirfel*, Norimb. 1701.
22. ——— de officiis erga amicos, R. *Nic. Haecker*, Norimb. 1701.
23. ——— de officiis in emtione & uenditione seruandis &c. R. *Ioh. Adamo Olzschingero*, Norimb. 1702.
24. Disputatio, de controuersis Stoicorum iuribus, R. *Christ. Aug. Laemermann*, Norimb. 1702.
25. De Quaestione: an pacta & promissa semper sint seruanda, quae nec ui nec dolo malo facta? R. *Ioh. Roesnero*, Norimb. 1702.

OMEISII PROGRAMMATA LECTIONIBVS PRAEMISSA.

1. Programma ad Cornelii Taciti de moribus Germanorum libellum, A 1679.
2. ——— in historiam de Aelio Seiano ex Cornel. Tac. L. IV. V. VI. Annalium, 1680.
3. ——— ad praelectiones in Ethicam Philosophico-Christianam, A. 1684.
4. ——— ad praelectiones Suetonianas, A. 1684.
5. ——— ad praelectiones Petronianas, A. 1685.
6. ——— ad praelectiones Poeticas, A. 1699.

OMEISII PROGRAMMATA AD ORATIONES VARIAS.

1. Ad Orationes duas *Car. Bened. Nützel*, it. *Ge. Christoph. Kress*, utrum felicior sit Respubl. quam regit Princeps ingeniosus, nullis utens consiliariis; an uero illa, quam moderatur, Princeps, mediocris ingenii, admittens consiliarios, A. 1674.
2. ——— *Theodor. Preu*, de Deo ex machina, A. 1675.
3. ——— *Ioh. Con. Christel*, de uigilantium doctorum somniis, A. 1675.
4. ——— *Cornelii Marci*, de Bacchanalibus uitiorum, sub specioso uirtutum larua uultus nequitiam uelantium, A. 1675.

5. Ad

5. Ad Orationes, *Andr. Arnoldi*, de Sacra Matheſi: magnas futuro Theologiae ſtudioſo utilitates praebente, A. 1676.
6. ——— *Ioh. Chriſt. Sauteri*: an Duellum licitum, A. 1678.
7. ——— geminas, *Wolfg. Iacob*, & *Andr. Williorum*, de ſtupro & διλοχειρία Lucretiae, A. 1678.
8. ——— duas *Ioh. Chriſt. Imhof*, & *Wolfg. Iac. Nützel*, de facinore Caii Mutii Scaeuolae, A. 1678.
9. ——— *Wolfg. Murreri*, de praeiudiciorum idolis, A. 1679.
10. ——— *Chriſt. Wegleiteri*, de palmariis ſeculi noſtri inuentis, A. 1679.
11. ——— *Ioh. Iuſtini Arnſchvvangeri*, de Vita & obitu M. Ioh. Pauli Felvvingeri A. 1681. quae eſt inſerta gloriae Altdorf. p. 114.
12. ——— *Michaelis Goechei*, de angelorum miniſterio in tribus hierarchiis, A. 1679.
13. ——— *Georg Wolfg. Carbachii*, de Palmariis, iisque hodie florentibus eruditorum uirorum ſocietatibus, A. 1680.
14. ——— *Dan. a Wegnern*, nobilis Borusſi, de Laniena Pariſienſi, A. 1681 in folio.
15. ——— italice conſcriptam *Zach. Zoelleri*, quod ſtudiis & eloquentia inprimis politica ad magnam peruenire poſſimus fortunam, A. 1681.
16. ——— *Erhard. Guſt. a Lendersheim*, de laude ac iure uenationis, A. 1681.
17. ——— *Ioh. Ioach. Nützel*, de pace Monaſterienſi & Nouiomagenſi, A. 1682.
18. ——— *Chriſt. Fürer*, de Carolino illo: plus ultra, A. 1682.
19. *Fried. Iac. Brunonis*, an mores animi ſequantur temperamentum corporis. A. 1682.
20. ——— *Guil. Fritzii*, de Stella magorum duce ac luce, A. 1683.
21. ——— *Chriſt. Saurii*, de obſidionis nuperae Vienenſis memorabilibus, A. 1683.
22. ——— *Ioh. Chriſt. Lindſtatt*, de uero in Cunis Hercule, A. 1684.

23. Ad

23. Ad Orationes *Georg Hirſch*, de Menenio Agrippa, apologo ſeditioſum plebem Romanam e monte ſacro in urbem reuocante, A. 1684.
24. ——— *Andr. Seinsheimeri*, de Tullia per patris corpus carpentum agente, A. 1685.
25. ——— *Chriſt. Iac. Glaſeri*, de mundo inſtar libri, quo creatoris expreſſa eſt maieſtas ac potentia, A. 1685. in folio & 4to.
26. ——— *Ieremiae Hofmanni*, de nupera Yquarini expugnatione, A. 1685.
27. ——— *Sam. Dürrii*, de magis ex Oriente, A. 1686.
28. ——— *Wolf. Baueri*, de dicto Lanctantii: Religio cogi non poteſt, A. 1686.
29. ——— *Ioh. Chriſt. Haueri*, de Waldenſium ortu, progreſſu & perſecutionibus, A. 1686.
30. ——— *Georg. Burk. Loeffelholz*, de Lege Lycurgi, qua Spartanos ſuos uetuit peregrinari, A. 1686.
31. ——— geminas *Ioh. Iacob* & *Leonh. Chriſt. Sturmiorum*, de aquila imperii uictrice & Leone Veneto ultore, A. 1686.
32. *Frid. Feuerlini*, de ſtrenis Romanorum, A. 1687.
33. ——— *Ioh. Paul. Stoy*, de Muhammedis ſepulcro, A. 1687.
34. ——— *Ioh. Titii*, de nimia imperii amplificandi libidine, A. 1687.
35. ——— *Ge. Glüeri*, de illo Alphonſi, Arragoniae Regis effato: conſiliarios mortuos eſſe optimos, A. 1687.
36. ——— graecam *Chriſtoph. Chriſt. Haendelii*, de praeſepio Chriſti, A. 1688.
37. ——— *Gottl. Rudelii*, de fatalibus Rerumpublicarum periodis, A. 1688.
38. ——— duas, *Ge. Reich. Hammeri*, quarum altera Philotam coniurationis aduerſus Alexandrum arguit, altera eundem tum ab ipſa coniuratione, tum a culpa ſilentii defendit, praeeunte Curtio, Lib. VI, A. 1688.

39. Ad

39. Ad Orationem parentalem, *Ge. Chriſt. Geuder*, qua Ioh. Saubertus Samueli Prophetae genere, maioribus, uirtutibus, muneribus, coniugio & morte quam ſimillimus, repraeſentatur, A. 1689.

40. ——— *Iob. Chriſtoph. Haueri*, qua Lucas Frid. Reinhardus ut Idea prudentis Theologi repraeſentatur, A. 1689.

41. ——— *Mich. Weberi*, de obſidionis nuperae Moguntinae memorabilibus, A. 1689.

42. ——— *Iac. Pancr. Brunonis*, de induciis non uiolandis, A. 1660.

43. ——— graecam, *Iac. Iuſt. Haffneri*, comparationem Chriſti cum Samſone complectentem, A. 1690.

44. ——— *Ge. Paul. Imhof.* de concordia aduerſus hoſtem communem porro ſeruanda, A. 1690.

45. ——— *Herm. Dieter. Meibomii*, de glorioſa Heroum in bello Turcico pereuntium morte ſerenisſ. Principum, Dn. Friderici Auguſti & Domini Caroli Philippi, Ducum Brunſuicenſium & Lunaeburgenſium, A. 1691.

46. ——— *Iob. Iac. Feuerlini*, de quaeſtione, an Principi Chriſtiano aduerſus Chriſtianos arma noxia cum Turcis conſociare liceat, 1691.

47. ——— *Nicol. Hier. Gundlingii*, de gente Anglicana, A. 1691.

48. ——— *Gabr. Wagenſeilii*, ad Locum Liuii Lib. II. c. 40. A. 1691.

49. ——— *Iob. Iul. Koerneri*, de Friderico Schombergio, A. 1692.

50. ——— *Iob. Georg Fichtneri*, de fatis bellicis Varadini Maioris, huiusque nupera expugnatione, A. 1692.

51. ——— *Iob. Sebaſt. Geuder*, de ſtrenis germanorum, A. 1693.

52. ——— *Herm. Rüdelii*, de Sicilia, nupero terrae motu grauiſſime afflicta, A. 1693.

53. ——— *Iob. Sigism. Holzſchueri*, de conuulſo hodie rei monetariae in Germania ſtatu, huiusque cauſis, A. 1693. folio.

54. ——— *Ge. Wolfg. Eberlini*, de prodigioſo locuſtarum agmine,

quod in diuersis Pannoniae & Germaniae tractibus obumbrauit solem, terrasque operuit, A. 1693. folio & 4to.

55. Ad Orat. *Caroli Goetsch*, de spinea Christi corona, A. 1694.

56. ——— *Ge. Dau. Hoffmanni*, de Magistratus officio circa rem frumentariam, & leuandam annonae grauitatem, A. 1694.

57. ——— graecam *Iob. Alex. Doederlini*, de uoto illo Virgiliano: nulla salus bello &c. A. 1694.

58. ——— *Ioach. Negelein*, de Origine moris, festum Martini commessationibus anserumque mactationibus celebrandi, A. 1694.

59. ——— *Sopb. Geyeri*, de Bacchanaliorum ueterum ac hodiernorum origine, ritu ac foeditate, A. 1695,

60. ——— *Ge. Lambruckneri*, de praecipuis Germanorum ueterum uirtutibus, A. 1695.

61. ——— graecam *Maur. Euch. Sturmii*, de linguae graecae in Studio Medico utilitate, 1695.

62. ——— *Iac. Wilb. Waldstromer*, de fatis bellicis Casalii, Eusii, eiusque deditione, ad summos foederatos nuper facta, A. 1695.

63. ——— *Conr. Hoegeri*, de quaestione, an Oracula nato Christo desierint, A. 1696.

64. ——— *Andreae Rinderi*, de liberae S. R. I. ciuitatis Norimb. insignibus, A. 1696.

65. ——— *Iob. Phil. Goetz*, qua suadet, ut Poloni, regem non peregrinum, sed Piastum eligant, A. 1696.

66. *Casp. Stoy*, de incendio templi & gymnasii Aegidiani, A. 1696. Norimbergae facto, A. 1697.

67. ——— *Iob. Conr. Hoffmanni*, de praecipuis Legati pacificatoris requisitis, A. 1697.

68. ——— *Maur. Wilb. Boehmer*, de amore & officiis, quae nos homines S. angelis debemus, A. 1697.

69. ——— *Wolfg. Iac. Fuchsii*, de metuendis litterarum elegantiarum maioribus sensim decrementis, A. 1698.

70. Ad

70. Ad Orat. *Iob. Chriſt. Stemleri*, de hodierna Moſcouitarum religione, 1698.
71. ——— *Chriſt. Sonntagii*, de Cornelio Tacito, ut fide digno Germaniae antiquae ſcriptore, A. 1699.
72. ——— *Iob. Iac. Mülleri*, de Sueuia profana olim Deorum cultrice, A. 1699.
73. ——— *Iob. Eſ. Hochſtetteri*, de immenſa ſcientiae phyſicae in Theologia & aliis diſciplinis utilitate & iucunditate, A. 1699.
74. ——— *Mart. Goetz*, de Germania olim inculta hodie cultiſſima. A. 1699.
75. ——— *Bernh. Walth. Marpergeri*, de miſerandis Iudaeorum poſt Hieroſolimorum exciſionem fatis, A. 1700.
76. ——— graecam *Leonh. Poppii*, de linguae graecae praeſtantia & utilitate, A. 1700.
77. ——— *Iob. Vdal. Stoeri*, de memorabilibus anni proximi ſuperioris, A. 1701.
78. ——— *Erh. Reuſchii*, de uetuſtiſſimorum Germanorum ſapientia diuina pariter ac humana, A. 1701.
79. ——— *Nic. Schicklingii*, de Martino Luthero cum olore ſiue cygno comparato, A. 1701.
80. ——— *Martini Hübleri*, de Iano huiusque templo, A. 1702.
81. ——— *Iob. Henr. Sueyeri*, de potioribus anni 1701 memorabilibus, A. 1702.
82. ——— *Leonh. Poppii*, de Carolo XII. Suecorum Rege, A. 1702. folio.
83. ——— *Leonh. Würfelii*, de Claſſe argentifera Hiſpano-Gallicana, ad portum Gallaecirae Vigos, ab Anglis & Batauis menſe Octobr. 1702. expugnata, partemque maximam direpta, A. 1703.
84. ——— *Alberti Heringii*, de Iubilo Angelorum natalitio: Gloria in excelſis Deo &c. A. 1703.
85. ——— *Henr. Tob. Büttneri*, de militia Chriſtiana, 1703.
86. ——— *Andr. Schauberti*, de columba Pentecoſtali, A. 1704.

87. Ad Orat. *Gottfr. Engelb. Geigeri*, de felici ſummorum foederatorum expeditione bellica anni 1704.

88. ——— *Mich. Chriſt. Sonntagii*, de elogio Iohannis Ducis de Marlbrough, A. 1705.

89. ——— *Andr. Schauberti*, de laude formicae, A. 1705.

90. ——— *Chriſt. Aug. Laemmermanni*, de grati animi teſtificatione, A. 1706.

91. ——— *Iob. Andr. Bühelii*, de prouerbio Italorum: Regnum Neapolitanum Paradiſus eſt, ſed a Diabolis habitatus, A. 1707.

92. ——— *Chriſt. Sigism. Gammersfelder*, de Caeſaribus Romanis, qui ſcriptis ab ſe editis immortalem ſibi pepererunt gloriam, A. 1708.

MSpta ſuperſunt.

93. Programma ad Orationem *Ge. Chriſtiani Hoffmanni*, de Seiano cum Phaethonte comparato, A. 1678. habit.

94. ——— *Ad. Renzii*, de bello aduerſus Gallum continuando, A. 1678. habit.

95. ——— *Fried. Badſtuberii*, de pace cum Gallo facienda, A. 1678. habit.

96. ——— *Eſ. Ioach. Oederi*, de caſtri urbisque Strigonienſis fatis bellicis, ac nupera utriusque expugnatione, A. 1684 habitam.

M. GEORGIVS PAVLVS ROETENBECCIVS.

M. GEORGIVS PAVLVS ROETENBECCIVS, inſigne quondam Academiae Altdorfinae decus, in lucem hanc communem exiit Norimbergae d. XVIII. Cal. Maii, A. R. S. CIↃIↃCXLVIII, prognatus parentibus honeſtiſſimis; *Patre* Viro ſpectatiſſimo, GEORGIO ROETENBECCIO a commentariis ILLVSTRIS REIPVBLICAE Norimbergenſis; *Matre*, *Barbara Magdalena*, DANIELIS SCHWENTERI, Prof. Publ. de hac Academia praeclare meriti filia. Auus ipſi fuit Experientiſſimus D. *Michael Roetenbeccius*, qui inclutae Norimbergenſium urbi medendi induſtriam apprime probauit. Hanc noſter naſcendi ſortem nactus, optimo

GEORGIUS PAULUS RÖTENBECCIUS
Norimbergensis.

Logices et Politices Professor Publicus et Beneficiariorum Noricorum Inspector in Academia Altorfina.

Nat. 14. April. 1644. Denat. 18. Febr. 1710.

W. P. Kilian sculpsit

Digitized by Google

Digitized by Google

optimo auſpicio recte uiuendi ueraeque felicitatis conſequendae uiam ingreſſus eſt, quum altero die, adhibito ad ſacrum fontem ſponſore, PAVLO GROHIO, Iuris Candidato, ciuitati Chriſtianorum adſcriberetur. (a) Pater, quamuis biennio poſt luctu perturbaretur domeſtico, amiſſa uxore ſuauiſſima, nihil tamen a paterna ſolicitudine remiſit, quo filius pietate & doctrina liberali imbueretur. In cuius curae partem ueniebat, deinceps nouerca, *Suſanna*, femina omnibus ſexus ſui dotibus conſpicua primum IOH. GVIL. BAIERI, (qui Pater fuit eiusdem nominis famigeratiſſimi Ienenſium Theologi,) deinde LEONH. BVCHNER, florentiſſimorum quondam apud Norimbergenſes negotiatorum, uidua. Quam ob maxima in ſe collata beneficia noſter non ſecus, ac matrem germanam per omnem uitam pie ſancteque coluit, nec unquam ſine honore appellauit. Datus itaque tenera iam aetate A. 1652. d 4. Martii, in aliorum diſciplinam, optimae indolis promtique ingenii uim continuo exſeruit, ſuumque in litteras amorem haud uano prodidit indicio, ut non praeceptores tantum cognatique, ſed alii etiam uiri graues, nominatim DILHERRVS, uir omnium eruditorum ſermone celebratus, nihil non liberale atque eximium de eo ſibi pollicerentur. Nam A. 1654. ſexto aetatis anno, memoriae mandauit concionem puerilem a Reuerendo M. IACOBO SCHWENTERO, Auunculo ſuo conſcriptam ad uerba Chriſti Marc. X. ℣. 14. *Laſſet die Kindlein zu mir kommen*, eamque multis uicibus, indutus ueſte ſacerdotali, in coenobio Carthuſiano, S. Catharinae & Muſeo Dilherri, inuitatis perquam plurimis conſanguinitatis uel affinitatis uinculo ſibi iunctis, aliisque uariis uariarum dignitatum ac ordinum hominibus, ſine omni haeſitatione recitauit, qui uero non ſine lacrymis puſionem concionantem audiuerunt & eum mirifice amantes, uariis donis ac muneribus certatim condecorarunt ac uotis optimis cumularunt. A. 1655. d. 13. Auguſti in Scholam latinam ad aedem Spiritus S. fuit deductus, & publicae uſus eſt Magiſtro dexterrimo, SIMONE BORNMEISTERO; priuatim uero GEORGIO BOLSTERO

(a) Partim ex programmate funebri ab Excell. SCHWARZIO elaborato, partim ex aliis relationibus fide dignis compoſita haec eſt uitae deſcriptio.

Digitized by Google

STERO, Sacerdote ad Sp. S. fidelisſimo. Maiora deinde ſtudii ſui ſpatia confecturus, A. 1659. die 9. Maii contulit ſe in urbis Gymnaſium, reperitque ibi praeceptores fidelisſimos, SEINSHEIMERVM, WIDMANNVM & imprimis HELDIVM, uiros impigros, ac docendae iuuentutis cura quondam maxime commendatos: quorum praeceptis monitisque ita profecit, ut expectationi de ſe concitatae iam tum ſatisfacere uideretur, datisque aliquot ſuorum in humanitatis ſtudio progreſſuum ſpeciminibus (b) A. 1664. d. 16. Maii idoneus iudicaretur, qui Profeſſoribus in publico auditorio docentibus operam daret. Hinc adeo, illo tempore, in Graecis ARNOLDVM; in Geographicis, BEERIVM; in Logicis WVLFERVM; in Ebraicis HELDIVM; in arte diſputandi NIESSELIVM, Conrectorem ſcholae Laurentianae, Viros munerum auctoritate litterarumque ornandarum ſtudio laudatisſimos, ſedulo conſtanterque audiuit; in aliis uero doctrinae partibus Cl. FVCHSIVM tunc Gymnaſii, poſtea Scholae Laur. Rectorem, ducem ſecutus eſt; cuius fidei non minora, quam ceteris, ſe debere affirmauit. Inter haec accidit, ut Anno 1665. Generoſ. IOH. CHRIST. TVCHER, Septemuir poſtea, reique ſacrae & literariae Curator grauisſimus, admouerit eum ſpei ſobolis ſuae. In qua priuatim inſtituenda quum noſter, quam ea aetate poterat, utilem promtamque adhiberet operam, ipſe periclitaturus, quid docendo diſcere poſſet; ſummi illius Patroni beneuolentiam maiorem in modum ſibi conciliauit, eiusque ſingularem in ſe munificentiam nunquam non honorificentisſime praedicauit. Comparatis uero ſibi commodis optimae doctrinae ſubſidiis, laudabili impetu ad altiora adhuc contendit, eamque ob cauſam A. 1666. d. 25. Iun. in Academiam Altdorfinam deuenit. Vbi, cum ex ſumma ILLVSTRIVM CVRATORVM bonitate inter alumnos Noricos locum obtinuiſſet; nunquam deſeruit partes ſuas, ſed quod hominem doctrinae honeſtatisque cupidisſimum, praeclarisque beneficiis ad meliora quaeque audenda excitatum, decebat, in ſtudiorum uirtutumque curſu conſtanter

(b) Ad primam promotus claſſem orationem *de ſtudio Philologico* memoriter recitauit, & aliam *in laudem modeſtiae*, ex Gymnaſio uero in auditorium publicum miſſus, Orationem metricam Euchariſticam habuit *in laudem Iohannis Baptiſtae*.

Digitized by Google

ſtanter perrexit, ita, ut aliis facile exemplo eſſe poſſet. Neque enim ſolum priuatam informationem Virorum doctiſſimorum, IOH. ELIAE REVV & IVSTI. IAC. MVLLERI, qui Alumnorum uitam & ſtudia tunc regebant, non inſuper habuit, ſed publicos etiam Profeſſores recte ſibi ſequendos colendosque exiſtimauit. Dicendi enim artificium & Ebraeorum litteras, a MOLITORE hauſit. Morum doctrinam pertractauit praeeunte DVRRIO. Mathematicas artes rerumque naturalium ſcientiam percepit ex TREVIO. Tum maxime ſe adiunxit FELWINGERO, ſolertiſſimo illarum philoſophiae partium Profeſſori, quae contemplatione ſola, rectoque argumentandi modo, neque minus iuſta uitae ciuilis moderatione continentur. Ante alios autem in reconditis diſciplinis & liberiori Philoſophia, quae nullius ſectae auctoritate implicatur, I. C. STVRMIVM ſecutus eſt, cui praecipuam cultioris doctrinae partem grato ſemper animo retulit acceptam. Sed neque a Theologorum ſcholis ſe disiunxit; dum WEINMANNVM, REINHARTVM & DVRRIVM, optimos ſanctioris diſciplinae doctores ueneratus eſt. Adhaec, in illo ipſo ſtudiorum curriculo, non dubitauit aliquoties eruditionis ſuae periculum facere, ſeque omnibus, infra nominandis, commendare. Talem uero cum ſemper ſe gereret; fieri non poterat, quin A. 1671. ſummos in philoſophia honores, diribitore celeb. DVRRIO, impetraret, ita quidem, ut inter XI. Candidatos primus locus ipſi decerneretur. Hoc publico laborum doctrinaeque teſtimonio ornatus, eodem anno abiit *Altdorfio*, concesſitque *Francofurtum*, quod propter *Viadrum* eſt, IOH. MAVRITIVM HOFFMANNVM, poſtea collegam & denique Archiatrum & Conſiliarium Onold. grauiſſimum, comitatus, quem Pyladis loco tunc habuit ſuauiſſima eius conſuetudine mirifice captus. Quoad uero in clariſſimo illo Muſarum domicilio commoratus eſt, applicauit ſe ad PLACENTINVM, RAVIVM & BECMANNVM, uiros fama eruditionis nunquam intermoritura inſignes; in quibus audiendis ueneranduſque magnum ſtudiorum ſuorum fructum collocauit. A. 1672. Francofurto ualedixit & in Academiam, quae *Tenae* propter Salam floret, ſe contulit; ubi clariſſima rei Chriſtianae ac litterariae lumina, MVSAEVM, NIEMANNVM,

MANNVM, BAIERVM, WEIGELIVM, POSNERVM, magna pietate obseruauit, suaeque doctrinae & morum suauitate facillimum ad illorum consuetudinem & beneuolentiam aditum sibi parauit. In his autem nominatim Ven. D. BAIERI, fratris sui e nouerca, prolixissimum fauorem & singulare iuuandi studium abunde expertus est, & memori gratoque saepius animo postea commemorauit. Hic uero dum erat, in conspectu Patrum ciuiumque Academicorum certamina doctrinae iniit & publice contra SPERLINGIVM & KIPPINGVM disputauit, & denuo palaestram Academicam ingressus, KIPPINGO pro sua sententia propugnanti, subtiliter accurateque respondit. Nihil magis tunc in uotis erat Roetenbeccio, quam ut in isto bonarum mentium sacrario diutius sibi consistere liceret, quo & plura indies, quae usui & ornamento sibi forent, compararet, & ingenii sui uires simul magis magisque proferret! sed fortuna eum inuitum in patriam reuerti coëgit, cum & nouercam optimam, & deinde ipsum Patrem charissimum, e uita discessisse, intellexisset. Repetiit itaque A. 1675. patriam, aequo modestoque animo ibi praestolaturus honestum, quod Illustres Patriae proceres sibi decernere uellent officium. Adeoque A. 1676. diuina prouidentia & benignitate commodum accidit, ut splendidissimi Academiae Curatores eum rebus studiisque Alumnorum Noricorum moderandis imponerent. Quas quidem partes, summa industriae exercitatione sustinuit, ut iam tum iuuenes certatim ad eum docentem pariter atque disputantem conuenirent, ipsumque omni amore & obseruantia colerent, nec exiguos institutionis huius fructus se percepisse profiterentur. Quae res summos Patriae Patres, qui regendis rebus sacris litterariisque praesunt, demum permouit, ut non tantum A. 1681. hunc diligentissimum doctissimumque uirum *philosophiam rationalem extra ordinem* profiteri iuberent; sed etiam altero post anno, cum uir celeberrimus I. P. FELWINGERVS expleuisset mortalitatem, ordinarium Logices & Politices publice docendae munus, luculento gratiae argumento, ei deferrent. Quam prouinciam noster suscepturus, auspicandi causa habuit orationem de *dignitate Philosophiae* conscriptam: ad quam audiendam, praeter ceteros, Generosissimum IACOBVM GVIL-

GVIL. IMHOF, Norimberga huc uenisse cum aliis uiris multa doctrina magnaque existimatione praeditis, hoc iucundiori recordatione aliquoties meminit, quo hos maiori cultu & impensiori amore per omnem aetatem fuit prosecutus. Et sic, ingressa docendi prouincia, docuit erudite & perspicue & nullos labores, nullas uigilias molestiasque defugit, quo huius Academiae decus & studiosae iuuentutis utilitas augeretur. Philosophorum ordini, Decani nomine, sextum praefuit. Consulatum Academicum binis uicibus bene prudenterque administrauit, & ubique publicae dignitatis commodique rationem habuit. (c) In reliquis etiam uitae partibus ab officio pii, moderati & candidi uiri nunquam desciuit; imprimis uero patientiae suae & animi diuina bonitate nixi praeclara semper documenta dedit. Pacem & concordiam domi forisque coluit summo studio, nec ullis unquam turbis aut litibus fuit implicitus, praeterquam in *caussa Rosenbachiana*. Nam cum A. 1703. mense Septemb. circulator ille fanaticus, &, ut uitae ipsius postmodum actae historia docet, parum sincerae solidaeque pietatis homo *Rosenbachius* Altdorfium uenisset, hominis aduenae & nondum satis explorati per nonnullas septimanas hospes ordinarius Roetenbeccius erat, & ut in aedibus suis certis horis sua meletemata proponeret, permittebat; (d) quippe qui speciosas in homine plebeio animi dotes & inusitatam dicendi orandique uim & mores ad grauitatem sanctitatemque compositos suspiceret, & ex sui ingenii candore alios aestimaret. Non multo etiam post, quem humanissime exceperat, testimonio non tantum suo, sed & aliorum Professo-

(c) In ultimo regimine nonnisi tribus studiosis per totum anni circulum poenas adiudicauit, quo raro exemplo singularis nostri prudentia gubernandi ciues haud obscure colligenda est. De malitia tamen quorundam & insecuta factorum poenitentia, his uerbis ad amicum scripsit: *multi sane studiosi, quos ad meliorem frugem reuocare intendebam, risu me exceperunt, male de me dixerunt, fenestras meas nocturno tempore lapidarunt, sed aliquot ab hinc annis ad me scripserunt magnas gratias pro moritis paternis egerunt, & delictorum ueniam petierunt. O quantas ego gratias Deo meo pro tanto cordium regimine in meliorem partem persolui! Haec mea gloria! Haec mea victoria.*

(d) De contentionibus hac occasione ortis plura legi possunt in uitis Theologorum S. R. D. ZELTNERI p. 475. seq.

Digitized by Google

rum (e) ornatum dimiſit. Non poterat non ob has cauſas noſter in ſuſpicionem incurrere, ac ſi prorſus a partibus Roſenbachii eiusque ſimilium ſtaret. Hinc ILLVSTRIS SENATVS NORIMB. tum concordiae ſtabiliendae gratiaa, tum ut famae totius Academiae certius conſuleretur, decretum ſolenne religionis A. 1707. d. 20. Octobris publicauit, cui Roetenbeccius etiam cum Collegis quibusdam *pure ſimpliciterque* ſubſcriberet, ne impoſterum & patriae & exteris de pura fidei doctrina ſuſpecti eſſent. Sed noſter quanta potuit moderatione, recuſauit hanc operam, ob uarias cauſas, (f) promiſit tamen, ſe nullo tempore & loco, neque in publicis priuatisue lectionibus talia prolaturum, quae uel ullo modo publicato decreto eſſent contraria. Quanta fide & integritate hoc promiſſo *Vir optimus* ſteterit & uita eius ſumma tranquillitate peracta loquitur, & quae ſiue in publicum edita, ſiue MSta nobis ſuperſunt, monumenta teſtantur. (g) Quod ſi meum qualecunque ad tuendam

(e) Quos inter etiam erat parens meus poſt fata pie colendus, a *Storrio* ideo male exceptus, ſed a S. R. Langio in reſpontione ad *Storrium* optime excuſatus.

(f) Quarum potiores erant 1) quod delicti alicuius commiſſi aut erroris in doctrina puriori nondum ſit conuictus; 2) quod ob dubiam in nonnullis articulis, de quibus coram iudicio, ſi opus ſit, uellet reſpondere, conſcientiam, non poſſit ſubſcribere: 3) quod philoſophicarum ſaltem diſciplinarum eſſet Profeſſor, ſubſcriptio uero talis a Theologis tantum requiri poſſet &c. &c.

(g) Ita enim in litteris ad Ill. Senatum Norimb. de ſe ipſo ſcripſit: Mein Enthuſiasmus beſtehet darinnen, *daß ich vveiß an vvem ich glaube, daß ich GOtt in Geiſt und in der Warheit zu dienen und eine neue Creatur in Chriſto zu vverden trachte, die der Geiſt Chriſti leite, regiere und führe, die göttliche Warheiten und* myſteria *in ihr verſiegle, damit in Krafft dieſes Geiſtes über Sünd, Tod, Teufel und Hölle endlich* triumphiren, *und mit denen Uberwindern einſtens das ſchöne Erb erlangen und einnehmen möge; vveil der da überwindet alles mit Chriſto erben ſoll.* Von keinen andern Enthuſiasmo, der mir beyvvohnen ſollte, vveis ich, auch von keiner andern Erleuchtung, als vvelche Krafft des gevvöhnl. Segens über mich und alle Zuhörer in der Kirche geſprochen vvird (*daß nemlich der HErr ſein Antlitz über uns leuchten laſſen ſolle*) *auf mich kommen mag; vveil dieſer Segen ia auch an mir verhoffentlich nicht vergeblich und ohne allen effect ſeyn vvird. Ob es gleich aber meinen Widerſachern meiſters darum zu thun ſeyn mag, daß vveil ich keinen Sprung mehr in die Welt mit ihnen thun, ſondern vielmehr mit meinem Heyland Chriſto es beſtändig halten, und von ihm mich nicht trennen laſſen vvill, ſie mich durch dergleichen* infame *Nahmen da und dort nur verhaßter machen, und um die noch übrige hohe Gunſt und Gnade meiner* Patronen *und Wohltäter gar bringen mögten, ſo laſſe mir doch deswegen gar nicht leid ſeyn, ſondern vertraue meinen lieben GOtt, und freue mich vielmehr um Chriſti willen alſo*

Digitized by Google

dam illius non fucatae pietatis famam aliquid ualet teſtimonium, ex rei ueritate aſſerere poſſum, me per duos fere annos, una cum filio, horis quidem priuatiſſimis, quibus plerumque liberiori uti ſolemus ſermocinatione, docentem ne uerbulum quidem audiuiſſe, quod puriori doctrinae & libris ſymbolicis fuiſſet aduerſum. Si quid illi forte, (quod nonnulli ſibi perſuadent) ſingularium opinionum ex lectione ſcriptorum, quae *myſtica* uocant, *priuatim* adhaeſit, certum eſt, eo nunquam penetrauiſſe, ut fidei ſalutaris, quae in Chriſti ſanguine, meritoque unice requieſcit, *fundamentum* labefactaret. Hanc enim uiuens ualensque ſemper profeſſus eſt puram ac intemeratam, Vir ab omni ſimulandi arte alienisſimus, alienus quoque a faſtu & fiducia propriae ſanctitatis: in hac denique fide, coram pluribus teſtibus, etiam ex Theologorum ordine, aperte declarata, pie placideque decesſit. Reſtat ut familiae quoque, tribus, quod aiunt, uerbis mentionem faciamus. Vxorem duxit, *Catharinam Sibyllam*, FELWINGEEI ſupra laudati filiam (h) cum qua ſex filias (i) & unicum filium

O o 2

verläſtert und verfolgt zu werden: halte ſonderl. auch dieſes iezige, was von beſagten meinen aduerſariis *ſchon längſten wieder mich mag ausgeſonnen und nunmehr angeſponnen ſeyn, vor* nubeculam mox tranſituram, *als die mir zwar vieler hohen* Patronen *heiteres Angeſicht ein wenig zu bedecken und zu verbergen ſcheinen, vielleicht aber, ſo bald die hellglänzende Sonne der Warheit dieſelbe* diſſoluiren *wird, bald wiederum ſich verliehren, hingegen das freundl. und gnädige Antlitz meiner hohen* Patronen *in ſeinen vorigen Glanz wiederum hervorſcheinen, und mir alsdann deſto erfreulicher und geneigter ſeyn mögte.* Tantum Roetenbeccius loco excuſationis.

(h) Vti percepi, cum adhuc eſſet Inſpector Alumnorum Noricorum & Oeconomiae; ſed non diu poſt Profeſſionem Philoſophiae rationalis extraordinariam obtinuit.

(i) Quarum tres aetate tenera ante Matrem deceſſerunt, tres uero ſuperſunt, quae hodie uirtutum ornamentis nulli matronarum concedunt, & ex quibus duos nepotes totidemque neptes prodiiſſe, Anus maximopere laetabatur. Natu maior eſt *Helena Suſanna*, conſultiſſimo Viro IOH. WIGANDO, Iudici prouinciali in comitatu Waldeccenſi A. 1708. feliciter nupſit. Altera *Catharina Suſanna* A. 1705. in manum conuenit Amplisſimi & iuris peritia commendatiſſimi ANDREAE MERCKELII, III. Reip. Norimb. a commentariis tabulisque publicis, iam quoque Primicerii. Tertia IVSTINA SIBYLLA primum A. 1707. TOB. BOETICKIO Med Doct. & Practico elocata fuit, hocque rebus humanis exempto, cum uiro Excell. nunc quoque defuncto, LEONH. CHRISTOPH. STVRMIO, tunc temporis Matheſ. in Acad. Viadrina Profeſſore celeb. coniuncta, beate feliciterque uixit, & uidua obitum perdilecti mariti nunc deplorat.

Digitized by Google

ium *Ioannem Paulum* (k) accepit. Quemadmodum autem tam bonae ſobolis mater felicisſima, iam anno 1708. fatis concesſit, ita carisſimus maritus eam quatuordecim fere menſium interuallo, ſecutus eſt. Etenim cum eius corporis uires multis curis laboribusque & aetate ingraueſcente maximam partem iam exhauſtae uiderentur, ipſe graui morbo oppreſsus eſt, dum aluo adſtricta, acerrima inteſtinorum tormina patienter ſuſtinuit. (l) Cui malo propulſando, licet idonea quaeque remedia fuerint applicata, tamen abdomen maiorem in modum intumeſcebat, & uis caloris praeter naturam augebatur. Quapropter noſter aeternae felicitati, ad quam ſemper animo contenderat, propius ſe praeparauit & inter preces atque ſuſpiria circumſtantium d. XV. Cal. Martii A. cIↃIↃCCX placidisſime expirauit. (m)

EPITAPHIVM.

DESIIT. IN. TERRIS. PHILOSOPHARI.
GEORGIVS. PAVLVS. ROETENBECCIVS.
CVIVS. SVMMA. PHILOSOPHIAE.
FVIT.
ASSIDVA. MORTIS. MEDITATIO.
VENERABERIS. EIVS. CINERES.
SI. MORES. ET. MERITA. COGNOVERIS.
NORIMBERGAE. XVIII. CAL. MAII. A. C. cIↃIↃCXLVIII.
FELICITER. NATO.

VIR-

(k) I. V. C. & p. t. illuſtriſſ. COMITIS DE LEININGEN-WESTERBOVRG a commentariis Viennae Auſtr. ad explendam paternarum uirtutum menſuram gnauiter contendentem.

(l) Id quod ex reſponſo patet, quod quaerenti Medico, ſocero uenerando meo, quomodo ualeret? his dedit uerbis: *Die Schmerzen hat GOtt in etwas gelindert, und mir ſo viel Kräffte gegeben, die folgende mit deſto gröſſerer Gedult zu ertragen.* Et alio tempore ad eundem dicebat: Herniae ſectionis dolores, alias non mediocres, memoria Saluatoris mei IEſu Chriſti parum ſentire fecit.

(m) Symbolum noſtri erat: *Conſcientiae ſi ſatisfiat in famam non laboro.* Onomaſticum uero pro diuerſitate ſtatus, in quo uiuebat, duplex ſibi elegit. Primum erat: *Gaudet Prudentia Recto.* Alterum: *Gignit Patientia Robur.* Et certe multis afflictionibus a Deo tentatus & in iis probatus, haec iure ſcribere poterat.

Digitized by Google

VIRTVTIS. INGENVAE. SEMINA. PARENTES.
PRAECEPTORES. CVLTVM. DOCTRINAE.
AT. PATRIA. BENE. RECTEQVE. AGENDI. OCCASIONEM.
SVGGESSERE.
PVBLICO. MVNERI. DOCENDAE. IVVENTVTIS. ACADEMICAE.
ADMOTVS.
ITA. VIXIT. VT. DOCERE.
ITA. DOCVIT. VT. VIVERE. EVM. QVAM. DIVTISSIME.
ACADEMIAE. INTERFVERIT.
PRISCI. CANDORIS. EXEMPLAR.
TAM. LAEDERE. NEMINEM. QVAM. LAEDI. A. NEMINE. POTVIT.
SVMMAMQVE. CEPIT. VOLVPTATEM.
QVOD. HVIVS AEVI. VOLVPTATIBVS. NON. CAPERETVR.
REBVS. IN. ADVERSIS. PLACIDVS.
IN. SECVNDIS. MODESTVS.
VBIQVE. PIVS. EXTITIT.
IN. ORNANDA. PROVINCIA. SVA.
SIBI. LABOREM.
ORBI. LITTERATO. FRVCTVM.
DEO. GLORIAM.
HOC. EST.
SVVM. CVIQVE. SEMPER. TRIBVIT. ATQVE. VINDICAVIT.
TANDEM.
D. VX. CAL. MAII. A. C. IↃIↃCCX.
AD. COELESTEM. ACADEMIAM. DIVINITVS. EVOCATVS.
NVNC. IPSO. DOCENTE. DEO.
EAM. HAVRIT. SAPIENTIAM. CVI. NIHIL. DEEST.
ET. EA. FRVITVR. FELICITATE.
QVAE. EST. SANCTISSIMA.
INTERIM.
ILLVD. ACADEMIAE. IACTVRAM. SOLATVR.
QVOD. VIRTVTIS. IMAGINEM. EXEMPLO. SVO.
FIDELIQVE. INSTRVCTIONE.
MVLTORVM. ANIMIS. IMPRESSAM.
RELIQVIT.
F. A.

Digitized by Google

Scripta ab eo in publicam lucem edita, ſecundum annorum ſeriem locata haec ſunt:

DISSERTATIONES.

1. De corpore ſeu materia, Praeſide *I. C. Sturmio*, Alt. 1670.
2. De cognitione naturali, ℞. *Georg. Michaeles*, Norimb. 1673.
3. De cognitione nat. ℞. *I. H. Merclino*, Vlmenſi, Ienae 1673. (n)
4. De origine mentis humanae, ℞. *G. C. Feuerlino*, Nor. Alt. 1676.
5. De quaeſt. an uir pius, a latrone inuaſus, cum huius internecione ſe poſſit defendere, R. *Georg. Dugelmanno*, Alt. 1677. (o)
6. De abſtractione, ℞. *Ge. Herburgero*, Nor. Alt. 1680. (p)
7. De hominum quorundam ex infimo gradu ad ſummi honoris faſtigium aſcendentium fortuna, ℞. *Daniele Tietzmanno, Riga-Liuon.* Alt. 1682. (q)
8. Triga Quaeſtionum Philoſophicarum, 1683. ℞. *Daniel Tietzmann*, Riga-Liuon.
9. Theſes Philoſophicae, 1684. ℞. *I. Vl. Haffner*, Ditenhofio-Franco.
10. De Qu. An Princeps ſit ſolutus legibus, 1684. ℞. *Euthalio Sigiſ. Lupin*, Memminga-Sueuo.
11. De principio Ariſtotelico impoſſibile eſt &c. & Carteſiano Cogito &c. 1685. ℞. *Albert. Benedic. Boccio*, Oettinga-Sueuo.
12. De Monſtroſa Aequiuocatione Ratione ſtatus, 1685. ℞. *Chriſt. Albert, Riedero*, a Kornburg & Harlach.
13. De Qu. an leges ciuiles obligent in conſcientia, 1686. ℞. *Iacobo Eberharto Preuſen*, Holſato.
14. De Syllogismo Hypothetico ſeu Conditionali, 1682. ℞. *Ioh. Georg. Bolſter*, Norimb.

15. De

(n) Has duas diſſert. contra *Sperlingium* & Kippingum habuit.
(o) Negatiuam amplectitur auctor ſententiam, quam uero in uariis ſcriptis refutatam deprehendi.
(p) Sex has diſſertationes ante demandatam Profeſſionem edidit.
(q) Hanc diſſertationem ſocer, *Felwingerus*, ſub prelo ſudantem, moribundus reliquerat, hinc praeſidis uices noſter tantum ſuſtinuerat.

Digitized by Google

15. De Quaeſt. Logica, an Modi Syllogismorum dentur Indirecti, 1687. ℞. *Georg. Ieremia Hoffmanno*, Altdorff.

16. De Reductione Syllogismorum Categoricorum, 1688. ℞. *Iob. Ludou. Spoerelio*, Altdorfino Norico.

17. De Humanae Mentis operationibus, 1688. ℞. *Guil. Bechmanno*, Norimb.

18. De anguſtia & imbecilitate Intellectus hum. cum rerum euidentia non collidenda, 1688. ℞. *Iacob. Chriſt. Roth*, Sulisburg.

19. De Quaeſt. an liberi maiora beneficia dare Parentibus poſſint, quam ab eis acceperunt, 1690. ℞. *Chriſt. Daniel Diſtel*, Greuenberga Norico.

20. De Moderatione Imaginationis in inquirenda rerum ueritate, 1691. ℞. *Mich. Weber*, Poëſinga-Hungaro.

21. De Intemperantia Philoſophiae Stoicae, 1691. ℞. *Iob. Iacob. Hartmann*, Norimb.

22. De Praedicabilium Numero, 1691. ℞. *Iob. Mart. Schmidio*, Norimb.

23. De Qu. an Mens recte definiatur per ſubſtantiam cogitantem, 1692. ℞. *Iacob. Iuſto Haffnero*, Norimb.

24. De Quaternio Cauſarum Numero, 1692. ℞. *Leonhardo Lochnero*, Norimb.

25. Miſcellaneae Theſes, 1693. ℞. *Auguſt. Alberti*, Laufa-Norico.

26. De Definitione Hominis uulgari; Quod ſit Animal Rationale, 1695. ℞. *Iob. Daniel Eſpero*, Lenckershemio-Franco.

27. De Maieſtate motui analoga, 1697. ℞. *Ioachimo Negelein*, Norimb.

28. De uulgari ſcientiarum diuiſione in Theor. & Pract. 1698. ℞. *Andrea Andreae Dyſing*, Holmia-Sueco.

29. Discuſſio argumentorum, quibus praxis infra Theoriam &c. 1698. ℞. *Iob. Daniel Herrnſchmidio*, Bopfinga-Sueuo.

30. Analecta miſcella, 1699. ℞. *Io. Alex. Doederlino*, Weisſenb. Nor.

31. De Dominio Maris, 1699. ℞. *Maur. Guil. Böhmer*, Altdorf.

32. De

32. De Aequipollentia Modalium, 1699. ℞. *Christ. Iacob. Pellero*, Norimb.

33. De ciuitatis causa efficiente, 1700. ℞. *Iob. Leonh. Kulmich.* Norimb.

34. De Aquis supra Coelestibus, 1701. (r) ℞. *Iob. Esa. Höchstetteto*, Weissenburgo-Norico.

35. De Impotentia Rationis in Pneumatica, 1702. ℞. *Bernhard Gualthero Marpergero*, Holsato.

36. De Autodidactis, 1704. (s) ℞. *Georg. Christ. Ponbölzel*, Hersbrucco-Norico.

37. De Moderamine sensuum in inquirenda ueritate, 1705. ℞. *Iob. Iacob. Pfitzer*, Norimb.

38. De Aristotelicae Philosophiae diuisione, 1705. ℞. *Andrea Theophilo Amberger*, Altdorfino-Norico.

39. De Variis Regna consequendi modis, 1706. ℞. *Henrico Etlinger*, Furtho-Norico.

40. De Dominii Eminentis distinctiore Conceptu, 1707. ℞. *Iob. Frid. Bilger*, Stutgardia-Würtembergico.

41. De Priuilegiis Ingeniorum errantium, 1708. ℞. *Christ. Volland*, Norimb.

42. De quibusdam studiorum molestiis, 1709. ℞. *Mag. Melchior. Schultz*, Norimb.

43. De Stoicorum & Peripateticorum circa gradum necessitatis bonorum externorum, ad summam beatitudinem, disceptatione, 1709. ℞. *Iob. Colmar*, Norimb.

44. De Argumento Cartesii, pro Existentia Dei probanda, ex Idea Dei innata desumto, & ab obiectionibus liberato, 1710. ℞. *Georg. And. Willio*, Velda-Norico. (t)

ORA-

(r) In hanc disfert. animaduersiones scripsit *Iob. Phil. Odelemius.*

(s) Haec disfertatio magis paraenetica quam historica est, ut bene obseruat, Cl. REIMMANNVS in P. IV. H. L. G. p. 411.

(t) Verus auctor huius Disfertationis Roetenbeccius est, licet sub praesidio b. Molleri fuerit uentilata.

Digitized by Google

ORATIONES PVBLICAE.

Oratio de Philosophiae Aristotelicae per singulas aetates fortuna uaria, 1686.

Duae inaugurales iunctim editae, *altera* de Dignitate Philosophiae in genere; *altera* de Dignitate Practicae & Theoreticae, 1681.

Duae in actu Promotionis habitae, *altera* Gratulatoria Brittaniae de Rege Wilhelmo; *altera* Inuectiua in Regem Galliae Ludouicum XIV. 1682.

PROGRAMMATA.

1. Ad Orat. *Eschenbachii* in laudem Athanasii, quae Oratio graece fuit conscripta, A. 1682.
2. ——— Graecam *Hoegeri*, in laudem Chrisostomi, 1682.
3. ——— Graecam *Boccii*, de Muhamedis Vita & Moribus, 1683.
4. ——— Latinam *Titii*, de nimia amplificandi Imperii libidine, 1683.
5. ——— *Werenbergeri*, de Optima Republica, 1698.
6. ——— *Pfeifferi* Parentalem, 1699.
7. ——— M. *Reuschii*, de Felicissima summorum Foederatorum expeditione Belgica in Catalonia, Brabantia &c. 1707.
8. ——— *Woelckeri*, in laudem Annae Reg. Angliae, carminice conscriptam, 1707.

PRAETER HAS DISSERTATIONES ET PROGRAMMATA

1. Edidit in usum florentis Gymnasii Norimbergensis iussu Superiorum Logicam, in qua ueterum iuxta & recentiorum Philosophorum utilissima praecepta collegit, Francofurti & Lipsi 1703. in 8. (u)

(u) Cum opus hocce praeter omnem spem & opinionem nimis uastum euaserit, consensu b. auctoris in compendium illud redegit uir optime meritus, nunc beatus, M. *Iob. Vir. Stoer*, Diaconus ad D. Laurentii A. 1709. in 8.

Digitized by Google

2. Diuinae Prouidentiae illuſtre argumentum e Ludouici XIV. Gallicae Regis mirandum in modum depreſſo faſtu erutum, & in Apollinis Parnaſſo merito repraeſentatum ab Irenophilo, cum annexis aliis nonnullis eidem materiae affinibus. Eleutheropoli MDCXCV. pl. 4. (x)

INEDITA ROETENBECCII.

1. XXV. Diſſertationes in Ariſtotelis librum περὶ ἑρμηνείας ab A. 1689.
2. XXX. Diſputationes ſub titulo *compendii logici* uentilatae, in quibus agit de natura Logices, de praedicabilibus, ante praedicamentis, categoriis, praedicamentis, poſt praedicamentis &c.
3. Diſſertatio de Philoſophiae ſignificatibus ac definitione.
4. Diſſert. de Philoſophiae diuiſione I. II. IIIia.
5. Diſſert. de praeſtantia Philoſ. practicae.
6. Diſſert. de uariis politici ſignificatibus.
7. Diſſert. de aliis quibusdam ideam politicam ſpectantibus.
8. Diſſert. de Scriptoribus politicis.

COLLEGIA AB AVDITORIBVS EXCEPTA.

1. Politicum, ad *Cellarii* politicam.
2. Ethicum, ad *Iob. Conr. Dürrii* inſtitutiones.
3. Annotationes ad *Pufend.* lib. de O. H. & C.
4. Annot. ad *Hornei* compend. Logices.
5. Annot. ad *Boecleri* inſtitutiones politicas.
6. Annot. ad *C. Weiſii* nucleum politicum.
7. Annot. ad ſyſtema Erneſtinum Phyſ.
8. Annot. ad Cel. *Buddei* Philoſ. theoreticam & practicam.
9. Collegium horologicum A. 1685. habitum. 1. Alph. 9. *Bogen.*

M. IOAN-

(x) Huius ſcripti rariſſimi hodie, uerum auctorem eſſe h, Roetenbeccium ex filio perceepi.

Digitized by Google

M. IOAN. GVIL. BAIERVS.

VAcante ex obitu b. STVRMII Profeſſione Phyſica & Mathematica, a PERILLVSTRI SENATV NORIMBERGENSI ad hoc munus A. cIↃIↃccIII electum ſe cognouit. Quinquennium exegit in iſta ſtatione non ſine ſucceſſu. Cum uero A. cIↃIↃccIX. discesſuS. R. D. Langii locus in Facultate Theologica & Miniſterio Eccleſiae uacuus esſet factus utrumque munus in Baierum eſt collatum. Quapropter uitam uide in uitis Theologorum Altdorf. S. R. D. Zeltneri p. 503. cui licet unum alterumue posſit addi, commodiori tamen loco id fieri poterit in ſupplementis ad uitas Theologorum, quae iam Celeb. Auctor ad edendum habet parata.

* * *

Iam uero, poſtquam per ineffabilem Dei gratiam (cui pro concesſis uiribus debitas perſoluo gratias) deſcripſi uitas Altdorf. Profeſſorum Philoſophiae pie defunctorum, reliquum esſet, ut hodie ſuperſtitum glorioſam uitam dignis laudibus commemorarem. At enim uero tanta nomina, omnium eruditorum ſermone celebrata, laudes meas ſupergrediuntur, & eorum ſingularis modeſtia uetuit, ne plura ſcriberem, quam quae propria manu conſignata, benignisſime mecum communicarunt. Interim tamen adiieci indicem accuratum omnium ſcriptorum editorum plura non addens, niſi pium & ex ſincero corde profectum uotum, uelit Deus T. O. M. omnes & ſingulos, cum reliquis Collegis honoratisſimis, quam diutisſime conſeruare qua mentis, qua corporis uiribus ſaluos & incolumes, ut per eos ſtet gloria Philoſophiae Altdorfinae, augeatur & ad poſteros propagetur per plurima ſecula.

Digitized by Google

CHRISTIANVS GOTLIBIVS SCHVVARZIVS.

Vitae huius curriculum ingressus est A. S. R. cIↃIↃCLXXVII, in antiquo Misniae opido, quod Leisnicium appellatur. Pater ei fuit *Paulus Matthias Schvvarzius*, uir doctus et pius, atque scholae Leisnicensis Rector supra annos quinquaginta bene meritus; Mater, recti exempli femina, *Elisabetha*, *Abrahami Kunzii*, Consulis Leisnicensis, filia. Horum ergo Parentum cura educatus, et paterno studio primis in annis institutus, sensim adoleuit. Cum uero Pater senio iam ingraueseeret, A. cIↃIↃCLXXXIX missus est Lipsiam in aedes conuictumque cognati sui, *Henrici Wilhelmi Meyeri*, qui Senatus Lipsiensis fuit a rationibus primariis: a quo benigne habitus, atque uiri humanissimi, *M. Io. Gideonis Gellii*, qui hodie Scholae Dresdensium ad D. Crucis laudabilissime praeest, disciplinae traditus, in consortio *Olearíorum* iuniorum, iam tum in decus rei literariae adolescentium, prima literarum fundamenta feliciter iecit. Patre uero haud ita diu post rebus humanis erepto, A. cIↃIↃCXCI locum obtinuit inter Alumnos, qui in illustri Gymnasio Grimmensi PR. ELECTORIS Saxoniae munificentia regioque sumtu aluntur, bonisque artibus dexterrime imbuuntur. Inuenit ibi tunc temporis uiros doctrina eximios, *Tobiam Petermannum*, *Io. Wolfgangum Schoenbachium*, *Georgium Ermelium*, et *Samuelem Iacobi*, qui in ipso amplectendo et instituendo singularem fidem beneuolentiamque comprobarunt. Ex hac ingeniorum officina A. cIↃIↃCXCVI digressus, nihil magis in uotis habuit, quam ut in Academia Lipsiensi studiorum Academicorum rationes constitueret: sed res ita tulit, consilio inprimis et opera b. fratris sui, M. *Pauli Henrici Schvvarzii*, ut in domum familiamque ueniret HERMANNI VVOLFRAMSDORFII, multarum insignium clientelarum dynastae, et antehac in augusta PR. ELECTORIS Saxoniae aula Ministri primarii summique *Marescballi*; cuius nepotibus propaginis Schleinizianae instituendis admoueretur. Tanti Maecenatis gratiam ut fide

Digitized by Google

CHRISTIANVS GOTLIBIVS SCHVVARZIVS
Leisniga - Misnicus
In Academia Altorfina ab A. CIↃIↃCCIX
Morphium, Oratoriae et Poetices Professor
Publicus Beneficiariorum Noricorum Inspector
Ordinis Philosophici Senior et h. t. quartum
Decanus.

sculpt A. 1722

Digitized by Google

Digitized by Google

fide et industria sibi conciliabat; ita et postea luculentis eiusdem beneficiis adiutus ornatusque est. A. cIↃIↃCXCVIII, impetrata benignissimi Heri sui uenia, ex uoto contulit se Lipsiam, nihilque prius atque antiquius habuit, quam ut in tam illustri Musarum sede duces studiorum idoneos sequeretur. Prae ceteris autem multo studio coluit uirum de re sacra et litteraria immortaliter meritum, eoque tempore Graecas Latinasque litteras magno cum applausu publice docentem, GOTFRIDVM OLEARIVM; cuius hortatu et institutione se ad meliora pro uiribus tentanda excitatum esse, et cui inprimis acceptum ferre profitetur, quod potissimum studiorum humanitatis rationem sit ingressus. Hic ipse enim pariter, atque ADAMVS RECHENBERGIVS, cuius fama in orbe erudito intermorietur nunquam, Schvvarzium beneuole erudiendum susceperunt, et nulla non occasione consiliis atque opera iuuerunt, eiusque litterarum studia singulari commendatione liberalissime ornarunt. Praeter hos, et IO. GOTLIBIO HARDTIO, et CHRISTIANO LVDOVICO, Professoribus optime meritis, operam dedit; et illi quidem praecipuas philosophiae partes luculenter planeque tradenti auditorem se praebuit; ab hoc uero ad disputandi exercitium traductus est. Sed et Graecorum quorundam poetarum suauitates delibauit, ductu IO. GOTHOFR. HERRICHII, uiri Graece doctissimi, qui CYRILLI cognomine non raro usus est. Cum uero suasu Amicorum animum etiam ad diuiniorum litterarum disciplinam conuerteret; tradidit se Theologo meritis famaque incluto, et de rebus sacris accurate commentanti, IO. OLEARIO; cuius uoluntatem in se propensam, studiisque suis salutarem, multum expertus est. Neque minus, moderantibus institutum Doctoribus praeclare meritis, IO. CYPRIANO et IO. SCHMIDIO, de uariis religionis capitibus, cum eximiis quibusdam commilitonibus priuatim disseruit, modo defendentis, modo infitiantis, partibus functus, prout disputantium ordo tulit. Adhaec, in concionibus sacris scholisque admiratus sectatusque est GOTLOBIVM FRIDER. SELIGMANNVM et HENRICVM PIPPINGIVM, oratores grauissimos pariter atque facundissimos, qui et postea in aulam Saxonum ad primaria sacri ordinis

munia obeunda sunt euocati. Ac, ne quid necessarii in eo genere praesidii sibi deesset, linguam sanctam a GOTFRIDO OLEARIO, iam supra laudato, et M. LVD. CHRISTOPH. BLOSSIO, hausit. Vt uero in lucem literarum prodire inciperet, A. cIↃIↃcxcix, a praeside ordinis, ADAMO RECHENBERGIO, primam philosophiae lauream, cum titulo *Baccalaurei bonarum artium*, rite accepit; itemque, trimestri tempore, in templo Paullino, et panegyri Academica, duas habuit orationes Latinas; atque, auctore et moderatore M. SAM. BARTHELIO, de argumento ex historia sacra deprompto publice disputauit. Haec cum eo tempore ageret, magno rei literariae bono accidit, ut egregius in toga Heros, HERMANNVS VVOLFRAMSDORFIVS, aeterno munificentiae monimento, conuictum gratuitum XII studiosorum, curatore semper et hospite Professore quodam, in illustri Academia VVittembergensi instituereet, Schvvarzioque locum etiam sponte assignaret. De cuius benefici Maecenatis uoluntate, hic anno cIↃIↃcc I adiit VVittembergam, matrem illam litteraturae sacrorumque repurgatorum; ibique usus hospitio IO. DEVTSCHMANNI, Theologi annis meritisque grauissimi, non poenitenda industriae adiumenta habuit. Venerabilem hunc Senem, tanquam uerum iuuentutis studiosae Patrem, ueneratus est, diligenterque auscultauit, & insignia eius in se merita adhuc grato animo praedicat. Similiter alios etiam uiros, quibus illa se Academia iure meritoque effert, et adiit saepius, et studiose obseruauit; ac sigillatim in magna felicitatis parte posuit, quod in CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO uiuum reconditae summaeque eruditionis exemplum suspicere sibi licuerit: quippe a quo nunquam, nisi bonarum rerum scientia instructior, discesit, et, cum VVittemberga abiret, hoc perbenignum uitae Academicae testimonium retulit:

Ab ingenio & industria commendo Virum exquisitissima doctrina, & rectissimis moribus praeditum, M. CHRISTIANVM GOTTLIEBIVM SCHVVARZIVM, Leisniga-Misnicum, in sapientiae studiis diligenter uersatum, &, quod caput rei est, humanitatis insigniter peritum. Mihi priuatim docenti sedulo affuit, & exempla ex omni memoria repetentem audiuit, prae-

Digitized by Google

praecepta sapientiae non ex sola subtilitate, sed ex uitae utilitate aestimauit, laudesque Lipsiae partas, quotidiano labore & exercitatione auxit pariter atque confirmauit, reuera sic se gessit, ut omnibus bonis & literarum intelligentibus ualde carus, dilectusque esset. Quem praeter ceteros testimonio laudis ornandum duxi, ut patronis constaret, dignum esse SCHVVARZIVM, qui & docendi partes capessat, & de literarum studiis bene mereatur. Vitembergae Saxonum, cIↃ IↃccIII. V. Kal. Ianuar.

C. S. SCHVRZFLEISCHIVS.

Ante uero, quam ex isto doctrinarum domicilio digrederetur, iam A. cIↃIↃccI, diribitore GE. FRIDERICO SCHROEERO, tunc philosophiae, hodie Theologiae Doctore publico, summos in philosophia honores consecutus est; quorum ut publice tuendorum occasionem nanciscereturnon solum altero post anno, qui Academiae isti saecularis erat, de *Dialecto Noui Foederis* propositiones quasdam ad disputandum exhibuit, specimen istud dirigente atque ornante GE. GVILIELMO KIRCHMAIERO, Graecarum literarum Professore celeberrimo, sibique beneuolentissimo: sed ipse etiam ex superiori cathedra de *Causis dialectorum, speciatim Graecarum*, disputauit. Item et conuictus VVolframsdorfiani Conditori atque Auctori munifico, natali die LXXIII. solennem panegyricum dixit. Praeterea, cum eo tempore eruditi quidam Belgae de *morte Iudae* acriter inter se disceptarent; Schvvarzius ex ea ipsa controuersia occasionem arripuit de *morte Achitophilis* publice disquirendi; propterea quod LXX interpretes in funesto Achitophelis exitu describendo eadem usi sunt uoce Graeca, de cuius significatione tunc contendebatur. Sub initium anni cIↃIↃccIV reuenit Lipsiam, a CHRISTOPHORO PFAVZIO, Mathematum Professore et Bibliothecae Academicae Praefecto meritissimo, ad regenda unici filii studia conditione honesta inuitatus, et per quinque fere annos conuictu ceterisque rebus perquam liberaliter habitus. Paucos ibi menses denuo commoratus erat, cum, DEO prouidente, euenirent, ut eidem a MAGNIFICO LIPSIENSIVM SENATV in schola senatoria ad D. Nicolai munus Collegae III concrederetur. In quibus partibus obeundis etsi nihil praetermitteret operae; tantum tamen

Digitized by Google

men abeſt, ut a ſtudiorum Academicorum deflexerit rationibus, ut in priuatis ſcholis ſe aliosque quotidie exercuerit. Societati *Antbologorum* adſcriptus, quae inde usque a RAPPOLTI, PVFENDORFII, FELLERI, aliorumque praeſtantiſſimorum uirorum temporibus, Lipſiae floret, nunquam ſine animi uoluptate recordari poteſt, quam utiliter iucundeque iſtos hominum eruditorum conuentus frequentarit, primas quidem tunc tenente CHRISTIANO FRIDERICO BOERNERO, uiro ad diuinas humanasque literas ornandas nato, et hodie Theologo Lipſienſium primario. Ne uero nullam in Academia docendi facultatem adipiſceretur, indultu amplisſimi Philoſophorum ordinis, inter Magiſtros Lipſienſes receptus, anno cIↃIↃCCIV, de *ornamentis librorum apud ueteres uſitatis* publice diſſeruit, ita quidem, ut more Academico horis antemeridianis rationes ad obiecta reſpondendi ſolus expediret; tempore autem poſtmeridiano, commilitone in certamen adſcito uteretur. De quo argumento, inſequenti anno, alteram habuit diſputationem, qua ſibi aditum praemuniret ad locum Aſeſſoris in Philoſophorum collegio obtinendum. Inter haec, quamuis ipſi aliae etiam oſtenderentur deſtinarenturque conditiones; DEVS tamen immortalis ita rem benigniſsime moderatus eſt, ut, anno cIↃIↃCCVIII fidem operamque ſuam obſtringeret S. R. I. LIBERAE et PERILLVSTRI REIPVBLICAE NORIMBERGENSI, poſtquam ab ILLVSTRIBVS ACADEMIAE CVRATORIBVS, ſingularis gratiae documento, euocatus eſt ad capeſſendam *oratoriae* et *poeticae artis*, harumque commentationum, prouinciam, quam proxime uir celeberrimus, MAGNVS DANIEL OMEISIVS, in coeleſtes ſedes nouem ante menſes translatus, ſumma cum laude ſuſtinuerat. Vbi ergo menſe Iunio uenerat Altdorfium, eidemque *moralis* etiam *doctrinae* ratio, quae tum adhuc uacabat, ſimul deferretur; XVI Auguſti, auſpicandi cauſſa, ſolennem habuit orationem; ac praeterea, poſt obitum beatiſsimi ROETENBECCII, Profeſſoris de hac Academia optime promeriti, A cIↃIↃCCX curam inſpectionemque Beneficiariorum Noricorum, decemente incluto SVPERIORVM ordine, in ſe ſuſcepit. Quae munia ſibi concredita, diuinae bonitatis praeſidio, quoad poteſt, adhuc fideli-

te

ter tuetur; ac ſicuti res collegii philoſophorum, *Decani* nomine, iam quinctum tractauit; ita hoc ipſo tempore Rectoris Academici munus iterum gerit. Quo magis autem ſuo etiam exemplo cognouit, quanta cura, quamque munifico impendio bonarum artium ſtudia foueat ornetque haec tam ILLVSTRIS RESPVBLICA, eiusque PROCERES natalium meritorumque gloria florentiſſimi; eo acrius ſe ad explendas officii partes ſentit commoueri; eoque minus committet, ut ne deuinctiſſimae mentis ſuae argumenta, quae charta haec non capit, aliis modis pro uirili parte teſtata faciat. De familia conſtituenda cum cogitaret, ut illud adhuc addamus, d. xxx Septembr. A. clɔIɔccx domum duxit *Babaram*, filiam *Danielis Welleri*, ſpectati Norimbergenſium mercatoris; cui matrimonio nihil defuit, niſi diuturnitas, cum uxor optima, in florente aetate, d. xx Nouembr. A. clɔIɔccxii DEO plena obiit, unica filia, *Barbara*, relicta. Quam iacturam ſolaturus ſecundis uotis, d. viii Ianuarii, A. clɔIɔccxiv ſibi iunxit uitae curarumque ſociam, *Dorotheam Mariam*, filiam *Iohannis Hagenii*, qui ILLVSTRIS SENATVS NORIMBERGENSIS fuit a ſecretis rerum causſarumque ad opifices pertinentium; ex quo coniugio procreati adhuc uigent, *Iuliana Dorothea*, et *Iob. Gottlibius*. Ceterum de honore *Comitis Palatini Caeſarei*, anno clɔIɔccxiii ſibi clementiſſime decreto indultoque, AVGVSTISSIMI IMPERATORIS, et EMINENTISSIMI PR. ELECTORIS MOGVNTINI, ſummam clementiam atque gratiam, taciti potius & deuotiſſimi animi religione nunc uenerantur, quam pro uiribus plane imparibus praedicare audet. Quemadmodum uero mirificam DEI erga ſe benignitatem, ſingularemque prouidentiam, per omnem uitae curſum, euidentibus teſtimoniis expertus eſt, et adhuc ſupplex recolit; ita huic, in poſterum quoque tempus, ſe ſuosque commendat, ac, ſecundum nominis ſui ſymbolum, certo fixoque animo confidit, fore, ut etiam inter ἀκαυλα, καλαυλα, περαυλα, CHRISTI GRATIA SERVETVR.

Digitized by Google

SCRIPTA DIVERSIS TEMPORIBVS EDITA.

I. EXERCITATIONES ANTIQVARIAE ET PHILOLOGICAE.

Disputatio de *Causis Dialectorum, speciatim Graecarum*, defendente *Abrahamo Helmio*, Iahna-Misnico. VVitembergae, A. 1702.

Disputationes duae de *Morte Achitophelis, ex 2. Samuel. XVIII, 23.* defendente *VVolfg. Caspare Gerhardo*, Rausca-Silesio. VVitembergae, A. 1704. recusae ibidem A. 1722. (a)

Disputatio I. de *ornamentis librorum apud ueteres usitatis*, pro loco inter Magistros Lipsienses obtinendo; horis postmeridianis respond. *Constantino Beniamin Meese*, Leisniga-Misnico. Lipsiae, A. 1705; deinde auctior bis recusa. (b)

Disputatio II. de *ornamentis librorum apud ueteres usitatis*, pro loco in Amplissimo Ordine Philosophorum Lipsi. obtinendo. Lipsiae, A. 1706; deinde bis recusa.

Dissertatio Academica de *Oratione concinna*; defendente *Georgio Henrico Linckio*, Altorfino. Altorfii, A. 1709.

Disputatio III. de *ornamentis librorum apud ueteres usitatis*, defendente *Christophoro Stephano Kazauero*, Heroldsberga-Norico. Altorfii, A. 1711; deinde auctior recusa. (c)

Dissertatio in auguralis de *Sortibus poeticis*, respondente *Georgio Christoph. Eichlero*, Nor. A. 1711.

Dissertatio inaug. de *Poetis cyclicis*, respondente *Christophoro Beszelio*, Hiltpolsteinio-Nor. A. 1714.

Exercitatio philologica de *Fatis uocum quarundam*, defendente *Vito Hieronymo Regensus*, Norimb. A. 1714.

Σχεδίασμα φιλολογικὸν de *Collegio Vtricolariorum, ad illustrandam ueterem Inscriptionem*; defendente *Friderico Pund*, Nor. A. 1714.

Quod

(a) Recensentur in Nouis Lit. Germ. A. 1703 et 1704. Hamburgi collectis.
(b) Conf. citata Noua Lit. Germ. ad A. 1705. p. 255.
(c) Conferatur *die gelehrte* Fama P. IV. p. 223. in quo libro plures aliae eiusdem auctoris dissertationes passim recensentur.

Digitized by Google

Quod ſchediaſma deinde in Miſcellanea politioris humanitatis relatum eſt.

Exercitatio de *Auguſtorum Caeſarumque Romanorum tribunitia poteſtate*; defendente *Godofredo Graeuio*, Lipſienſi. A. 1715.

Exercitatio de *inſignibus ordinis equeſtris ueterum Romanorum*; defendente *Iohanne Iacobo Haller ab Hallerſtein*. A. 1715.

Diſputatio de *ornamentis Codicum ueterum*; defendente *Philippo Ludouico Huth*, Norimbergenſi. A. 1716.

Epiſtola de Diui FRIDERICI V, Romanorum Imperatoris, *Symbolo elementario*, A. E. I. O. V. ad Virum perilluſtrem et Generoſiſſimum, Dominum CHRISTOPHORVM FVRERVM ab Haymendorf, &c. perſcripta.

Σχέδιον φιλολογικὸν de *libris plicatilibus ueterum*; defendente *Ioh. Ignatio Vollando*, Poppenreutha-Norico. A. 1717.

Capita quaedam doctrinae antiquariae, defend. *Nicolao Webero*, Nor. A. 1719. quae deinde auctiora in Miſcellanea polit. human. ſunt. relata.

Specimen Iurisprudentiae antiquariae de *Iure Italico*, reſp. Auct. *Georgio Friderico Woelckero*, Norimb. A. 1720.

Diſputatio inaug. de *Coborte Italica & Auguſta, ex Act. Apoſt. X, 1. & XXVII, 1.* reſpondente *Ioh. Chriſtiano Knebelio*, Onoldino, A. 1720.

Exercitatio de *modo numerandae tribunitiae poteſtatis Auguſtorum Caeſarumque Romanorum*, defendente *Ioh. Georgio Graeuio*, Lipſienſi, A. 1721.

Epiſtola de *Norimberga ab ortu ſuo Imperiali & a nexu municipali libera*; ſubiuncta orationi VValdſtromerianae de *Curiis Regiis Comitiisque ante ſanctionis Carolinae tempora Norimbergae celebratis*, 1722.

Exercitatio inaug. de *Aſſectatione ueterum Romanorum*; reſpondente *Daniele Beer*, Onoldino. A. 1722.

Exercitatio inaug. de *tempore ludorum ſaecularium ſub Philippis Auguſtis celebratorum*, reſpondente *Ioh. Dauide Ellrodio*, VVeidenberga-Baruthino, A. 1723.

Exercitatio Academica ex Antiquitatibus Germanicis & Francicis de *Butigulariis*, *praecipue iis*, *qui Norimbergae olim floruerunt*, respondente *A. Iob. Hieronymo Braun*, Norimbergensi. A. 1723.(d)

Σχεδίασμα φιλολογικὸν de *antiqua numeri senarii nota*, ἐπίσημον dicta; defendente *Iohanne Ignatio Michabelles*, Norimbergensi. A. 1724.

Exercitatio de *uaria supellectile rei librariae ueterum*, defendente *Iob. Alberto Spies*, Norimbergensi. A. 1725. (e)

Expositio ueteris Inscriptionis de *Aesculapio & Hygea*, *Diis* φιλανθρώποις, *ad illustrand. Epist ad Titum Cap. III, u. 4.* defendente *Ferdinando Iacobo Baiero*, Altorfino. A. 1725. (f)

Exercitatio Academica ex antiquo Romanorum Iure de *sacrorum detestatione*, respondente *Ernesto Philippo Fein*, Marchio-Durlacensi. A. 1726. (g)

Dissertatio inaug. de *speculatoribus ueterum Romanorum*, *ad illustrand. Marci cap. VI, u. 27. & alia quaedam noui Foederis loca*; resp. Auct. *Iohanne Wilhelmo Gollingio*, Norimbergensi. A. 1726. (h)

Lemmata quaedam Antiquitatum Norimbergensium, inaugurandi caussa respondente *Andrea Buttnero*, Norimb. A. 1726. (i)

Obseruationes criticae, ad loca quaedam *Latini Pacati Drepanii*, ope Codicis MSCti illustrata; respondente *Paulo Burgero*, Norimb. A. 1727.

II. EXERCITATIONES EX IVRISPRVDENTIA NATVRALI ET DOCTRINA MORVM.

Disputatio inauguralis de *limitibus pietatis liberorum erga parentes*; respondente *Iob. Christophoro Oesterlino*, Norimb. A. 1710.

Controuersiarum Iuris N. & G. ex historia Graeca illustratarum specimen,

(d) Vid. Gundlingiana, P. XXXVI. p. 72 in quibus celeb. auctor dignis laudibus recenset hanc dissertationem, propriasque addit meditationes.
(e) Conf. Acta Franconiae erudita & curiosa. P. III, p. 204.
(f) Vid. Acta citata P. IV. p. 245.
(g) Vid. Acta cit. P. V. p. 359.
(h) Vid. Acta cit. P. X. p. 771.
(i) Vid. Acta cit. P. VI. p. 399.

Digitized by Google

men I; defendente *Iob. Iosepho Mulnero*, Norimb. A. 1711.

Earundem Controuerſiarum ſpecimen II, defendente *Io. Chriſtophoro Hvegero*, Norimb. A. 1711.

Earundem Controuerſiarum ſpecimen III, defendente *Ioanne Herdegen*, Norimb. A. 1713.

Diſputatio inauguralis de *Aemulatione, ad illuſtrand. Vellei Paterculi Libr. I. cap.* XVII; reſpondente *Carolo Friderico Lochnero*, Furtho-Norico. A. 1713.

Diſputatio de *Affectuum morali aeſtimatione*; defendente *Auguſto Gottlob Petermanno*, Lipſienſi. A. 1713.

Praefatio breuis: *an Athei ſint refutandi?* praemiſſa Hiſtoriae Atheismi, a D. Ienkino Thomaſio, Cambro-Brittanno, editae Altorfii, A. 1713.

Praefatio de λογομαχίᾳ uirorum eruditorum in doctrina affectuum, praemiſſa Laelii Peregrini, Philoſophi & Oratoris Romani, Libro ſingulari de *noſcendis & emendandis animi affectibus*; itemque Vincentii Placcii *ſuccinctae Hiſtoriae ſtudii moralis*. Lipſiae, A. 1713, apud I. F. Gleditſch.

Epiſtola gratulatoria, in qua de *primo doctrinae moralis principio* agitur; adiecta Georgii Alberti Hagendornii *Ethicae tripartitae*, curante V. CL. Iohanne Conrado Hagendornio, editae Norimbergae, A. 1715, apud A. I. Felſeckerum.

Diſputatio inaug. de *Abuſione abſtractionis Metaphyſicae in doctrina morum*; reſpondente *Georgio Chriſtophoro Feuerlino*, Norimbergenſi. A 1717.

Diſputatio inaug. de *falſa methodo dirigendae intentionis*, reſpondente *Iob. Carolo Beheim*, Norimbergenſi. A. 1717.

Controuerſiarum Iuris N. & G. ex hiſtoria Graeca illuſtratarum Specimen IIII. defendente *Ioh. Osvvaldo*, Eibachio-Norico. A. 1718.

Praefatio de *Ordine tradendae Iurisprudentiae Naturalis*, praemiſſa Iohannis Schefferi *Grotio enucleato*, recuſo Altorfii a Kohleſio, A. 1719.

Disputatio inaug. de *piis fraudibus*; respondente *Christophoro Carolo Stoerio*, A. 1719.

Disputatio de *iure victoris in res deuictorum incorporales*; defendente *Iohanne Iacobo Pellero de Schoppersbof*. A. 1718.

Disquisitio I *Problematum iuris Naturae & Gentium*, respondente *Iohanne Mauricio Fichtnero*, Altdorfino. A. 1722.

Disquisitio II *Problematum I. N. & G.* respondente *Iohanne Christophoro Kreß a Kressenstein*. A. 1723.

Disquisitio III *Problematum I. N. & G.* resp. *Andrea Goezio*, Norimbergensi, A. 1724.

Disputatio de *iure hominum nascisturorum*, respondente Auctore, *Ioh. Alberto Spiesio*, (k) Norimb. A. 1725.

Disquisitio IV *Problematum I. N. & G.* respondente *Carolo Alexandro Grundherr ab Altenthan*. A. 1726. (l)

Disquisitio V *Problematum I. N. & G.* respondente *Wolfgango Andrea Merkel*, Norimbergensi. A. 1726.

Disquisitio VI *Problematum I. N. & G.* respondente *Carolo Christophoro Oelhafen, de Schoellenbach & Eismannsberg*. A. 1727.

III. SVB ALIENO PRAESIDIO

A. 1699. Lipsiae disputauit de *Sadducaeis*, praeside & auctore *M. Samuele Barthel*, Grimmensi.

A. 1702. VVittembergae, ex philologia Graeca, de *Dialecto Noui Testamenti*, propositiones quasdam ad disputandum proposuit, Praeside GE. GVIL. KIRCHMAIERO, Graecarum literarum Professore celeberrimo.

IV. ORATIONES QVAEDAM TYPIS EXSCRIPTAE.

Oratio panegyrica, Diuo IOSEPHO, Augustissimo Inuictissimoque Romanorum Imperatori, &c. auctoritate iussuque publico illustris

(k) Vid. Acta Franconiae erudita & curiosa P. IV. p. 255.
(l) Vid. Acta citata, P. V. p. 373.

Digitized by Google

Iuſtris SENATVS NORIMBERGENSIS in Academia Altorfina III Cal. Quinctil. A. 1711 dicta. Quae Oratio deinde recuſa, & a V. Cl. Lunigio, inter Orationes Procerum & ad Proceres habitas relata eſt.

Oratio Genethliaca, Sereniſſimo Archi-Duci Auſtriae & Principi Aſturiae, LEOPOLDO, &c. idibus Aprilibus A. 1716 nato, auctoritate & iuſſu illuſtris SENATVS NORIMBERGENSIS in Academia Altorfina dicta. Quae deinde relata eſt in Clariſſ. Virorum Orationes ſelectas, a Io. Erhard Kappio, Lipſiae A. 1722 editas.

Laurus Getica, ſiue *carmen lyricum* Auguſtiſſimo Inuictiſſimoque Principi ac Domino, Domino CAROLO VI, Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, &c. *Caeſis Ottomannis & BeLLogra-Do eXpVgnato*, publico NVTRITORVM ACADEMIAE ALTORFINAE iuſſu, demiſſiſſimo cultu inſcriptum. *fol.*

Oratio panegyrica, Diuae ELEONORAE MAGDALENAE THERESIAE, Coronatae Romanorum Auguſtae, &c. 19. Ian. A. 1720. coelo receptae, iuſſu & auctoritate illuſtris SENATVS NORIMBERGENSIS in Acad. Altorf. dicta. fol.

Oratio ſolennis NOVO ACADEMIAE ALTORFINAE SAECVLO iuſſu & auctoritate *illuſtrium Academiae* NVTRITORVM, III Calend. Quinctil. A. 1723. dicta; quae inſerta eſt *Actis ſacrorum ſaecularium Academiae Altorfinae*, ab eodem auctore digeſtis & in ordinem redactis. (m)

Panegyricus, HERMANNO de VVOLFRAMSDORF, in Auguſta Saxonum Aula quondam Miniſtro primario & ſummo Mareſchallo, &c. publice dictus VVitembergae, A. 1702. (n)

* * *

Miſcellanea politioris humanitatis; in quibus uetuſta quaedam monimenta, et uariorum ſcriptorum loca illuſtrantur. Accedit nominatim

(m) Vid. Acta Erudita Franconiae, P. VIII. p. 519.
(n) Recenſetur in Nouis lit. Germ. ad A. 1703. p. 410.

Digitized by Google

natim *Metii Voconii Oratio Tacito Augusto dicta*, & nunc e Codice MSC. recognita. 4. Norimbergae apud VVolfgangum Mauricium Endterum. A. 1721. (o)

COSMAE, Pragensis Ecclesiae Decani, *Chronic. Libri* III. cum uita & martyrio *S. Adelberti*, Episcopi Pragensis. Opus ad exemplar Freherianum, quod Hanouiae typis Wechelianis A. cIↃIↃcVI prodiit, recognitum, & *notis historicis illustratum*, insertumque *Menckenianis scriptoribus rerum Germanicarum*.

*

Haec designatio exercitationum Academicarum, quas diuersis temporibus edidit VIR CELEBERRIMVS, iam superiori anno seorsum est excusa; nunc sequuntur:

V. PROGRAMMATA
PVBLICO PRIVATOQVE NOMINE AB EODEM AVCTORE SCRIPTA, ET A ME ANNOTATA ATQVE IN ORDINEM REDACTA.

A. 1709.

Programma ad orationem *de Oratore in Republica*, auspicii capiendi causa habitam. Fol.

——— ad orationem *Casp. Frid. Schambergii*, Lipsiensis, *de felicitate illustris Academiae Lipsiensis, tertium originis suae saeculum sacro solemnique ritu celebrantis*. Fol. Recusum cum ipsa oratione.

——— ad orationem *Georgii Christophori Modelii*, Windesheimensis, *de gloriosa Tornaci expugnatione & subsequuto ad Bauacum proelio*. fol. Recusum est cum ipsa oratione. 4.

——— ad exequias *Iacobi Pancratii Brunonis*, Philos. ac Med. Doctoris, huiusque Professoris Primarii.

A. 1710.

Programma ad orationem *Christoph. Stephani Kazaueri*, Norimbergen-

(o) Vid. A. E. L. latina A. 1720. p. 146, & 1721. p. 422. Item Clerici Bibliothecam selectam, eodem anno.

bergenſis, de *Philoſophia morali ueterum Germanorum*; in quo *de uariis methodis legum naturalium exponendarum* agitur. 4. Recuſum cum oratione.

——— ad orationem *Franciſci de Som*, Hamburgenſis, de Glorioſiſſima uictoria ad Caeſarauguſtam obtenta. fol.

——— ad orationem *Ludou. Sebaſt. Sonntagii*, diuis Manibus perilluſtris Domini *Iob. Henr. ab Obernitz*, &c. ſacram. fol.

——— ad exequias *Georgii Pauli Roetenbeccii*, Log. & Polit. Profeſſ. Publ.

——— ad exequias *Iohannis Iacobi Voit de Wendelſtein*, in Guttenburg & Erlenſtegen.

——— ad exequias *Volckmari Chriſt. Obſtfelderi*, Legum ſtudioſi.

A. 1711.

Programma *Parentationi* ſolenni Diuis Manibus Auguſtiſſimi Inuictiſſimique Principis ac Domini, Domini IOSEPHI, Glorioſiſſimi Romanorum Imperatoris, &c. factae, praemiſſum, & cum *ſupremis Pietatis Monumentis* recuſum.

——— ad orationem *Sigismundi Iacobi Apini*, Heresbrucco-Norici, de *beneficiis Dei ſub nouo anni auſpicium celebrandis*. fol.

——— ad orationem *Iac. Theoph. Linckii*, Altorfini, de *potentiſſimorum S. R. I. foederatorum rebus ſuperiori anno glorioſiſſime geſtis*. fol.

——— ad exequias *Erh. Schadii*, de Mittelbibrach, Vlmenſis.

——— *Pauli Chriſtoph. Prenneri*, Iuris Licentiati.

——— *Ge. Mich. Nittingeri*, Theol. Studioſi.

——— *Ge. Chriſtoph. Vogelii*, Theol. Studioſi.

——— *Laur. Lud. Müllери*, Iuris Studioſi.

A. 1712.

Programma ad orationem *Samuelis Fabri*, Vohenſtruſa-Palatini, *de Seruatoris recens nati beneficiis humano generi praeſtitis*; in quo de *Sacro Taurobolio Romanorum* nonnihil diſſeritur. fol.

——— ad orationem *Aug. Gottl. Petermanni*, Lipſienſis, *de eloquentia Germanorum, imprimis ueterum*. fol.

——— ad exequias uxoris *Ioh. Guil. Baieri*, SS. Theol. D. et Prof. *Susannae Mariae*, natae *Funckiae*.

——— ad exequias *Dan. Guil. Molleri*, Philos. Prof. Altorf. et Academiae Senioris.

——— ad exequias *Georgii Schutzii*, Rectoris Scholae Altorfinae.

A. 1713.

Programma ad orationem graecam *Zach. Schubarti*, Norimbergensis, de *Iurisprudentiae & Graecae linguae studio coniungendo*. Versibus Graecis iisque Anacreonticis laudes Graecae linguae recenset. in 4.

——— ad orationem *Caroli Friderici Lochneri*, Fürtho-Norici, *de felicitate Magorum ad Christum uenerandum ex oriente profectorum*. fol.

——— ad orationem graecam *Ge. Petri Iungerti*, Norimbergensis, *de hospitalitate*. fol.

——— ad exequias *Annae Catharinae*, uxoris D. *Felicis Spitzii*, Antecessoris Altorf. &c.

——— ad exequias *Mariae Magdalenae*, uxoris D. *Henr. Hildebrandi*, Antecessoris Altorfini &c.

——— ad exequias *Christoph. Andr. Büttneri*, Poligraphi Altorfini.

A. 1714.

Programma ad orationem *Friderici Erasmi Krafft*, Sulzberga-Palatini, *de affectatis augustioribus gentium quarundam originibus*; in quo *Norimbergenses nonnulli de incluta Academia Lipsiensi bene meriti* recensentur. in 4.

——— ad orationem solennem *Georgii Friderici, Lib. Baronis de Preusing*, qua natalem diem *Serenissi. Iuuentutis* Principi, Domino *Carolo Frid. Wilhelmo*, Marchioni Onoldino-Brandenburgico &c. &c. gratulabatur. fol.

——— ad exequias *Annae Mariae*, uxoris *Ioh. Dau. Koeleri*, Philos. Prof. eiusque filiolae, *Margarethae Lucretiae*.

A. 1715.

Programma ad orationem *Felicis Henrici Hildebrandi*, Altorfini, *de mira-*

Digitized by Google

mirabili quorundam populorum & imperiorum ortu atque interitu; in quo *Norimbergenſes de incluta Academia Wittembergenſi bene meriti* recenſentur. 4.

——— ad orationem *Caroli Sigismundi Eichelsdorf*, Bambergenſis, de *pace*; in quo *Norimbergenſes de incluta Academ. Wittembergenſi bene meriti* adhuc commemorantur. 4.

——— ad orationem *Iob. Viti Ponhoelzelii*, Heresbrucco-Norici, *in laudem Heresbrucci*, oppidi Norici; in quo *Norimbergenſes de Acad. Wittembergenſi bene meritos* recenſere adhuc pergit auctor. 4.

——— ad exequias *Henrici Sonntagii*, Medicinae Cand.

——— ad exequias *Iob. Friderici Heuſii*, Theol. Studioſi.

A. 1716.

Programma *Orationi Genethliacae*, Serenisſimo Principi, LEOPOLDO, Archi-Duci Auſtriae, &c. decernente illuſtri *Senatu Norimbergenſi*, in Academia Altorfina dictae, praemiſum, & cum Oratione recuſum. fol.

——— ad orationem *Iob. Frid. Bonhoeferi*, Hala-Sueui, de *Diis conſeruatoribus commentitiis ueterum paganorum*; in quo adhuc *Norimbergenſes de Academi VVittemb. bene meriti*, recenſentur. 4.

——— ad orationem *Iob. Ioach. Halleri de Hallerſtein, de magnarum illuſtriumque familiarum Supplemento per adoptionem*. fol. Recuſum eſt cum ipſa oratione. in 4.

A. 1717.

Programma, quo ſignificabantur *ſolennia Iubilaei Lutherani* II, ab Academia celebranda.

——— ad orationem *Iob. Osvvaldi*, Eibachio Norici, de *magnis mundi uicisſitudinibus*; in quo *Norimbergenſes quidam de incluta Acad. Ienenſi bene meriti* recenſentur.

——— ad exequias *Felicis Spitzii*, I. V. D. & Antecesſoris primarii in Acad. Altorfina.

——— ad exequias *Guſtaui Gabr. Imhofii*, praefecti oppidi Altorfini.

——— ad exequias *Chriſtoph. Sonntagii*, SS. Theol. Doct. et Prof. Primarii in Acad. Altorf.

A. 1718.

Programma ad orationem *Iob. Ignatii Vollandi*, Poppenreutho-Norici, de *Meritis Philippi Melanchthonis in rem litterariam Norimbergenſium*; in quo *Norimbergenſes de Acad. Ienenſi bene merito*, recenſere auctor pergit.

——— ad exequias *Mariae Chriſtianae*, ortu *Hofmanniae*, uxoris D. *Ephr. Gerhardi*, ICti Altorfini.

——— ad exequias D. *Ephraimi Gerhardi*, ICti Altorfini.

——— ad exequias *Iob. Michaelis Fritzii*, Norimb. Iur. Stud.

——— ad exequias *Chriſtoph. Andr. Mülleri*, Rectoris Scholae Altorfinae.

A. 1719.

Programma ad orationem *Iob. Guil. Leonh. Schultzii*, Weisſenburgo Norici, de *ſenio naturae humanae*; in quo *Norimbergenſes de Acad. Ienenſi bene meritos* adhuc recenſet auctor.

——— ſiue Elegia, ad orationem *Iob. Conr. Spoerlii*, Norimbergenſis, qua *memoria ſaecularis Curiae Norimbergenſis* ante hos centum annos ſplendidiſſime renouatae atque amplificatae recolebatur. fol.

——— ad exequias *Iob. Frid. Hagen*, Baruthini, Iuris Cultoris.

——— ad exequias *Iulianae Mariae Barbarae*, uxoris D. *Iob. Iac. Baieri*, Med. Prof. Primarii.

A. 1720.

Programma, quo ſignificabatur, Auguſtae Sacratiſſimae, Diuae ELEONORAE MAGDALENAE THERESIAE, Imperatrici Romanorum coronatae, poſt ſuprema eius fata, publico Superiorum iuſſu, ſolenniter parentatum iri. Recuſum cum Oratione.

——— ad orationem *Matth. Bürckneri*, Norimbergenſis, de *geniis hominum urbiumque tutelaribus*; in quo *Norimbergenſes de incluta Academia Argentoratenſi bene meriti* commemorantur.

——— ad recitationem carminis Elegiaci de CHRISTO PATIENTE.

ad

——— ad exequias *Iob. Conr. Zeltneri*, paſtoris Altenthannenſis.

——— ad exequias *Catharinae Sabinae*, ortu *Pielenbuberiae*, uiduae D. *Henrici Linckii*, ICti Altorfini.

——— ad exequias *Iob. Georg. Schmidii*, Norimb. Iuris Cult.

A. 1721.

Programma ad inſtitutum inclutae *Academiae Rintelenſis*, ſacrum ſaeculare celebraturae, Ciuibus Academiae Altorfinae publicandum.

——— ad orationem *Frider. Iacobi Beyſchlagii*, Hala-Sueui, de *hominum e morte reſuscitatorum exemplis ex hiſtoria profana repetitis.* Recuſum in V. Cl. Beyſchlagii Syllog. Faſcic. I.

——— ad exequias *Iob. Caroli Lotheri*, Norimbergenſis, Philoſ. Studioſi.

——— ad exequias *Mariae Eliſabethae*, uxoris D. *Ge. Henr. Linckii*, ICti Altorf.

A. 1722.

Programma ad exequias *Iob. Chriſtoph. Hofmanni*, praefecturae et opidi a commentariis.

——— ad exequias *Reginae Margarethae*, uxoris D. *Chriſtoph. Sonntagii*, Theologi celeberrimi.

——— ad orationem *Leonhardi Bohneri*, Norimb. de *multitudine mundorum*; in quo *Norimbergenſes, qui olim in incluta Acad. Ingolſtadienſi inclaruerunt*, commemorantur. Recuſum cum ipſa oratione. 4.

A. 1723.

Programma, quo *ſacri ſaecularis ab academia Altorfina celebrandi ratio*, auctoritate publica primum denuntiata eſt.

——— ad *Ciues Academicos*, pietatis et modeſtiae inter ſolennia ſacra publico nomine commonefaciendos.

——— ad *Io. Alberti Spiefii*, Norimbergenſis, orationem publicam de *Schola aulica Caroli Magni* audiendam, et ad uota pro auſpicata ſacri ſaecularis celebratione facienda.

Digitized by Google

——— ad *Ioh. Balthasaris Starckii*, Norimb. *orationem eucharisticam*, post sacra saecularia feliciter peracta, nomine Beneficiariorum Noricorum dictam. (Huius anni Programmata postea recusa, et *Actis saecularibus* sunt inserta.)

A. 1724.

Programma, ad orationem *Ferd. Iac. Baieri*, Altorfini, (postea excusam) *de fulminibus ordini litteratorum fatalibus*, in quo uita *Petri Apiani* exponitur.

A. 1725.

Programma ad orationem *Christoph. Sigism. Loebneri*, Norimbergensis, de *Anno magno*, in quo de *priscis dominis* **Burggrauiisque** *Leisnicii, opidi Misniae*, disseritur. in 4. (p)

——— ad Orationem *Valentini Roesleri*, Norimbergensis, de *morte Christi testimoniis scriptorum profanorum commemorata*, Complectitur *Hymnum Graecum in Christum.* fol.

A. 1726.

Programma ad orationem *Francisci Zettelii*, Sulzbaco-Palatini, de *caris reliquiis uirorum quorundam eruditorum*; in quo *Norimbergenses, qui in incluta Acad. Regiomontana inclaruerunt*, commemorantur. (q)

——— ad funus *Iob. Henr. Fürvvergeri*, Norimbergensis, Theol. Stud.

A. 1727.

Programma ad orationem *Iob. Pauli Roederi*, Norimbergensis, de *netere Academia Platonis, Academiae Altorfinae imagine*; in quo *Norimbergenses de incluta Academia Iulia bene meriti* recensentur. (r)

——— ad recitationem carminis Elegiaci, *Andr. Georgii Kesleri*, Norimbergensis, de *triumpho IEsu Christi e mortuis resuscitati & in coelum euecti*; in quo *exempla quaedam Norimbergensium de re sacra*

(p) Vid. Noua liter. Circ. Franconici Parte II. p. 65.
(q) Vid. Acta Franconiae erudita et curiosa P. VIII, p. 544.
(r) Vid. citata Acta P. IX, p. 649.

Digitized by Google

Digitized by Google

ſacra bene meritorum, ex annalibus Ge. Spalatini Manuſcriptis excerpta proponuntur.

——— ad orationem *Iob. Henr. Drümel*, Norimbergenſis, de *Norimberga a Lothario Imperatore ante bos ſexcentos annos imperio uindicata*; in quo *Stemma Richenzae, Auguſtae, uxoris Lotharii Imp.* proponitur.

Praetermittuntur alia quaedam *Programmata*, ad diſciplinam Academicam pertinentia. Sunt nec pauca CARMINA, publico priuatoque nomine compoſita.

Proſtat praeterea celeberrimi huius Viri *index librorum quorundam paullo poſt incunabula typographiae impreſſorum*, nuper admodum luci ſeorſum expoſitus. Cuius pars prima inſerta eſt collectioni octauae *Actorum Eruditorum & curioſorum Franconiae* p. 553. altera collectioni decimae p. 687. tertia collectioni undecimae, ſub initium.

Sic etiam Cl. *Fridericus Chriſtianus Beyſchlagius*, in Sylloge uariorum opuſculorum & quidem Tomi I faſciculo III, p. 644. exhibuit *indicem librorum quorundam ex typographia Aldina editorum*, quos poſſidet laudatus Schvvarzius.

IOHANNES HENRICVS MVLLERVS.

NAtus eſt A. cIↃIↃcLXXI. d. XV. Ian. ſt. uet. *Wehrdae* in ſuburbio Norimbergae, Patre *Iohanne Müllero*, ſcholae ſuburbanae Moderatore, Matre *Vrſula Lufftia*. Anno aetatis VII Parente orbatus, mox Norimbergam uenit, et in Schola primum Laurentiana, deinde in Auditorio Aegid. literis operam nauauit. Celebritate conatuum *G. C. Eimmarti* in Aſtronomicis allectus, mature coeleſtium contemplationi, cum commilitonibus, aſſuefieri coepit, et ab An. cIↃIↃcLXXXVIII per quinquennium Viro laudato fuit ab obſeruationibus, unde A. cIↃIↃcXCII in Academiam patriam abiit, ubi, poſtquam A. cIↃIↃcXCVI laurea philoſophica fuit condecoratus, A. cIↃIↃcXCVII in Academiam Gieſſenam, et inde A. cIↃIↃcXCIX in Tubingenſem usque ad Annum cIↃIↃcCI ſe recepit, otiumque academicum poſteriorum

riorum quinque annorum in docendi discendique opportunitatem est partitus. Domum redux, cum aliquandiu Viri Illustris ac Generosissimi Dn. *Theophili Volkameri*, Reip. Patriae Aedilis, ac Triumuiri, denique etiam Duumuiri, immortaliter meriti, filii natu minimi, (nunc in Coelum recepti) studiis praefectus fuisset, factum est, ut Obseruatorium Eimmartianum, in arcis propugnaculo erectum, a b. Viri obitu, ad Illustrem Rempublicam, pro huius auitain bonas artes propensione, emtionis iure perueniret, cuius, una cum collata in Auditorio Aegidiano Physices professione, Director A. clɔlɔccv constitutus, eoque ipso anno proxime sequenti clɔlɔccvi d. xii Maii memorabilem illam Eclipsin solis totalem, cuius obseruationi, splendidissimi Circuli Franconici Legati, in Conuentu Norimbergae degentes, compluresque ex Grauissimis Reip. Proceribus, interesse dignati sunt, publice, praemisso programmate, celebrandi occasionem, nactus est. A. clɔlɔccix in Academiam patriam ad Physices Mathematumque Professionem gratiose euocatus, quinquies Decanatus, semel Rectoratus Academici munere, functus est, caeterasque officii partes, quamdiu per DEI gratiam licuerit, pro uiribus implere sustinet; ad quas felicius exequendas, nouum et heic quoque A. clɔlɔccxi munifice erigi coeptum, et A. clɔlɔccxiii ad finem perductum Obseruatorium, non mediocre subsidium affert. Praeceptores, quorum gratam semper coluit coletque memoriam, erant, Scholae Laurent. Collega tertius *Duscherus*, Conrector *Lobherrus*, Rector *Grässmannus*; In Auditorio Aegidiano, *Vuglenckius*, *Beerius*, *Arnoldus* filius; In Academia patria, *Fabricius*, (Abbas uenerandus Helmstadii hodienum superstes) *Wegleiterus*, *Wagenseilius*, *Sturmius* praecipue, *Omeisius*, *Roetenbeccius*, *Eschenbachius* tunc Inspector; Giessae *Maius*, pater, et Tubingae *Foertschius*. Tori sociam accepit A. clɔlɔccvi d. xx. Ian. *Mariam Claram*, *Georgii Christophori Eimmarti*, Astronomi supra laudati, filiam unicam, praematura tamen morte sibi ereptam, coelitibusque additam, A. clɔlɔccvii d. xxix. Octobris, praemisso in sedes beatas filiolo, quem trimestri ante pepererat. Ad secunda uota transiit A. clɔlɔccxi d. xxii Iun. cum *Apollonia*, *Iacobi Lochneri*, Ciuis Norimbergensis, spectati, relicta filia, cum qua, septem liberorum matre, duas

Digitized by Google

duos tantum ſuperſtites habet, *Georgium Ferdinandum*, A. cIↃIↃccxx d. xix Octobr. et *Helenam Sibyllam*, A. cIↃIↃccxxv d. viii Iul. in lucem editos. *Diſputationes* partim ab ipſo elaboratae, partim ſub eius ſaltem Praeſidio habitae, aliaque ſcripta ſucceſſiue ab eo edita, ſunt ſequentia:

1) Philoſophia naturalis ad uitam beate degendam facem praeferens, praeſide b. Sturmio habita 1695.
2) De Finibus hominis & naturae, pro gradu Magiſterii, praeſide b. Mollero 1696.
3) Problema analyticum de Igne, ℞. *Iob. Georg. Chriſtoph. Feuerlino*, Emenzheimenſi Norico 1697.
4) Oratio de utiliſſima Phyſicae tractatione, cum Profeſſionem Phyſices in auditorio Egidiano auſpicaretur Norimb. d. 16. Decembr. 1705. cum praemiſſo programmate, & appendice obſeruationis Eclipſ. ſolis totalis A. 1706. d. 12. Maii, cui publicum pariter programma praemiſſum eſt.
5) Programma, quo oratio ſolemnis de ſperandis Matheſeos incrementis, auſpicandi cauſa habenda ſignificatur P. P. Alt. d. 30. Mart. 1710.
6) Diſſertatio de Montibus igniuomis, ℞. *Iob. Leonh. Andreae*, Henfenfelda-Norico, pro gradu magiſt. 1710.
7) An luna cingatur atmoſphaera? ℞. *Chriſtian. Melch. Stoer*, Norimb. 1710.
8) Schediaſma, quo Collegiorum, quae uocant, curioſorum, nunc et in poſterum aperiendorum, rationem aperit. 1710.
9) De Inſulis natantibus, ℞. *Georg. Chriſtoph. Munz*, Norimb. 1711.
10) De Exhalationibus, ℞. *Iob. Müller*, Norimb. 1712.
11) De Corporum natural. Poris, ℞. *Conr. Frider. Feuerlino*, Norimb. 1713.
12) De Tuba Stentorea (*Sprach-Rohr*) ℞. *Chriſtoph. Steph. Kazauer*, Heroldsberga-Nor. pro gradu Magiſtr. 1713.
13) Programma de Speculis Vranicis celebrioribus, quo nouum Obſeruatorium erectum apertumque denunciabatur, praemiſſum

Orationi de duplici praxeos Physicae et Mathematicae scopo 1713.

14) De Miraculis, p. Conr. *Frider. Feuerlino*, Norimb. pro gradu Magistr. 1714.

15) Programma de Eclipsibus Solis Annularibus, praemissum observationi insignis deliquii Solis partialis, d. 3. Maii a. 1715. in observatorio celebranda, 1715.

16) De Vorticibus Cartesianis ante Cartesium, p. *Iob. Herdegen*, Norimb. pro gradu Magist. 1717.

17) DEVS Legislator Medicus, p. *Iob. Stengel*, Vlma-Sueuo, pro gradu Magist. 1717.

18. Theses Extemporaneae, usum rationemque experimentorum in perficienda Historia nat. indicantes, p. *Iob. Georg. Zachar. Doderlino*, Weissenburgo-Franco, M. C. 1718.

19) Paradoxorum Geographicorum Semicenturia, p. *Iob. Ebinger*, Augustano, M. C. 1718.

20) Brutorum actiones mechanice inexplicabiles, p. *Iob. Ernesto Blumroeder*, Ellebia-Schvvarzburgico, pro gradu Magistr. 1719.

21) De indispensabili usu Matheseos in condenda Historia naturali, p. *Matthaeo Birckner*, Norimb. pro gradu Magistr. 1721.

22) Cometas sublunares siue aëreos non prorsus esse negandos, p. *Nicol. Weber*, Norimb. pro gradu Magist. 1722.

23) De ratione computandi Paschatos, exemplo A. 1724. illustrata, p. *Iob. Christoph. Poeschelio*, Heilsbronna Franco 1723.

24) Observationes Astronomico Physicae selectae, in Specula Altorfina ab anno nouae eius instaurationis 1711. usque ad praesentem annum Academiae secularem 1723. habita, et cum interspersis passim annotationibus eluciatae. Pars prior, p. *Iob. Ignatio Michabelle*, Norimb. 1723.

25) Eiusd. Observationum pars posterior, p. *Iob. Alberto Spitz*, Norimb. 1723.

26) De Hydrometro, p. *Iob. Fridr. Stoy*, Vorra-Norimb. pro gradu Magist. 1723.

27) De

27) De Hiemis nuperae, praeter ordinem mitis ac temperatae, cauſis coniecturae phyſicae, præſ. *Georg. Chriſtoph. Boeheim*, Beerbacho-Nor. 1724. d. 29. Apr.

28) Discuſſio quaeſtionis phyſicae: An prima rudimentorum formatio in ouulis uiuentium DEO immediate ſit adſcribenda, præſ. *Ioh. Alberto Vogel*, Norimb. pro gradu Magiſt. 1726.

29) De Admirandis Naturae in Grauitate ſpecifica, præſ. *Valentino Roesler*, Norimb. pro gradu Magiſt. 1727.

30) Collegium experimentale, in quo Ars experimentandi, praemiſſa breui eius delineatione, potioribus acui recentioris inuentis ac ſpeciminibus, de Aëre, Aqua, Igne ac Terreſtribus explanatur ac illuſtratur, et ad genuinum ſcopum uſumque accommodatur. Accesſit ob cognationem appendix orationis ac diſſertationis, in quibus Obſeruationum, Experimentorum, Artificiorum, totiusque adeo Praxeos Phyſicae et Mathematicae, Indoles, Differentia, Scopus et Vſus, pluribus declarantur; et circa proceſſum experimentandi ſpecialia quaedam afferuntur. Norimbergae Sumptibus Wolfg. Mauritii Endteri, typis Iohannis Erneſti Adelbulneri An. M DCC XXI. (a)

31) Obſeruatio Aſtronomica continetur in Faſtis Vniuerſ. Alt. A. 1722. p. 227.

32) Oratio de emendatiori ſtatu Philoſophiae, eiusque cumprimis naturalis et Mathematicae in Acad. Altorfina, quae eſt inſerta Actis Iubilaei p. 244.

(a) Conf. de hoc opere A. E. L. lat. 1722. p. 80.

IOANNES DAVID KOELERVS.

IOANNES DAVID KOELERVS editus est in lucem Coldizii A. 1684. d. XVIII Ianuarii, patre *M. Io. Christophoro Koelero*, Borsaensi, Ecclesiae ibidem Diacono, & matre *Rosina Naeuia*. Ab his suis parentibus liberaliter est educatus usque ad A. 1695, quo iis est intra mensis spatium fatali morbo epidemico misere orbatus. Adoleuit ergo sub tutela et cura agnatorum *M. Christiani Lehmanni*, tunc Antistitis sacrorum Annaemontani, postea uero, SS. Theologiae Doctoris et Superintendentis Freibergensis, et *Theophili Grabneri*, Pastoris Scheibenbergensis, atque in aedibus benignissimi Lehmanni tirocinia literarum partim priuata, partim publica institutione continuauit. Horum prouidentia quoque, et beneficio inclyti senatus Freibergensis, locus ei procuratus fuit inter alumnos Electorales in ludo prouinciali Misenensi, laude doctrinae florentissimo, pro maioribus studiorum humaniorum incrementis ibi capiendis. Vsus ergo est in hoc museo uere regio praeceptoribus doctissimis & de sua iuuentute erudienda optime meritis, Rabnero, Kirsteinio, Stübelio, Schrebero et Silligio, ex quorum disciplina adultior factus statim transiit in Academiam Wittembergensem. In hac celeberrima doctrinae γνησιως Lutheranae sede praeter alios celeberrimos Professores inprimis sectatus est illustrem Conradum Samuelem Schurzfleischium, eoque auctore et duce totum se antiquitatum et historiarum cognitioni mancipauit. Ibidem accepit etiam A. 1704. d. XVI. Kl. Nou. lauream philosophiae summam a Decano et brabeuta *M. Godofredo Schoeningio*, Adiuncto Facultatis LL. Artium ac edidit A. 1706. in 4. Isocratis epistolam ad Archidamum R. Lacedaemoniorum, in omnibus Isocratis editionibus ad hocusque tempus desideratam, cum interpretatione gemina et notis quibusdam; Ex acroasibus etiam Schurzfleischianis publicauit ibidem Orthographiam Romanam. Ingruente postea inuasionis Suecicae calamitate et almam patriam ualde conturbante, constituit Tubingam transferre studia, sed in transitu per Noricum haesit aliquandiu Altorfii, captus partim celebritate et humanitate Doctorum publicorum tunc ibi uiuentium, partim amoenitate

loci

Digitized by Google

Digitized by Google

loci, ad ſtudia literarum excolenda prae omnibus aliis aptiſſimi. Tam fauentem etiam ſe eidem hoſpiti praebuit ampliſſimus Philoſophorum ordo huius Academiae, ut eius beneuolo indultu A. 1707. d. 12. Aprilis ſpecimen Archaeologiae Romanae in diſputatione publica praeſidendo uentilaret, et primas hiſtoriae literariae et Antiquitatum Romanarum Scholas aperiret. Factum deinde eſt ſingulari quodam fato, ut Ratisbonam inuiſens A. 1708. transiret in familiam perilluſtris Henningis L. B. de Stralenheim, Regis Sueciae Miniſtri, et Ablegati ad exſequendam reſtaurationem ſacrorum Euangelicorum in Sileſia ui conuentionis Altranſtadienſis Vratislauiam miſſi cum plena poteſtate; cum quo etiam Bipontum feliciter finito hoc negotio grauiſſimo commigrauit, cum prouinciae palatinae Bipontinae produx a ſuo Rege fuiſſet conſtitutus. Sed cum ibi de eius ſtabilienda fortuna cogitaret indulgentiſſimus Herus commendatione quorundam Reipublicae Norimbergenſis Procerum & Amicorum, quorum fauorem, patrocinium et amicitiam Koelerus etiam abſens frequentibus literis coluerat, A. 1710. delatum ipſi fuit ab illuſtribus Academiae Altorfinae Curatoribus munus publice docendi Logicam et Politicam in hac Academia uacuefactum morte B. Roetenbeccii, quod etiam promte adiit, habita A. 1711. ipſis KLdis Martiis auſpicandi cauſſa oratione ſolenni de emendata Logices et Politices doctrina. Ad hunc honorem accesſit Bibliothecae Academicae cura et cuſtodia poſt obitum B. Molleri ipſi gratioſe demandata, quemadmodum etiam hac occaſione iuſſu Superiorum ac Nutritorum indulgentiſſimorum ob meliorem nexum commutauit profeſſionem Logicam cum Hiſtorica, quam A. 1714. d. XXII Auguſti publica oratione de diſſenſu Hiſtoricorum inchoauit, et nunc pro uiribus a Deo concesſis ornare ac tueri ſtudet. Bis iniit rei familiaris cauſſa matrimonium, primum nempe cum Anna Maria Braunia, Norimbergenſi, A. 1711. d. VII. KL. Nou. qua poſt partum cum filiola A. 1714. d. XXX Maii defuncta, alterum contraxit cum Sophia Chriſtiana Leonhartia, Sulzburgenſi, A. 1715. d. XXVI Nou. quod adhuc per Dei propitii gratiam durat, et ſex liberis utriusque ſexus eſt foecundum. Caeterum Deo T. O. M. patri orphanorum, & curatori uidua-

Digitized by Google

rum, qui eum paterno maternoque praesidio in tenera aetate destitutum, clementissime adiuuit, et in rectum tramitem deduxit, gratias humillimas perpetuasque agit pro innumeris in immerentem collatis beneficiis, et huic statori et custodi benignissimo fortunae suae ulterius commendat suam uitam, mentem bonam, famam, et fidem, atque haec clare et ut audiat hospes.

SCRIPTA KOELERI SVNT SEQVENTIA.

I. DISSERTATIONES QVAS ALTORFII DIVERSIS TEMPORIBVS EDIDIT.

1. Specimen Archaeologiae Romanae, ℞. *Augustino Kobero*, Lipsiensi-Misnico, Altorf. 1707.
2) De Prognosticorum Politicorum uanitate, ℞. *Ge. Christoph. Erlebeccio*, Norimbergensi 1711.
3) De Prognosticorum Politicorum uanitate, ℞. *Conr. Frider. Feuerlino*, Norimbergensi, 1712.
4) De Carolo bellicoso, ultimo Burgundiae duce, ℞. *Sam. Fabro*, Vohenstrusa-Palatino 1712.
5) De controuersiis Philosophorum in doctrina de Intellectu puro, ℞. *Sigismundo Iacobo Apino*, Hersbrucco-Nor. 1713.
6) De Paedantismo didactico Pythagorae ratione silentii, ℞. *Ge. Frid. Deinlino*, Altorfino 1714.
7) De Friderico V Comite Palatino Rheni et Elect. affectante Regnum Bohemiae, ℞. *Reinh. Frid. Humbracht*, Moeno Francof. 1716.
8) De inclyto libro poetico *Theuerdanck*, ℞. *Heinr. Gottl. Tietz*, Vratislauiensi, 1714. (a)
9) De modo examinandi definitionem, ℞. *Ambrosio Scheumaedero*, Norimb. 1714.
10) De modo numerandi populum, ℞. *Fr. Eras. Krafft*, Sulzbergensi 1715.
11) De

(a) Prodiit editio noua & auctior triplici clane libri huius poetici Pfintzingiana, Franckiana et Schultesiana Altorfi, 1719. in 4.

11) De donatione Mathildina Pontifici, R. facta, ꝛc. *Iob. Car. Scheurl*, Norimbergenſi 1715.

12) De Liuia Auguſta, ꝛc. *Stephano Lotz*, Altorfino, 1615.

13) de Familia Theodoſii M. Imp. cum probationibus, ꝛc. *Io. Wolfg. Textore*, Francofurtenſi 1715. 4.

14) De Philoſophia Marci Aurelii Antonii Aug. in theoria & praxi, ꝛc. *Ambroſio Scheumaedero*, 1717.

15) De Iohanne Rokyczana famoſo Calixtinorum in Bohemia Pontifice, ꝛc. *Iob. Osvvaldo*, Eibachio Norico, 1718.

16) De Gerberto, poſtea R. P. Silueſtro II. ꝛc. *Iob. Conr. Spoerl*, Norimb. 1720.

17) De Nicolao Drabicio &c. ꝛc. *Otto Fried. Grimenbergio*, Pruſſo, 1721.

18) Specimen I. controuerſiarum in hiſtoria Germ. occurrentium de origine Germanorum ab Aſcenace, ꝛc. *Iſaaco Peyero*, Norimb. 1720.

19) Specimen II. de Origine Boioariorum a Boiis, ꝛc. *Io. Chriſtoph. Pellero*, Norimbergenſi 1720.

20) Hiſtoria codicis Iuris ſtatutarii ſiue Reformationis Norimbergenſis, ꝛc. *Io. Ioach. Nutzelio*, 1721.

21) De Genealogia familiae Auguſtae Stauffenſis, ꝛc. *Ge. Fr. Woelckero*, Norimb. 1721. curis poſterioribus recognita et aucta A. 1728.

22. De familia Auguſta Lucemburgenſi, ꝛc. *Abr. Godfr. Fabro*, Mecklenburgico 1722.

23) De familia Auguſta Franconica, ꝛc. *Car. Guſt. Fürer*, Norimb. Patr. 1722.

24) De ſacra et illuſtri ſodalitate b. Mariae Virginis in monte ad uetus Brandenburgum, ꝛc. *Ge. Erneſto Fincklero*, Norimb. 1723.

25. De actis et fatis Gebh. Truchſeſſii, ꝛc. *El. Gottl. Dieterich*, Vlmenſi 1723.

26. De Pribezlao ſiue Henrico Rege Brandenburgico, ꝛc. *Ge. Lud. Wilh. Frobenio*, Onoldino 1723.

27) De

27. De ueterum recentiorumque Germanorum ſcholis ſolitis et ſolidis, r. *Car. Chriſt. Hirſchio*, Heresbrucco-Norico, 1725.

28) De familia Auguſta Carolingica, r. *Io. Ad. Bettingero*, Palat-Bipontino, 1725.

29) De Electione dubia Iodoci Imperatoris contra Sigismundum, uindicata, r. *Iob. Alb. Spieſio*, Norimbergenſi, 1726.

30) De Bibliotheca Caroli M. Imperat. Aug. ad Eginharti de uita eiusdem Cap. 33. r. *Fr. Paul. Stoy*, Hersbrucco Nor. 1727.

II. PROGRAMMATA ET ALIA SCHEDIASMATA.

Programma ad orat. inaug. de emendata logices ac politices doctrina in quo de coniungendis intelligentiae et prudentiae ſtudiis agitur, 1711.

Oratio ſolennis memoriae b. D. G. Molleri dicata A. 1712. quae eſt inſerta Memoriae Mollerianae p. 69. Alt. 1713. in fol.

De Hiſtoria Pragmatica ad lectiones publicas et orationem de diſſenſu Hiſtoricorum, Alt. 1714.

Programma ad orat. ſolennem de felicitate temporis in principatu Onoldino, ſub auſpicatiſſimo regimine *Guil. Friderici*, 1716.

——— ad orationem Rabbinicam Mauritii Wilhelmi Chriſtiani de *Iob. Harduini*, noua ſed inepta interpretatione uaticinii apud Danielem de LXX Hebdomadibus 1721.

Programma ad orat. M. Matth. Asp. de meritis potentiſſimorum Regum Sueciae in Rempubl. Norimb. in quo de Scaldis agitur, 1724.

Schediaſma hiſtoricum de Numismate Iacobi Grandis de Carraria Domini I Patauii inter recentiora forte uetuſtiſſimo expoſita ſimul ſucceſſione Carrariorum in Dominatu Patauio, ad illuſtrationem Hiſtoriae Seculi P. C. N. XIV. Altorf, 1717. in 4.

III. LIBRI TYPIS EXSCRIPTI

1) Elementa Chronologiae ex inſtitutionibus Chronologicis Guil. Beueregii ad lectiones publicas propoſita, Alt, 1717. in 8.

2) Chro-

Digitized by Google

2) Chronologia Hiſtoriae Vniuerſalis ab orbe condito ad noſtra usque tempora tabulis diſtinctis XXVII deſcripta, Alt. 1719. in fol.

3) Marquardi Freheri Directorium hiſtoricum. Recognouit et auxit, *Io. Dau. Koelerus;* Norimbergae et Altorfii, apud Haeredes Tauberi, 1720. in 4.

4) Sculptura hiſtoriarum et temporum memoratrix, *d. i. Gedächtniß hülffliche Bilder-Luſt der merckvvürdigſten Welt Geſchichten aller Zeiten von Erſchaffung der Welt biß auf gegenvvärtige, daß ſolche nach der Jahr Rechnung leichte zu behalten, mit gründlichen Erzehlungen in 49. Kupffer-Tafeln in* folio, &c. 4to ſub titulo, *Die Welt in einer Nuß, 49. Kupffer-Tafeln.*

5) Memorabilia Facta belli et pacis in ſaeculo poſt Chriſtum natum XVIII. *d. i. Denckvvürdige Kriegs-und Friedens-Begebenheiten des XVIIIten Jahr-Hunders nach Chriſti Geburth in jährlichen Kupffer-Blättern, von* Anno 1701. *bis* 1728. *in länglicht* 4to.

6) *Bequemer Schul- und Reiſen-Atlas, in 130, in 60, in 50, in 40, in 30, in 25, in 20, in 16, und in 7. Land-Charten beſtehend in* fol.

7) *Hiſtoriſcher Zeitungs-Atlas in* XXV *Tafeln in* fol.

8) *Anleitung zu der verbeſſerten neuen* Geographie *vornehmlich zum Gebrauch der Weigeliſchen Land-Charten in* 12. 1724.

9) Deſcriptio Orbis antiqui in XLIV. tabulis exhibita in fol.

10) *Der Durchläuchtigen Welt Geſchichts-Geſchlechts-und Wappen-Calender, in 8. vvird alljährlich vermehret und verbeſſert heraus gegeben.*

11) Hiſtoria Genealogica Dominorum et Comitum de Wolfſtein, Francf. et Lipſiae 1726. in 4.

12) Sylloge aliquot ſcriptorum de bene ordinanda et ornanda Bibliotheca, Francf. et Lipſiae ap. Io. Stein. 1728. in 4.

IACOBVS VVILHELMVS FEVERLINVS.

NAtus est Norimbergae die XIII Martis, stylo ueteris, anno Christi CIↃ IↃCCXXXIX; patre IOHANNE CONRADO FEVERLINO tunc temporis Diacono aedis Parochialis Sebaldinae, post Antistite templi Egidiani et Gymnasii, quod ibidem floret, Inspectore; tandem Ecclesiae Noerdlingensis Superintendente, Theologo pio eruditoque diserto, ideoque perquam multis auditoribus, atque hos inter nonnullis praesertim Principibus atque Comitibus admodum caro, Noerdlingae pie ac placide defuncto anno huius Seculi XVIII. cuius uitae curriculum ab ipso, dum uiueret, breuiter descriptum paulo post in conspectum orbis litterarii prodiit; matre adhuc superstite VRSVLA BARBARA ex Generosa ROGGENBACHIORVM Norimbergensium familia, ante paucos annos cum fratre eiusdem Georgio Carolo emortua. Auum paternum coluit CONRADVM FEVERLINVM Venerandi Ministerii Norimbergensis et Ecclesiae Sebaldinae Antistitem, ac Illustris Reip. Norimb. Bibliothecarium, Theologum prisca fide, uaria eruditione eloquentia atque singulari humanitate Venerabilem, cuius anno huius Seculi quarto, aetatis anno sexto et septuagesimo in Domino beata morte defuncti memoriam Concio Funebris publicis typis exscripta, et B. PIPPINGII Memoriae Theologorum posteritati conseruarunt. Inter maternos auos GEORGIVM ueneratur ROGGENBACHIVM et CHRISTOPHORVM HERDESIANVM Illustris Reip. Norimb. Consiliarios prudentissimos, grauissimos, atque de patria optime meritos. Neque minus sibi gratulatur de Parente lustrico uiro natalium splendore, pietate, eruditione, meritis in rem litterariam et patriam illustri Domino IACOBO WILHELMO IMHOFFIO, Illustris Reip. Norimb. a Consiliis aerarii, cuius beneficia plusquam paterna satis depraedicare nequit, cuiusque senectutem ut supremum Numen renouatis uiribus suffulciat ex animo precatur. Inter Praeceptores praecipue numerat B. Parentem cui ex eo tempore, quo ab Academiis et itineribus redux factus inter

Candi-

Digitized by Google

Candidatos Ministerii receptus erat, institutio Catechetica cumprimis curae cordique fuit: ita ut non uitam tantum post Deum ab ipso acceperit, sed etiam τὸ εὖ ζῆν h. e. Christiane uiuere eodem Doctore didicerit. Reliquarum litterarum prima fundamenta in incluto posuit Gymnasio Egidiano, cuius in sexta h. e. infima classe Praeceptorem B. BAHZIVM grata saepe mente repetit: huius enim grauitas, quam humanitas ex aequo temperauerat, et prudentia didactica aeque ac disciplinaris, quae uerbis coercere pueros poterat, rarissime adhibitis uerberibus, magnum in nostro excitauit discendi ardorem, atque primas Latini sermonis lineas ita reddidit iucundas, ut uix alius quaereretur ludus, maturique cernerentur profectus. Neque minori elogio mactandus est B. SAM. FABER Con-Rector tunc temporis in eodem Gymnasio bene merentissimus, qui magna dexteritate elegantiam morum et sermonis Latini, ac antiquitatum Romanarum, Historiarum et Matheseos rudimenta discipulis suis instillauit. Neque silentio praetereundus est B. FVCHSIVS Rector, cui Graecae cumprimis Grammaticae intimiorem notitiam in acceptis refert. Ita finitis studiis Gymnasiasticis lectiones, ut uocant, publicas audiuit Academicis studiis propius praeparandus, atque per integrum triennium ab ore celeberrimorum Professorum praecipue B. IO. WVLFERI pependit. Priuatim Doctore Maxime Reuerendo Dn. MOERL tunc temporis Diacono Sebaldino, nunc Antistite eiusdem Ecclesiae et totius Ministerii Norimb. ac Illustr. Reip. Bibliothecario optime merito, Logicam Eclecticam atque solidioris Philosophiae praegustum ac precium discere potuisse magnam felicitatis suae partem merito existimat. In Hebraicis, Historia litteraria, Philosophia Practica Maxime Reuerendi D. ZELTNERI, qui Diaconi Norimbergensis munere tunc fungebatur, fidelem manuductionem pari felicitate in succum atque sanguinem conuertit. Stylum laudatissimus FABER exercuit. Vt docendo etiam disceret noster, B. Parens Commilitonem nunc graecae linguae, nunc Logices elementis imbuere, siue potius cum eodem repetere iusserat. Horae subsecuiae destinabantur Musicae apud Pachelbelium celeberrimum Organoedum addiscendae. Anno huius seculi sexto in

patriam Academiam, quae Altdorfii floret, misſus, integrum triennium Philologicis atque Philoſophicis ſtudiis ibidem impendit. Latini ſermonis penitiorem notitiam et aliquam Oratoriam facultatem ex B. OMEISII praelectionibus, quibus uel Auctorem ueterem interpretatus eſt, uel Epiſtolarum conſcribendarum rationem docuit, uel orationes nunc breuiores nunc prolixiores elaborare et recitare iuſſit: ex V. C. ERH. REVSCHII, qui eo tempore humaniores litteras Altdorfii priuatim docuit, quas Helmſtadii nunc magno applauſu publice profitetur, Scholis Aphthonianis et ex V. Cl. KOELERI, priuati tunc Doctoris, nunc publici Profeſſoris bene merentiſſimi celeberrimique, Collegae honoratiſſimi, Societate Latini ſermonis culturae deſtinata hauſit: Graeca in B. SONNTAGII acroaſibus repetiit; Orientalis litteraturae incrementa ab eodem qui fundamenta poſuerat, S. R. D. ZELTNERO accepit, cum A. cIↃIↃccvi praeter Theologiam Linguas orientales in hac Academia docere coepiſſet; a quo ſacram etiam didicit Exegeſin. Quod ad Philoſophiam attinet, in Logicis et Metaphyſicis B. ROETENBECCIVM ſedulo audiuit, in Metaphyſicis etiam B. MOLLERVM; in Moralibus OMEISIVM; in Phyſica cum experimentali, tum hypothetica, omnique Matheſi S. R. D. BAIERVM, tunc harum ſcientiarum, nunc uero SS. Theologiae Profeſſorem Celeberrimum, cuius praelectiones ob ſoliditatem doctrinarum, exactum ordinem, perſpicuitatem, et breuitatem, quas uirtutes didacticas raro combinatas inuenies, ſummopere ueneratus eſt. Phyſicae melius addiſcendae cauſa Celeberrimorum Medicorum B. D. IO. MAVR. HOFFMANNI lectiones et ſectiones Anatomicas, atque Experientiſſimi D. IO. IAC. BAIERI, hoc tempore Venerandi Senioris Inclutae Facultatis Medicae Collegium Pyro-Technicum curioſum non ſine inſigni fructu frequentauit. In Hiſtoria litteraria ex B. MOLLERI et ſupra laudati KOELERI acroaſibus, atque ex S. R. D. ZELTNERI quotidiana, quae benuole concedebatur, conuerſatione haud parum profecit. Iuris Naturalis addiſcendi cum magno flagraret deſiderio, atque fruſtra uiuum eiusdem Doctorem quaeſiuiſſet, ſuaſu atque ductu B. ROETENBECCII mortuos conſuluit, et lectis

lectis sedulo, qui commendati erant, scriptoribus, solicite examinatis eorundem disensionibus, saepiusque quoad difficiliora consulto, quem nominauimus, fidelissimo Praeceptore in solidiora huius scientiae fundamenta non infeliciter penetrauit. Idem Vir in disputando accuratissimus eadem arte haud leuiter Feuerlinum tinxit, cum per integrum annum horas lectionibus publicis Logicis destinatas exercitiis impenderet disputatoriis de uariis Thesibus Philosophicis, respondentis uicibus nostro plerumque demandatis, quae res uaricatem aeque ac soliditatem Philosophicae eruditionis mirum quantum? promouit. Sed et sub aliis Praesidibus priuatim atque publice cum respondere tum opponere saepius nostro licuit. Vt ex pluribus Dissertationibus publice defensis aliquae indicentur, duas nominare liceat typis publicis exscriptas, quarum altera περὶ Δεισιδαίμονος sub finem A. cIↃIↃccvi praeside supra honorifice commemorato REVSCHIO, altera *de Claris quibusdam in orbe literato Norimbergensibus* praeside B. OMEISIO (qui tribus subsecutis Dissertationibus Thema hoc continuauit, sed beata morte praeuentus absoluere non potuit) A. cIↃIↃccvii defendebatur. Tandem finem studiis Academicis Philologicis atque Philosophicis impositurus ab incluto Ordine Philosophico supremos honores modeste petiit, et cum Praeside optimo Praeceptore IO. WILH. BAIERO Dissertationem Inauguralem Physicam de Attentione, proprio Marte elaboratam defendisset, eodem Decano et Brabeuta in solenni Panegyri Petro-Paulina A. cIↃIↃccix beneuole obtinuit. Ita praeparatus ad Theologica sese contulit studia, et relicta Academia Noerdlingae sub manuductione B. Parentis nouem mensibus primas eorundem lineas duxit; et pristina repetiturus studia iuuenes quosdam Academicis studiis praeparandos Hebraicam linguam, atque nonnullas Philosophiae partes ibidem docuit: cumque a praelio Hochstettensi captiui adhuc in eadem ciuitate morarentur Galli, a nobili quodam haud illiterato, qui *Confebron* appellabatur, prima Gallicae lingae elementa didicit. Sub initium A. cIↃIↃccx posteaquam praecipuas Sueuiae urbes, Augustam Vindelicorum, Vlmam, Stutgardiam, Tubingam atque Treunerum, Beckium, Ringmacherum, Frickium, Algouuerum, Laege-

rum, Pfaffium, Hochſtetterum, Neuium aliosque Viros eruditos uiſitauerat, lenam ſeſe contulit, atque in alma hac Muſarum ſede per integrum ferme triennium et Theologiam didicit et Philoſophiam docendo ſeſe exercuit. Ab ore pependit magnorum Theologorum B.D. FOERTSCHII et ſumme Reuerendi D. BVDDEI, quem ut Supremum Numen Eccleſiae atque rei litterariae quam diutiſſime uegetum incolumenque ſeruet, ex animo optat. FOERTSCHIVM quidem in Theologiam Poſitiuam B. BAIERI, et B. IO. OLEARII Synopſes Controuerſiarum commentantem ſedulo audiuit, et ex eiusdem Hoſpitis ſui ſermonibus menſalibus haud parum profecit: BVDDEI autem Praelectiones in B. BECHMANNI Theologiam Polemicam, quibus Hiſtoriam religionum praemiſerat, atque in Hiſtoriam Eccleſiaſticam aſsidue frequentauit, Eiusdemque Theologiam Moralem, quae tunc temporis primum prodierat, in ſuccum atque ſanguinem conuertit. B. DANZII fidelisſima inſtitutione Rabbinos, nominatim Abarbanelem et AbenEſram legere atque intelligere coepit. Celeberrimum D. STRVVIVM potiores Bibliothecae ſuae libros recenſentem cum paucis commilitonibus audiuit, cuius etiam ac B. FOERTSCHII inſignem liberalitatem in communicandis quibusuis libris nunquam tradet obliuioni. Eruditisſimi RICHARDI, Academiae Bibliothecarii, bina Collegia, quorum altero libros, altero Numismata Bibliothecae ad Patini Introductionem in rem numariam explicauit, in ſuos conuertit uſus. Diſputando in Controuerſiis recentioribus laudatisſimus Foertſchius noſtrum iterato exercuit. Idem Patronus ob amicitiam cum B. Parente in Academiis olim cultam admodum benignus ad docendum impulit, ſiquidem non tantum ex fratre nepotem Marcum Foertſchium Holſatum contubernalem ipſi adiunxit, atque cum ipſo lectiones Theologicas repetere iusſit, ſed eundem etiam paucosque inquilinos alios in Logica docendos commendauit, atque cum ea res ex iudicio laudati Patroni non infeliciter ceſsiſet, auctor fuit ut nihil tale antea meditatus noſter ueniam docendi ab Amplisſimo Philoſophorum ordine modeſte peteret, qua facile obtenta, poſteaquam Diſſertationem de Dubitatione Carteſiana Praeſes defenderat, uariis Collegiis

Digitized by Google

giis Logicam, Metaphysicam, Physicam. Ius Naturae, partes aliquas Matheseos explicantibus, disputatoriis etiam auditoribus non quidem bene multis sed selectis dexteritatem suam probauit, atque docendo didicit. Interea temporis cathedram Philosophicam praesidii causa saepius conscendit, nunc capitibus aliquot Physicae Buddeanae, nunc elaboratis a se Dissertationibus, quae sub finem recensebuntur, ad disputandum publice propositis. Nec Homiletica neglexit exercitia; in Societatem enim Adiunctorum et Magistrorum quorundam receptus, in aede sacra Collegii Ienensis sermones publicos saepius recitauit. A. cIↃIↃCCXII tempore nundinarum autumnalium relicta Ienensi Academia in alma Lipsiensi Musarum suarum sedem fixit a B. RECHENBERGIO Theologo celeberrimo in aedes atque mensam benevole receptus, et ob amicitiam, quae inter ipsum et nostri b. parentem intercesserat, optimis consiliis atque subsidiis abunde instructus. Prima Feuerlini cura fuit, recipi in numerum Magistrorum, quos uocant, nostrorum, id quod etiam ab Amplissimo ordine Philosophorum, eiusdemque tunc temporis Decano, magno Polyhistore MENCKENIO, Patrono suo multis nominibus aetatem Venerando, facile impetrauit, ita ut liceret Dissertationem de Logica Hieroglyphica ante meridiem sine Respondente, post meridiem cum respondente pro more publice defendere, atque hac inauguratione peracta non tantum uariis Collegiis Philosophicis publice intimatis sese exercere, sed locum etiam in Franconica siue Bauarica natione siue Rector Academiae a quatuor nationibus eligendus esset, siue solius nationis suae conuentus indiceretur, occupare, qua occasione summe Reuerendi D. BOERNERI, quem seniorem natio Bauarica ueneratur, singularem humanitatem, multoties est expertus. Auditores non quidem habuit admodum multos, sed generis splendore propriisque uirtutibus conspicuos: cumprimis sibi gratulatus est, quod Illustrissimum Dominum Dominum GEORGIVM AVGVSTVM COMITEM ERPACENSEM, cuius ingenii uim et acrimoniam, discendi ardorem, gratiosamque humanitatem omnis Lipsia uenerata est, Logicam atque Historiam Philosophicam docere, EIVSDEMQVE gratiae se commendare licuerit. Theologica studia partim repetendo eadem

Digitized by Google

dem cum paucis quibusdam auditoribus, partim Collegio Philo-Biblico, inter cuius membra a Praeſide B. D. CYPRIANO recipiebatur, magis magisque excoluit, maiora eorundem incrementa hauſturus ex acroaſibus incomparabilis Theologi B. GODOFR. OLEARII, niſi quae ipſe proiectioribus Theologiae ſtudioſis aduerſus Socinianos atque de aliis argumentis deſtinauerat Collegia, defectus auditorum ſufflaminasſet, id quod mirum non uidebitur iis, qui norunt, quam iucunda multis ſit eruditio compendiaria. Interim Bibliothecae inſtructisſimae tam publicae quam priuatae, atque opulentisſimae officinae librariae, quibus Lipſia prae omnibus Germaniae Academiis ornata eſt, optimos quosque Doctores ſiſtebat, quamuis mortuos; uiui autem conuerſando erudiebant: nonnunquam excurſio fiebat in uicinam Academiam Halenſem, a cuius celeberrimis Doctoribus FRANCKIO, LANGIO, LVDEWIGIO, GVNDLINGIO, WOLFFIO, SPENERO nonniſi doctior noſter redibat. Non diu autem frui poterat hac felicitate: nimirum citius, quam optauerat, publicis admouebatur officiis. Patris enim interceſſione factum, ut ILLVSTRES DOMINI CVRATORES inclutae Academiae Altorfinae A. clɔ Iɔccxiii circa nundinas autumnales munus Inſpectoris Alumnorum et Oeconomiae, quos Altdorfii alunt, gratioſe ipſi conferrent; ualedicendum igitur Lipſiae erat, atque in patriam Academiam redeundum, in qua non Alumnos tantum ſed alios etiam haud paucos ſtudioſos in uariis Philoſophiae partibus omni cum fidelitate atque alacritate erudiuit, atque gratiae DOMINORVM SVORVM ita ſe commendauit, ut elapſo uno et dimidio anno, ſcilicet A. clɔ Iɔccxv menſe Iunio, poſteaquam Celeberrimus KOELERVS Logicam Profeſſionem cum Hiſtorica permutauerat, Profeſſorem Logices eundem conſtituerent, atque paullo poſt Metaphyſicam etiam publice docendam demandarent. Ex eo tempore, quantum in ſe erat uirium, excolendis atque perficiendis ſcientiis ſuis, commodis ſtudioſorum, atque Academiae ſaluti ſtudioſe impendit, quod quam feliciter ceſſerit, alii diiudicent. Decanatum ordinis Philoſophici tertia iam uice humeris ſuis impoſitum ſenſit, quarta uice, ſi Deus uitam conceſſerit, propediem eundem recupera-

Digitized by Google

cuperaturus. Rector Academiae sub finem sacrorum saecularium A. CIↃIↃCCXIII celebratorum constitutus, cum nouo Academicae Saeculo nouam Rectorum seriem inchoauit: anno sequenti, cum fasces summe Reuerendo D. PFIZERO, Theologiae Professori optime merito, uix tradidisset, huius uocatione ad munus Antistitis in urbe Norimbergensi Egidiani post paucas hebdomadas ad eundem redierunt, quo bimo ferme onere priuati ipsius labores, quibus A. CIↃIↃCCXII uniuersam Philosophiam Tabulis delineare coeperat, magnam passi sunt intercapedinem. Matrimonium iniit A. CIↃIↃCCXVII cum DOROTHEA CATHARINA HELENA, GEORGII LEONHARDI LEIBERICHII, Serenissimae Domus Brandenburgicae Onoldinae Praefecti rei monetariae Suobacensis, Viri integerrimi et optimi filia natu minima, Virgine uirtutum laudibus conspicua, quae duos ipsi peperit liberos, filiam primum, deinde filium *Georgium Wilhelmum*, quorum educationi supremum Numen clementissime benedicat.

SCRIPTA AB EO EDITA SVNT SEQVENTIA:

Dissertatio Physica de Attentione, praeside IOH. GVIL. BAIERO, P. P. Altdorfii, 1709.

Dissertatio Philos. Dubitationem Cartesianam, eamque a Sceptica et Aristotelica dubitatione distinctam, pernicioſam tamen proponens, Ienae 1711. ℔. *Frid. Iac. Firnhaber*, Werthemia-Franco.

Diss. Physico-Mathematica sufficientem aquarum copiam tanquam argumentum diuinae Prouidentiae exponens, Ienae 1711. ℔. *Georg. Iac. Ebinger*, Noerdlinga-Rhaeto.

Diss. ostendens, in quantum Cartesio Atheismus atque scepticismus possint imputari, Ienae 1712. ℔. *Dan. Müller*, Noerdlinga-Rhaeto.

Diss. de Variis Modis Logicam tradendi, speciatim de Logica Symbolica, Ienae 1712. ℔. *Ge. Christ. Feuerlino*, fratre germano.

Diss. de Logica Hieroglyphica, Lipsiae 1712. ℔. *Frid. Gotlieb Krantz*, Scauditzensi-Misnico.

Sendſchreiben an einen guten Freund, darinnen von der gelehrten Fama *unpartheyiſch geurtheilet, und ſonderlich die darinnen enthaltene ungegründete* Cenſuren *über* 2. Diſſ. de Dubitatione Carteſiana *vviderleget vverden. Leipzig* 1713. in 8.

Medicina Intellectus, ſiue Logica e Vener. Dn. Buddei Logica, ſuisque in eam praelectionibus Academicis in Theſes breues et ordinatas repetitionis et diſputationis gratia reducta. Norimb. 1715. 4.

Regulae bene diſputandi praeparantes atque in ipſo conflictu adiuuantes IV. Tabulis expoſitae. Norimb. 1715. fol mai.

Programma Inaugurale de Logicis Paradigmaticis, Theologicis, Iuridicis aliisque Altorf. 1715. in 4.

Diſſ. Philoſ. de Philoſophia Adami Putatitia Altorf. 1715. ℞. Auctore, *Vito Hieron. Regenſus*, Norimb.

Obſeruationes Logico Hiſtoricae de Eruditis ſine Praeceptore, Altdorf. 1716. ℞. *Ge. Buzevvinckel*, Norimb.

Diſſ. Philoſ. de Genuina ratione probandi a conſenſu gentium exiſtentiam Dei (Baelio ex profeſſo oppoſita) Altorf. 1717. ℞. *Io. Osvvald*, Norimb.

Diſſ. Inauguralis de Adami Logica, Methaphyſica, Matheſi, Philoſophia Practica et libris. Altorf. 1717. ℞. Auctore *Vito Hieron. Regenſus.* (a)

Diſſ. Philoſophico Rationalis de Spatio Vacuo ideam Lockii examinans. Altorf. 1717. ℞. *Ioh. Reinbathio*, Norimb.

Diſſ. Philoſ. an exiſtentia Dei ſit Veritas indemonſtrabilis diſquirens. Altorf. 1717. ℞. *Sam. Burkardo*, Brega-Sileſio.

Diſſ. de Obligatione Pactorum metu iniuſto extortorum. Altorf. 1718. ℞. Auctore *Chriſtoph. Frid. Reyher*, Norimb.

Diſſ. Philoſ. de Prouerbio: Docendo diſcimus. Altorf. 1718. ℞. *Sam. Burckardo*, Brega Sileſio.

Diſſ. Inauguralis de Polymathia Philoſophica ſiue neceſſaria connexione

(a) Eſt continuatio Diſſ. de Philoſ. Adami ſupra recenſitae.

Digitized by Google

nexione partium Philosophiae Alt. 1718. ℞. Auctore *Ge. Clausnero*, Norimb.

Disf. Philos. ex Loquela Hominis argumentum existentiae et Prouidentiae diuinae deducens. Alt. 1719. ℞. *Io. Georg. Hirsch*, Norimb.

Disf. Historico-Philosophica Ius Naturae Socratis delineans. Altorf. 1719. ℞. *Io. Georg. Benigno Leiberichio*, Suobaco-Onoldino.

Obseruationum atque Emendationum Metaphysicarum specimen I. idque Criticum de Authentia et Inscriptione librorum Aristotelis Metaphysicorum. Altorf. 1720. ℞. *Io. Soph. Ioseph. Herm. Schilin*, Onoldino.

Programma, *vvorinnen die höchst-notbvvendige Sorge eines Regenten um die vvahre Religion seiner Unterthanen an dem Exempel* Georgii Confessoris Marchionis Brandenburgici *betrachtet, und eine* Oratio solennis *auf den Geburts-Tag des DVRCLAVCHTIGSTEN BRANDENBVRG-ONOLZBACHISCHEN ERB-PRINZENS* intimirt *vvird. Altdorf.* 1720. fol.

Disf. Inaug. Theses Miscellaneas Philos. comprehendens Alt. 1720. ℞. Auctore *Mich. Kelsch*, Norimb.

Disf. Inaug. de irritis conatibus Cartesii aliorumque conciliandi cum Philosophia Transsubstantiationem, Altorf. 1723. ℞. Auctore *Gottfr. Lomer*, Augustano.

Disf. Inaug. de Prudentia errantes conuincendi ex Historia Socratis. Alt. 1723. ℞. Auctore *Leonh. Bobner*, Norimb.

Disf. de Cognitione Symbolica et Intuitiua Alt. 1725. ℞. Auctore *Io. Guil. Galling*, Norimb. (b)

Obseruationum Eclecticarum ex Controuersiis de Metaphysica Leibnitio-Wolfiana Specimen I. Ontologicum, Altorf. 1725. ℞. *Ge. Mart. Raidelio*, Norimb.

Specimen II. Cosmologicum, 1725. ℞. *Val. Roeslero*, Norimb.

Specimen III. Psychologicum, 1725. ℞. *Ioh. Aib. Spies*, Norimb.

(b) Vid. *Fräackische* Acta Erud. & cur. P. I. p. 8.

Specimen IV. Anthropologium, 1725. *pr. Frid. Paulo Stoy*, Nor.
Specimen V. Theologicum, 1725. *pr. Io. Wilh. Golling*, Norimb.
Specimen VI. Theologicum, 1726. *pr. Io. Henr. Fürvverger*, Nor.
Specimen VII. idque ultimum de origine Mali, 1726. *pr. Chriſtoph. Andr. Büttner*, Norimb.
Diſſ. Logica de Methodo Mathematica, 1726, *pr. Io. Andr. Gebhardo*, Norimb.

Octo iſtae Diſſertationes iunctim prodierunt ſub titulo: Obſervationum Eclecticarum ex Controu. de Metaphyſica Leibnitio-Wolfiana. (c)

Diſſ. Inaug. Critica Regulis Generalibus, quibus Scripta ſuppoſititia et interpolata dignoſcuntur certitudinem et uniuerſalitatem uindicans, Altorf. 1726. *pr.* Auctore *Io. Georg. Frickio*, Vlmenſ. (d)

Curſus Philoſophiae Eclecticae, h. e. Hiſtoria Philoſophica, Arithmetica, Geometria, Phyſica, Pneumatica, Theologia Naturalis, Ontologica, Logica, Critica, Didactica, Ethica, Iurisprudentia Naturalis, Prudentia Publica et Priuata XXXVII Tabulis, iisque paulo plenioribus et II. Tabulis figurarum aenearum in uſum auditorum delineatae, Altorfii ſumtibus Autoris, proſtat Norimbergae apud *Iul. Arn. Engelbrecht*, 1727. in fol.

Praeterea auctor eſt.

Diſſertationis Hiſtorico-Philoſophico-Criticae de Cebete, quae in *Miſcellaneis Lipſienſibus*, Tomo III. comparet.

Diſſ. de Paradoxis Socraticis: Solam ſcientiam eſſe bonum; Virtutes eſſe ſcientias; Ariſtotelem, easdem refutantem, Logomachiae accuſans. *Miſcell. Lipſ.* Tom. VI.

Obſervationis de Philippo Ignicuſpido ſiue *Glüeſpieß*, *Miſcell. Lipſ.* Tom. VII.

Obſervationum *über die Epiſtel* Vlrici Epiſcopi Auguſtani de coniugio Clericorum, *in denfränckiſchen Actis Erudit. V. Sammlung*, p. 270.

SVPPLEN-

(c) Vid. Acta Franconiae P. VI. p. 403. P. VIII. p. 579. P. IX. p. 663. et A. E. L. Germ. P. CXVIII. p. 728.
(d) Vid. Acta Erud. Franconiae P. X. p. 728.

SVPPLENDA ET EMENDANDA.

Ad pag. 4. & 5. Licet ſcripta Erythraei magno ſtudio a me ſint conquiſita, praeter enumerata tamen nullum occurrebat. Poſteaquam uero uita eius iam erat impreſſa, in manus meas uenerunt ſequentia.

1) Tabulae partitionum oratoriarum M. T. Ciceronis & 4. Dialogorum in easdem *Iob. Sturmii*, Argentinae 1547. in officina Cratomyliana in 8.

2) Liber de modis, qui ſunt partim in uerbo, partim in oratione, Argentinae excudit Cephaleus A. 1549. in 8.

3) Deſignatio artificii rhetorici & dialectici, Argentinae 1550. 8.

4) Tabulae in duos libros partitionum dialecticarum Sturmii ib. 1550. 8.

5) Tabulae in reliquos duos libros dialecticae Sturmianae, ib. 1550. in 8.

6) Technologica ſcholia in *Petri Güntheri* libros de arte Rhetorica ib. 1550.

7) Oratio de honoribus Academicis et eorum gradibus, Item de renunciatione Magiſtrorum Philoſophiae, 1550. in 4.

8) Commentarii notationis artificii Rhetorici ac dialectici, in orationem M. T. Ciceronis, quam habuit pro Aulo Licinio Archia Poeta, auctore VAL. ERYTHRAEO, Lindauienſi. Accedit Eiusdem commentariolus in Orat. Ciceronis pro M. Marcello Argentorati 1550. in 8. pl. 15. & Baſil. 1553. cum diuerſorum in omnes orationes commentariis.

9) Val. Erythraei in Orationem M. T. C. pro lege Manilia, de Pompeii laudibus annotationes τεχνολογικαι, una cum oratione Ciceroniana emendata, et ineiſorum, membrorum atque periodorum notis diſtincta, Argent. excudebat *Chriſtianus Mylius*, 1556. 8. 1. Alph.

10) M. T. Ciceronis epiſtolarum L. III. a *Iob. Sturmio* puerili educationi confecti. Val. Erythraei, Lindauienſis, αποσημειωσεις τεχνολογικαι in eosdem. Accesſit liber quartus ab eodem Erythraeo

thraeo explicatus. Est & quintus additus cum annotationibus *Phil. Melanchthonis*, *Christoph Hegendorfini*, & *Seb. Corradi*. Omnia haec sunt recognita, emendata et locupletata. Ad finem exemplum positum est analyseos uerborum, Argentinae excudebat Chr. Mylius 1560. in 8, 1. Alph. pl. 13.

11) VAL. ERYTHRAEI de elocutione libri tres, confecti ex quarto ad C. Herennium, Ciceronе et Hermogene, Argent. 1567. in 8. pl. 22. *Primus* liber agit de figuratis incisis, membris, conuersionibus circumductionibus & spiritus oratorii productionibus; *alter* de exornationibus uerborum et sententiarum; *tertius* de duabus dicendi formis elegantia & dignitate, earumque usu. Item de tribus dicendi generibus eorumque uitiis contrariis.

12. Syntaxis noua *Phil. Melanchthonis*, schematismis delineata, in gratiam studiosorum scientiae literarum. Item de usu συντακτικῶ, quantum ad ποικιλίαν, seu rationem uariandi, resoluendique pertinet, seu de συντακτικῇ συνηθείᾳ, *Val. Erythraeo* authore. Huic adiecta est Syntaxis uetus, olim ab eodem *Melanchthone* collecta, nuper autem praeceptis et exemplis locupletata: ut sit ad usum scholarum accommodatior. Prior illustrata est annotationibus *Lucae Lossii*, Luneburgensis, & indicatione locorum, qui exemplorum causa sunt adducti *Philippi Bechii* & *Iob. Bapt. Schengii*: Posterior scholiis *Andr. Dietheri*, Augustani. Argentinae *Sammuel Emmel* expresit A. 1568. in fol. pl. 19.

13) Σωματοποιὰ Διαλεκτικὴ. Corpus disserendi doctrinae, seu Erotemata dialectices, continentia fere integram artem, ita scripta, ut Iuuentuti utiliter proponi possint. Edita a P. *Melanchthone* post omnes omnium editiones. Item quatuor libri de dialectica P. *Melanchthonis* διεξοδικὰ, quibus praefatus est *Iob. Sturmius* A. 1538. postremo recogniti & aucti. Accesserunt enim caeteris editionibus, praeter regulas consequentiarum, regulae de causis, et formae distinctionum. Omnia haec οἰκονομικὰ τεχνολογικὴ sunt illustrata, & χυματισμοὶς, seu tabulis delineata, Libris

bris VII. authore, *Val. Erythraeo*, Lindauienſi. Additis praeterea huius doctrinae propriis uocabulis, & locis ex *Ariſtotele*, *Archyta Tarentino* & ſimilibus Graecis auctoribus, cum duabus praefationibus *Phil. Melanchthonis* & una *Pauli Eberi*. Argentorati excudebat *Nicol. Vuyriotus*, Anno 1574. in fol. 1. Alph. pl. 8.

Ad pag. 16. de menſula Praetoriana peculiarem ſcripſit diſſertationem M. IOH. CHRIST. ALBRECHT A. 1706.

linea 5. lege GEORG. ANDR. BOECLERVS.

ad p. 18. linea ult. n. 9. lege : dimenſio.

ad p. 30. lin. 14. lege : non dubito.

ad p. 52. lin. 20. lege : adiiſſe.

ad p. 68. nota (l) celeb. Helmſt. Profeſſor. SAM. RACHELIVS A. 1560. hos libros Ariſt. Eth. ad Nicom. denuo edidit & p. 147. ualde laudauit adhibitam operam *Bergii*, ideoque elegiſſe uerſionem Bergianam fatetur, quod hic optimam Lambini uerſionem meliorem reddere ſtuduerit, obſcuris locis planius propoſitis, & reuocata ad mentem Ariſtotelis aberrante uel euagante Lambiniana uerſione.

ad p. 68. nota (m) lege : alii ſcribunt.

Ad ſcripta Bergii pertinent 1) elogia, quae dedit de *Pomerano Winckelio, Gorlicio, Medelero, Morlino*, & *Chemnitio* & legi poſſunt in ſcripto peculiari ab Anonymo ſub hoc titulo edito: *Duodenarius ſacer complectens elogia eorum, qui poſt repurgatam in Eccleſia Brunſuicenſi doctrinam iſti Eccleſiae per CXX. & plures annos, primo loco praefuerunt*, Magdeb. 1654. in 4.

2) Caſtigatio & applicatio comoediarum Terentii, cum notatione uarietatis lectionis, Lipſ. apud *Erneſt. Vogelium*, 1579. in 8.

ad pag. 72. Ex apoplexia in paralyſin deciderat M. GEORGIVS LICHTENTHALER, et iam iterum obambulabat. Sed aderant duo imprimis ſymptomata, *riſus* & *fleus* inuoluntarius. Ita CASP. HOFMANN Opell. p. 85.

ad. p. 75. ad ſcripta Queccii pertinent 1) Diſſert. de Philautia ex lib. IX. ETH. Ariſt. ad Nicom. &c. *Ge. Henr. Poemero*, Alt. 1617.

2) Diſſert.

Digitized by Google

2) Disſert. de triplici moralis. Philoſ. utilitate & neceſsitate, p. *Bened. Mauricio*, Altorf. 1621.

3) Disſert. de uariis uariorum circa felicitatem ciuilem opinionibus p. *Iob. Curtio*, Norimbergenſi, 1621.

ad p. 77. nota c. lin. 21. lege ὁμιλητικὴ.

ad p. 79. n. 12. lege de monſtris.

ad pag. 82. ad ſcripta MAVRICII pertinet Comoedia Griſoldis A. 1582. Germanice ſcripta et Stiriae in Auſtria acta per *M. Georg. Mauricium*, patrem, nunc uero in Altorfinae Acad. uſum latinae conuerſa per *M. Georg. Mauricium*, filium, Alt. 1621. in 12.

ad p. 90. & uerba *Metaphyſices eſt declaratus*) placuit illuſtri CVRATORVM ordini, ut metaphyſica Profeſsio, olim NIC. TAVRELLO demandata, logicae, cui cohaeret & ueluti cognata eſt, iungatur. Inde factum, ut A. 1613. *Piccarto* ſit delata, quam etiam accepit, habita prius oratione *de praeſtantia cognitionis*, quae eſt inſerta orationibus iunctim editis, uide p. 96.

ad p. 99. Cl. I. G. SCHELHORNIVS in amoenitatibus ſuis litterariis Tomo IV. p. 722. ſeqq. *Dan. Heinſii, Dornauii, Kirchmanni, Gruteri* ad *Mich. Piccartum* ſcriptas litteras ex Bibliotheca inſtructiſsima perillustris Dn. RAYM. DE KRAFFT, cum orbe erudito communicauit, ex quibus multa notatu digna haurire L. B. poterit. Conferatur etiam T. V. p. 177.

ad pag. 172. Celeb. CHRISTOPH. ARNOLDVS, Hiſt. Orat. Poeſ. & graecae linguae Prof. Publ. Norimb. in *Memoria Fureriana* A. 1677. in 4. edita p. 33. allegauit fidelisſimi quondam praeceptoris ſui RVPERTI *dedicationem XII Familiarum Romanarum, quae ſummos magiſtratus geſſerunt*, adhuc ineditarum, & in annotationibus adiectis p. 84. haec habet uerba: *Dodecadem geminam (ante, quam Profeſsionem hiſtoriarum nactus eſſet) Gentium familiarumque Romanarum, quae ſummos magiſtratus i. e. Conſulatus geſſerunt, ex optimae monetae auctoribus, Capitolinis praeſertim marmoribus, inſtar Academici alicuius ſpeciminis erult & digeſsit* Rupertus A. C. 1634. Dodecas prior *inedita adhuc, & nomine FVRERIANO inſcripta*

ſcripta, Gentem Fabiam, Claudiam, Iuliam, Domitiam, Valeriam, Metellorum, Scipionum, Pompeii magni, Poſtumiam, Sulpiciam, Manliam et Quinctiam *complectitur*. Dodecas poſterior *caeteras familias, nondum a me uiſas continet; quam uiro Magnifico* VLRICO GRVNDHERRO *nuncupauit: hanc ipſam uero ſuper eſſe adhuc, et in ſcriniis latere, ad ſuſpicandum ducor.*

Ad pag. 228. n. 2. Moralia Phyſica ab auctore diſputationibus XXX. ab An. 1691. usque 1697. in ordine circulari propoſita, poſsidet Excell. I. H. MVLLERVS, et prouti ex litteris humaniſsime ad me datis ſum edoctus hoc ordine ſunt uentilita:

Specimen I. erat prooemiale, in cuius §. VI. inſtitutum ſuum his uerbis indicauit b. auctor: *In quibus quidem ſpeciminibus concipiendis et pro cathedra uentilandis, ita nos geremus, ut fundamenta Phyſicae theor. meliora ubique demonſtrentur, iisque demum conſectaria quaedam humanae uitae et ſanae rationis ductum formandae et exigendae idonea ſuperſtruantur etc.* quo ultimo tamen promiſso non ubique ſtetit *Sturmius*, ſed in eo totus erat occupatus, ut *demonſtrationem Exiſtentiae DEI eiusque attributorum* ſuſciperet.

Specimen II. egit de materia ex mente ſcholaſticorum ſpectata;

— — III. de materia ex mente Ariſt. et Graecorum eius interpretum ſpectata.

— — IIII. de Materia ex mente Carteſii eiusque ſequatium concepta.

— — V. de Materia iuxta Epicuri ac Democriti et ſectatorum utriusque hypotheſin explicata.

— — VI. de Formis ad mentem Latinorum Ariſtotelis Interpretum concipiendis.

— — VII. de Formis ex mente ipſius Ariſt. et Graecorum eius Interpretum conſideratis.

— — VIII. de Formis ex hypotheſi Epicuri ac Democriti modernorumque Atomiſtarum ſpectatis.

Digitized by Google

Specimen IX. de Formis ex aliorum recentiorum, nominatim Carteſianorum, opinione conſideratis.

— — X. de rerum natur. finibus ac deſtinatis uſibus.

— — XI. de rerum nat. finibus in Philoſophia naturali iure, imo neceſſario ſpectandis.

— — XII. de cauſis rerum nat. efficientibus in genere.

— — XIII. de cauſis ſecundis mere corporeis earumque actionibus et agendi modo.

— — XIIII. de Natura, tanquam agente uniuerſali.

— — XV. de Motu, tanquam agente uniuerſali.

— — XVI. de Principio Hylarchio *Hr. Mori*, Angli, et populatis eius, *Iob. Raii*, natura plaſtica.

— — XVII. de cauſis ſecundis incorporeis, et ſpeciatim humanae mentis actibus per corpus ſuum uoluntariis I.

— — XVIII. de mentis actibus per corpus ſuum voluntariis II.

— — XIX. de Brutorum et Plantarum animabus, ſenſitiua et uegetatiua, quatenus ut agentia naturalia inter cauſas ſecundas numerantur.

— — XX. hactenus demonſtratorum epitomen ſeu ἀναμεφαλαίωσιν iterato inculcans.

Sectio II.

— — XXI. de Corporibus ſimplicibus ſiue elementis in genere.

— — XXII. de Elemento Ignis ſeparatim.

— — XXIII. de Elemento Aeris.

— — XXIV. de Elemento Aquae.

— — XXV. de Elemento Terrae.

— — XXVI. de Elementorum grauitate.

— — XXVII. de Coelo.

— — XXVIII. de Stellis coeli incolis.

— — XXIX. de Stellis lucidis ſeu natiua luce praeditis.

— — XXX. de Sole lucidorum primario.

IN.

Digitized by Google

INDEX PROFESSORVM QVORVM VITAE SVNT IN HAC COLLECTIONE DESCRIPTAE ET POTIORVM RERVM.

ACademiae Altorfinae origo p. 2

BAIER, *M. Ioa. Guil.* fit Prof. Math. Alt. 299

Bergius, *Matthias* eius uita 63. parentes 64. fratres 64. Studia 64. Caluinismi conuincitur 65. renunciat publice et tandem reassumit priſt. errorem, hinc eiicitur et Altorf. uenit 66. ibi moritur 67 ſcripta 67. 68.

Bierdumpfel, *M. Stephanus*, eius uita 148. officia, matrimonium et obitus 149

Bruno, *M. Iacobus* eius uita 141. ſtudia et oblata officia 141. 142 capitur a Croatis ib. merita 143. obitus et ſcripta 144. ſeq.

CArolus, *Philippus* eius uita 133. parentes et ſtudia 134. propria uitae recenſio 135. fit Praeceptor Claſsicus Alt. 136. poſtea Profeſſor 137. deficit a fide ib. et obiit Viennae 138. ſcripta 138. 139.

Clapmarius, *Arnoldus*, eius uita 100. officium, mors et Epitaphium 101. ſcripta 103.

Colerus, *M. Chriſtophorus* eius uita 83. parens et fratres 83. ſtudia 84. officia uaria 85. obitus et ſcripta 86. 87.

DVdithii, *Andr.* Epiſtolae ad Praetorium 25—30. eius mors 31.

Durrius, *Iob. Conrad* fit Prof. Philoſ. 198.

ERhartus, *M. Ieremias* eius uita 71

Erythraeus, *Valent.* 1
ſtudiis incumbit Argentorati, poſtea Wittebergae 2
Ioh. Sturmio adiungitur in Profeſſione Oratoria 2
fit Profeſſor Altorfinus 3
ibidem moritur 4
eius poſteritas et ſcripta 4. 5

Erythraeus, *Gotthartus* 4

Erythraeus, *Iob. Iacobus* 4

FElvvinger, *Iob. Paul.* parentes eius et ſtudia 173. officia varia 174. 175. matrimonium et liberi 176. pietas, merita et morbus 177. obitus et ſcripta 178 ſeqq.

Felvvinger, *Ioh. Iod.* uita eius, ſtudia, officia, mors et ſcripta 237

Feuerlein, *Iac. Wilhelm* eius uita 330 ſtudia ſcholaſtica et Academica 331—335. officia 336. ſcripta 337. ſeqq.

Franck, *Chriſtian* eius uita 34. nomen dedit ordini Ieſuitarum 36. dubitare incipit de uitae ratione

Ieſuitarum 37. ſit Profeſſor Philoſophiae Viennae 38. urget dimiſſionem ſuam 38. ſed recuſant dare Ieſuitae 39. Profugus Gardlebiam uenit 39. ſcribit colloquium Ieſuitarum 40. impugnat dogma de transſubſtantiatione 41. articulum de praedeſtinatione 42. neſcit quam nam religionem acciperet 42. ſit denuo Ieſuita 43. poſtea coetui Socinianorum ſe adiungit 44. 45. Iudaiſmi arguitur 46. 47. denuo amplectitur Romanenſium religionem 48. edidit Dolium Diogenianum 49. typum ueritatis conſcientiarum ib. et alia ſcripta 50. quae Norimb. et Altorfii cum Franckio fuere acta 51. 52. Epiſtola, in qua deplorat ſuum a S. I. et Eccleſia Catholica diſceſſum etc. 53.

GEllerus, *Matthias* eius uita et obitus 104

Glacianus, *M. Georg* lenae et Argentorati ſtudiis operam dat 5 ſit Praeceptor Claſicus in Gymnaſii prima claſſe, deinde Magiſter et Oratoriae Profeſſor 6. Merita, matrimonium, obitus et ſcripta recenſentur 7. 8

Goepner, *M. Carolus* 155

Gymnaſium Aegidianum, a quibus adornatum 3. Altorfium transfertur 1. 2.

HAckſpan, *Theodor.* 163

Hedenus, *Ioh. Conrad* ſit oratoriae Prof. Alt. 198

Hegius, *M. Wolfg.* quis fuerit 9

Hiſtoria eruditorum ab eruditis praeteritorum exoptatur. 100.

KEſterus, *Ioh.* Crypto-Caluinianus 9

Klingenbeck, *Ioh.* Crypto-Caluinianus 9

Kobius, *Iohannes* ſit Prof. Philoſ. Alt. 131

Koeler, *Ioh. Dav.* eius uita 324 ſcripta edita 326

Koenig, *Georg. Matthias* eius uita 188. ſtudia 189. officia 190. merita 191. matrimonium et liberi 192. uirtutes, merita et obitus 193. ſcripta relicta 194. ſeqq.

Koerber, *Georg* Crypto-Caluinianus 9

Korn, *M. Michael* eius uita 154

Kreppelmaeyer, *Georg.* ab officio remouetur 31

Kuttel, *Caſpar* eius uita 31

LEmmermann, *Leonhardus* eius uita 123

Lichtenthalerus, *M. Georg* eius uita 72

MAderus, *M. Theophilus* eius uita 70. ſtudia, officia uaria et mors 71

Mauricius, *M. Georgius* eius uita 80. ſtudia, officia, uxor et liberi 81. obitus et ſcripta 82

Molitor, *Chriſtoph.* eius uita 199. ſtudia 200. officia 201. merita et matrimonium 202. morbi genus et obitus 203. ſcripta 204.

Digitized by Google

Moller, *Ioa. Guil.* eius uita 238. parentes et ſtudia 239. 240. 241. peregrinationes 242. 243. officia in patria 244. uenit Altorfium 245. uxor prima ib. ſecunda 246. merita 246. 247. morbus 247. obitus et epitaphium 248. ſcripta 249—259.

Mullerus, *Iob. Heinricus* eius uita 319. 320. ſcripta edita 321

ODontius, *Caſpar* eius uita 10. differt. a Paulo Odontio 10. moritur 11. ſcripta 11.

Odontius, *Iob. Caſpar* eius uita 124. officia uaria 125. coniugium et liberi ib. Mors memorabilis 126. ſcripta 127.

Omeiſius, *Magnus Daniel* eius uita 260. ſtudia 261. 262. peregrinationes 263. officia 264. merita et proemia diligentiae 265. matrimonium 266. morbus et obitus 266. 267. ſcripta 268.—284.

Onomatomorphoſis an ſit licita 10.

Ordinationis ritus, quando inſtaurari coepit 33

Otto, *Iulius Conrad* eius uita, parentes, et officium 105. fuga et ſcripta 106. 107.

PEuceri, *Caſp.* Epiſtola ad Praetorium 22

Pezelii, *Chriſtoph.* Epiſt. ad Praetorium 24

Pfalerus, *M. Georg.* eius uita 31. ſtudia 32. officia et obitus 33. Epitaphium et ſcripta 34.

Pfalerus, *Leonhart.* quis fuerit? 32

Piccartus, *M. Michael*, eius uita 87. paupertas et exiguus librorum apparatus 88. ſtudia 88. officia 89. Vxor et liberi 90. amicitia cum uiris doctis 91. pietas 92. obitus ib. Epitaphium et ſcripta 93. ſeqq.

Praetorius, *M. Iohann* eius uita 13. amicitia cum uiris doctis, officia, inuenta, mors 14. 15. 16. ſcripta 17. ſeqq. confecit uaria Calendaria 18. eius Manuſcripta 18. inſtrumenta mathematica uaria recenſentur 20

Pulmar, *M. Georg* eius uita, uxor, liberi, mors et ſcripta 12

QVeccius, *M. Georgius* eius uita 72. Vxor et filius *Gregorius* 73. mors et ſcripta 74.

REu, *M. Iob. Elias* eius uita 206. ſtudia et officia 207. obitus infelix et ſcripta relicta 208

Riſius, *Henr.* eius uita 61. officia 62. mors 63

Roetenbeccius, *M. Georg Paulus* eius uita 284. ſtudia ſcholaſtica 285. Academica 286. 287. officia 288. lites in cauſa Roſenbachiana 289. et quomodo ſe geſſerit 290. matrimonium et liberi 291. mors 292. epitaphium 293. ſcripta 294—298.

Rupertus, *Chriſtoph Adam*, parentes et ſtudia 164. officia 165. merita 166. obitus 167. Richteri parentatio 167. ſeqq. ſcripta 169. ſeqq.

Digitized by Google

SAxonius, *Petrus* eius uita 129. maiores et ſtudia 129. 131. officia ibid. multos habet exteros diſcipulos 131. inter primos macularium ſolarium inuentores pertinet 131. coniugium ibid. mors et epitaphium 132
Schaefferus, *M. Iob.* eius uita, mors et ſcripta 133
Scheurlius, *Heinr. Iul.* plagii accuſatur 139
Schvvaeger, *M. Iob. Leonhart* fit Profeſſor 198
Schvvarz, *Chriſtian Gottlieb* eius uita 300, ſtudia ſcholaſtica et Academica 300. 301. Schurzfleiſchii teſtimonium per actae uitae Acad. 302. officia 303. 304. ſcripta 305. ſeq.
Schvventer, *M. Daniel*, Natiuitas et parentes Schvventeri 115. ſtudia, officia, coniugium et liberi 116. 117. fit trium linguarum poeta 118. gratus Viris Principibus, Comitibus, Baronibus 118. 119. Vocatur Wittebergam 120. Mors & Epitaphium 120. ſcripta 121
Speccius, *Chriſtianus* eius uita 127 ſcripta ib. et 128.
Staudneri, *Georgii*, uita 8. 11
Sturm, *M. Iob. Chriſt.* eius locus natiuitatis parentes et maiores 209. patroni et ſtudiorum moderatores 210. ſtudia Acad. et itin. 211. officia uaria 212. merita 213. 214. Vocationes uariae 215. uxor prima et ex ea liberi 216. ſecunda et tertia cum liberis 217. morbi ac mortis genus 217. 218. ſcripta 219—228. Reſponſio ad Schelhammerum 229. ſeq.

THalius, *Daniel* eius uita 68. ſtudia, officia, mors 69. 70
Thalius, *Iob.* 69
Thalius, *Wendelinus* 69
Trevv, *M. Abdias* parentes et frater 155. ſtudia, matrimonium et officia 156. uenit Altorfium 157. merita et mors 158. ſcripta 159.
Tydaeus, *M. Iacob* eius uita 149. ſtudia, officia et matrimonium 150. uenit Norimb. et Altorf. 151 nuptias celebrat cum Mauritii et hac iterum amiſſa cum Virdungi filia 152. ſibi ipſi epitaphium fecit 152. 153. mors ib. ſcripta 154

VIrdungus, *M. Michael* eius uita 108. maiores et ſtudia ib. officia 109. merita, matrimonium et liberi 112. pietas ſingularis ib. obitus 113. ſcripta 114.

WAldung, *M. Wolfg.* eius uita 76. ſtudia 77. uxores et officia 78. ſcripta et obitus 79
Wittenberga, a quo condita et Academia aucta 32

Bericht

Digitized by Google

Bericht an den Buchbinder,
wo ein iedes Bildniſs hingehöret.

1. M. Valentinus Erythraeus	p. 1.
2. M. Georg. Glacianus	5.
3. M. Caſpar Odontius	10.
4. M. Ioh. Praetorius	13.
5. M. Georg Pfalerus	31.
6. Chriſtianus Franck	34.
7. M. Henricus Riſius	61.
8. M. Matth. Bergius	63.
9. M. Dan. Thalius	68.
10. M. Theoph. Maderus	70.
11. M. Georg. Queccius	72.
12. M. Wolfg. Waldung	76.
13. M. Georg. Mauricius	80.
14. M. Chriſtoph. Colerus	83.
15. M. Michael Piccartus	87.
16. Arnoldus Clapmarius	100.
17. Iul. Conr. Otto	105.
18. M. Mich. Virdungus	109.
19. M. Dan. Schwenter	115.
20. M. Ioh. Caſpar Odontius	124.
21. Petrus Saxonius	129.
22. Philippus Carolus	133.
23. M. Iacobus Bruno	141.
24. M. Iac. Tydaeus	149.
25. M.	

Digitized by Google

25. M. Mich. Korn 154.
26. M. Abdias Treuu 155.
27. Christ. Ad. Rupertus 164.
28. M. Ioh. Paul Felwinger 173.
29. Georg. Matth. Koenig 138.
30. M. Christoph. Molitor 199.
31. M. Ioh. El. Reu 206.
32. M. Ioh. Christoph. Sturm 209.
33. D. Ioh. Iod. Felwinger 237.
34. M. Dan Guil. Moller 238.
35. M. Dan. Omeisius 260.
36. M Georg. Paul. Roetenbeck 284.
37. C. G. Schwarz 300.
38. Ioh. Heinr. Müller 319.
39. Ioh. Dav. Koeler 324
40. Iac. Guil. Feuerlein 330

Digitized by Google